DE EFFECTIBVS MINORIS AETATIS CIRCA CONTRACTVS, VLTIMAS VOLVNTATES, ET SPIRITVALIA.

IN QVIBVS NON TANTVM OMNIA AD MINOREM ÆTATEM pertinentia circa contractus tum de iure communi, tum etiam de iure Regni ex dispositione Capituli Imperatoris Caroli 78. pleniſſime examinantur. Sed etiam ætas requiſita vt quis poſſit teſtari, codicillare, & mortis cauſa donare, & non nulla ad eorum materiam neceſſaria, Nec non aliqua ſalutem animæ, mores, & materiam beneficiorum concernentia ſummo ſtudio, & ingenio enucleantur.

TRACTATVS SICVT NOVVS ITA IVS DICENTIBVS, ADVOCATIS Procuratoribus caeteriſque in foro verſantibus proficuus, & neceſſarius.

AVCTORE.

V.I.D. D. FRANCISCO BARONIO PANORMITANO

OLIM PVBLICE IN PATRIA IVRA INTERPRÆTANTE poſt modum in ſupremis Siciliæ Regni Tribunalibus Aduocato.

DOCTORVMQVE ADVOCATIONEM PETENTIVM PROMOTORE ELECTO

AC ITERVM IVDICE REGIÆ CVRIÆ PRÆTORIANÆ

Cum triplici Indice rerum memorabilium copioſiſſimo.

PANORMI, Typis Auguſtini Boſſij. M. DC. LXI.

Impr. Abbas Geloſus V.G. *Impr. de Marotta F.P.*

EXPENSIS DICTI TYPOGRAPHI.

ILLVSTRISS. ET REVERENDISS. DOMINO

V. I. D. DON PETRO DE VELASCO PROTONOTARIO, ET IVDICI APOSTOLICO,

A SACRIS PRIVATIS POTENTISSIMI REGIS NOSTRI CATHOLICI,
Regiæ Capellæ Iudici Ordinario, Abbati Sanctæ Mariæ de Terrana
Regiæque Monarchiæ Iudici Integerrimo
Et à Consilijs S. C. M.

DIU volutare animo non necessum fuit, Præsul Illustrissime, cuius patroni nomine insignitum hoc *de Effectibus Minoris Ætatis Circa Contractus, Vltimas voluntates, & Spiritualia* opus quod septimum ex meis est, in lucem euulgarem; statim ac enim in Siciliam appulisti Regiæ Monarchiæ molem Iudicis munere subiturus, cum omnium calculis, tanquam Iuris oraculum, fori lumen, & litterarum columen es consalutatus. Opportunam illico mihi nancisci sum visus occasionem, & operæ pretium me facturum censui si prefulgentissimis tanti nominis caracteribus meas lucubrationes illustrarem. Noui enim ex tempore te eum virum esse, qui in Hispaniæ Regia, hoc est in Iurisprudentiæ vniuersali liceo Aduocati munere summa omnium laude, plausuque multos ad annos functus, caussarum veluti medullas examinans, breuique negotiorum grauissimorum implexos exsoluens nodos, maxima clientum vtilitate, Iudicum admiratione, Iustitiæ integritate laudes promeruisti Immortales. Qualis postmodum extiteris, cum ad digniora munia euocatus, cum Regiæ in primis Capellæ Iudex præfuisti, hoc ne obiter innuere quidem ausim, nulla magis, quam huius rei gloria famam gaudere ratus. Inuidiæ liuore eum infici credam, qui te ob doctrinæ præstantiam, ob morum candorem, ob prudentiæ lumen, denique ob omnium rerum gloriam, quæ summum quemlibet nobilitare ministrum consueuerunt, summos quosq;

hono-

honores, aut mereri non affirmet, aut tandem aliquando adepturum non autumet. Ad hæc generis clarissimi vetustas, & nobilitas accedit, vetustas (inquam) temporis iniurijs nunquam obnoxia, nunquam præterlabentium annorum situ corrupta, aut ætatis fumo nunquam nigrescens, sed intaminatis fulgens honoribus, semper florida, semper effulgens, nouisque semper dignitatum, decorumque titulis iuuenescens. Quæ quidem generis præstantia eò mihi sese offert laudabilior, quò in hac, quam profitemur, Iuris prudentiæ facultate, hæreditaria quadam successione insignis semper est habita, vt Hispaniæ ferè omnes prouinciæ luculenter testari possunt, vel Italia prope vniuersa non ignorat, vbi Velascorum genus sæpissime Ministros exhibuit, partibus omnibus absolutissimos. Quid ni Aquilæ pregenerent Columbas? Inde quod nam ingenium erumpet, nisi quale Prudentissimus æque ac inuictissimus Hispaniarum, & Siciliæ Rex Catholicus post emensos tot honorum curriculos ad hoc Monarchiæ Tribunal, quod vnicum in Orbe Christiano Apostolicæ Sedis authoritate prædicatur, missus es Iudex, veluti maximi alicuius muneris tyrocinio functurus. Hæc insuper argumenta, quæ mouent animum ad hanc muneris oblationem, hæc eadem quæ à singulari tui humanitate non recedunt, solantur, & de tua benignitate faciunt certiorem. Eo igitur animo te, Præsul Illustrisime, quales quales sint, has lucubrationes accepturum spero, quo semper gratissimum omnibus exhibuisti. Vale Panormi Die 24. *Septembris 1661.*

Dominationis tuæ Illustrisimæ, & Reuerendisimæ.

Seruus Addictissimus
D. Franciscus Baronius.

DON

DON ANTON IIVS PIPINO

RECTOR PROVINCIALI. S CONGREGATIONIS
Canonicorum Sæcularium Sancti Georgij in Alga Venetiarum
& in Siciliæ Regno sub vocabulo Sancti
Iacobi de Mazzara.

AD LECTOREM.



N tibi, lector candide, vltimam manum impositam diu concupito Tractatui de effectibus minoris ætatis, quem in plures partes Auctor diuisit. Quantum olei, & operis in hoc opere concinnando Auctor insumpserit, vix paucis explicare queam; illud tamen vix prætermitti absque nota potest, quod vir affecta valetudine, & ætate iam ingrauescente, imo iam effœta, fœtus hosce lucubratissimos emittat. Quod si volumina in lucem edita tã pridem omnia non sine Plausu, & Jurisconsultorum vtilitate prodierunt, illud ratum habeo, hoc, quod habes præ manibus, gratissimum fore non minus rerum ipsarum, de quibus agitur grauitate, quam laboriosissimo auctoris studio. Illud nihilominus dolendum, quod tot auctoris labores dignos fructus non retulerint pro meritis; nam Doctores ijdemque doctissimi, inter quos Mut. Rouit. Cassan. Rebuff. Couar. Carauit. & Ann. numerandi sunt, hi inquam autumant Doctores, qui prælo committunt lucubrationes suas cæteris omnibus esse, non tam in loci prælatione, quam in honorum, & dignitatum collatione anteferendos. At noster Auctor, omnibus, nescio quo fato, post habitus est. Ipse vero, qui in virtute non in honoribus famam esse celeberrimam didicit, & plus sibi deberi, quam collatos sibi esse honores gaudet, in libris, quos hactenus impressit, in plausu literatorum, in auctorum laudibus summam honorum statuit. lætatur tot scriptores in quibus enumera. Botill. de succ. ab int. test. Rub. pp. Resolut. Annib. de præuent. instrum. Capyc. latr. & Andriol. qui omnes ipsum citant, & commendant.

Cum

CVM in Libro, *De Effectibus Minoris Ætatis Auctore U. J. D. D. Francisco Baronio, Panormitano*, nihil reperiri aut fidei, aut bonis moribus aduersans, in publicam lucem prodire eum posse censeo, & quidem cum doctorum hominum laude, & aliorum emolumento, vti spero, id fiet, cum laboriosè eruditissimas Iurisperitus illuc, tamquam in auriferum alueum deriuatê contenderit quidquid ad rem suam ex aliorum fontibus effluit. Panormi 1. Ottobris 1660.

Petrus Salernus Societatis Iesu

INDEX EFFECTVVM.

MINORIS AETATIS CIRCA CONTRACTVS.

Effectus Primus.

Minor contrahere non potest, sed cum distinctione, de qua ibi.

Effectus Secundus

Minor non potest res suas alienare, nec obligare, pignorare, aut hypothecare.

Effectus Tertius.

Minor non potest bona immobilia vendere sine solemnitatibus, potest tamen illa retrouendere ex pacto suorum antecessorum,

Effectus quartus.

Minor non potest ius luendi rem immobilem alienare.

Effectus Quintus

Minor non potest sine solemnitatibus in alienatione rerum immobilium requisitis censum super bonis suis imponere.

Effectus Sextus.

Minor non potest insolutum dare bona immobilia.

Effectus Septimus.

Minor non potest permutare bona stabilia sine decreto.

Effectus Octauus.

Minor non potest dotare bona stabilia nec pro dote, & dotario se obligare.

Effectus Nonus.

Minor sine solemnitatibus transigere non potest.

Effectus Decimus.

Minor non potest locare nec ad longum, nec ad modicum tempus.

Effectus Vndecimus.

Minor non potest creditoribus soluere nec solutionem accipere, & debitorem liberare.

Effectus Duodecimus.

Minor nec expresse nec tacite societatem contrahere potest.

Effectus Decimus tertius.

Minor non potest hareditatem adire nec repudiare.

Effectus Decimus quartus.

Minor absque iudicis decreto non potest cedere iura ad res immobiles.

Effectus Decimus quintus.

Minor nec cum authoritate tutoris, & decreto iudicis inter viuos donare potest, sed causa mortis potest.

Effectus Decimus sextus.

Minor non potest immobilia infeudum dare.

Effectus Decimus septimus.

Minor non potest immobilia ad emphiteusim concedere.

Effectus Decimus octauus.

Minor non potest nec hareditatem, in qua immobilia continentur cum coharede, nec immobilia cum socio diuidere.

Effectus Decimus nonus.

Minor nec de iure communi, nec Regni compromittere potest

Effectus Vigesimus.

Minor fideiubere non potest.

Effectus Vigesimus primus.

Minor sine iudicis decreto non potest. seruo libertatem dare.

Reuerendissimi Inquisitores an cognoscant si Christianus redemptus sit inseruitute redimentis.

Effectus Vigesimus secundus.

Minor nec eius tutor possunt prorogare tempus

tempus reuenditioni præstitutum.

Effectus Vigesimus tertius

Minor non potest actiones, quas habet contra aliquem, exercere seu litem mouere, Nisi iudicis decretum accedat, sed ei lis moueri potest.

Effectus Vigesimus quartus.

Minor commodare non potest, sed ipsi commodari potest.

Effectus Vigesimus quintus.

Minor non potest mutuo dare, nec accipere.

Effectus Vigesimus sextus.

Minor non potest constituere procuratorem ad iudicium, secus ad negotia.

DE EFFECTIBVS MINORIS AETATIS CIRCA CONTRACTVS.

AVCTORE

V.I.D. D. FRANCISCO BARONIO PANORMITANO.

OLIM PVBLICE IN PATRIA IVRA INTERPRAETANTE post modum in Supremis Siciliæ Regni Tribunalibus Aduocato.

Doctorumque Aduocationem petentium Promotore Electo.

AC ITERVM IVDICE REGIAE CVRIAE PRAETORIANAE.

PRÆLVDIVM.

SVMMARIVM.

1 *ÆTAS est quædam temporis mensuratio à natiuitate vsq; ad obitum decurrens.*

Quomodo diuidatur, a quo sit probanda, & quomodo probetur? nu. 2. remissiue.

3 *Maior ætas de iure Regni est annorum decem & octo.*

4 *Giurb. ad probandum maiorem ætatem in Regno esse annorum decem & octo adducit* Cap. *Jmp. Carol.* 78. *sed non bene.*

5 *Ætas potest à statuto restringi.*

6 *Aetas à statuto requisita currit de momento ad momentum, & debet esse perfecta vt contrahere quis possit.*

Jn dubio quis præsumitur minor sub nu. 6.

7 *Maior in* Regno *decem & octo annorum vigore Constitutionis minorum iura an vbique se gerat pro maiore? & 10.*

8 *Statuta loci vbi fit contractus sũt attendenda quo ad solemnitates contractus.*

Sed quo ad personas contrahentiũ atten-

attenditur locus personatum nu. 9.

11 Pater an possit prohibere filio administrationem vsque ad ætatem viginti quinque annorum stante Constitutione minorum iura? & à nu. 12. quod non.

13 Pater de iure communi non potest filio prohibere vt post vigesimũ quintum annum possit administrare.

15 Aetas decem & octo annorum ex forma constitutionis videtur subrogata loco ætatis viginti quinque annorũ de iure commun, & sapit eamdem naturam, & quod de illa disponitur de ista dispositum censetur.

16 Testator non potest facere vt leges pro communi & publica vtilitate condita locũ nõ habeant in suo testamẽto.

17 Testator non potest adulto interdicere administrationem dando illi curatorem, nisi a Iudice adulto petente confirmetur.

18 Testator non potest maiori prohibere administrationem sine causa.

Et an possit ei dari adiunctus vt nihil possit sine consilio illius? n. 19.

20 Pater licet possit super administratione bonorum disponere; secus tamen est respectu persona. & nu. 21. de ratione.

22 Prohibitio facta filio de non administrando aut disponendo de sua parte an respiciat commodum filij & an tali commodo possit renunciari?

23 Pater vt possit prohibere filio administrationem vsque ad certam ætatem, quam cautelam adhibere debet? & vide nu. 24. & seq.

24 Testamentum Patris vt valeat filij debent esse instituti vel ex causa exhæredati & 25.

Amplia vt etiam si viuo patre decedant nõ confirmetur testamẽtum nu. 26.

27 Testamentum patris non valet licet filij in eo sint nominati quando nominatio fit aliter quam instituendo vel exhæredando.

28 Hæres non potest institui ex certo tẽpore aut ad certum tempus.

29 Prohibitio facta filio de non alienando vsque ad vigesimum quintum annum valet.

Contrarium nu. 30.

31 Constitutio minorum iura non tollit dispositionem iuris communis in illis casibus, in quibus ius commune minorẽ ætatem requirit, vbi de ratione.

Sicut etiam ætas non est immutata in casibus, in quibus de iure requiritur maior ætas decem & octo annorum, nu. 32.

33 Quilibet præsumitur ætatis legitimæ.

34 Aetas probanda est ab eo, qui in ea se fundat.

35 Aetas quommodo probanda vt nullitas contractus probetur ex ætatis defectu? & nu. 36.

37 Minorum appellatione qui veniãt?

38 Minor quomodo sumitur in tractat.

39 Contractus sunt de iure gentium intelligendo de potestate ipsa contrahẽdi.

40 Contractus quando cœperunt habere executionem.

41 Contrahere est quid facti.

42 Effectus contractuum est iuris vbi de ratione.

43 Ius gentium duplex est & nu. 44. 45.

Esse-

46 *Effectus iuris gentium secundarium qui sint?*

47 *Contractus de iure ciuili sunt quatuor, & qui?*

48 *Contractus quare sic dicatur?* 49. 50. 51. 52.

53 *Quæstio nominis pertinacibus est relinquenda.*

54 *Definitio substantiam rei declarat.*

55 *Contractus quid sit? vsque ad num. 65. exclusiue.*

65 *Contractus diuisio.*

66 *Contractus substantialia, solemnia, naturalia, & accidentalia quæ sint remissiue.*

67 *Iudicium factum cum curatore dato pupillo carenti tutore est nullum secundum Maiam.*

Contrariũ de iure verius a n. 68.

69 *Doctores a Maia citati loquuntur de infante, non de pupillo.*

70 *Infanti datur tutor & non curator, vt iudicium valeat.*

71 *Curator dari potest impuberi si curatore caret et iudicium valet nu. 72.*

73 *Infans improprie dicitur pupillus & 74.*

75 *Pupilli & impuberes proprie dicuntur masculi a septimo anno vsque ad decimum quartum, fœminæ vero a septimo vsque ad duodecimum.*

76 *Aetas pupillaris in decimo quarto anno finitur in masculis, & in duodecimo in fœminis.*

77 *Virgil. in suo opere de legit. pers. cap. 1. num. 86. posuit casum quando pupillus litigat cum extraneo & non cũ tutore, & quid faciendum, licet contrarium dicat Maia.*

78 *Minor potest esse in iudicio absque curatore quando agitur pro debitis à patre cõtractis, maxime actione reali.*

DE effectibus minoris ætatis circa iudicialia in præludio fusissime scripsi. *ex Bald. & Vir-*

1 *gil.* quod ætas est quædam temporis mensuratio à natiuitate vsque ad obitum decurrens (quam descriptionem refert etiam *Tusch. p p. Concl. liter. E Verbo ætas concl.*

2 335. *nu.* 1.) quomodo diuidatur, a quo sit probanda, quomodo probetur, & quis dicatur minor, tum de iure communi, tum de iure Regni, & notat. *Onnate de cõtr. tract. 2. disp. 6. sect. 4. nu.* 57. in præsenti præludio nõ nullæ quæstiones, quæ ab oculis exciderunt, sunt examinandæ. Et præ-

3 supposito quod maior ætas de iure Regni sit annorum decem & octo prout ex constitutione minorum iura notarunt non nulli DD. a me adducti. *in dicto præliud. de effectib. minor æt. circa iudicialia sub num.* 96. 97. *& seq. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1 disp. 2. quæst. 6. sect. 7. sub nu.* 566. *Nouar. to. 3. de grau. vasall. grau.* 18. *n.* 10. *Io. Baptist. Bilost. Concl. feudal,* 83. *nu.* 2. vbi nu. 1. notat quod de iure feudorum ille dicitur minor, qui nõ compleuit vigesimum quintum annũ sicut de iure Romano. *Carol. Rot. pp. Conclus.* 10. *nu.* 21. *Rendell. de Iur. Prothom. §. minor.* 25. *annis sub nu.*

1. *fol.162.Giurb.de succ.feud.prælud.*
3. *nu.21*. qui vltra constitutionē
4 minorum iura adducit Cap. Reg.
Imper. Carol. 78. sed debebat potius rubricam dicti capituli adducere dum dicit de contractibus non celebrandis cum minoribus decem & octo annis. *Abruz in sua lect. pract. §. nunc admonendi nu. 91. Virgil de legit.pers.cap. 2.num. 1. & cap.6 sub nu.9. Duard.de Censib. §. 1. quæst.19. sub nu 6. & §. 3 quæst.17. sub nu.9. Marant.in* Repet. *l. is. potest nu 238. Mut. Consu. 41. nu. 10. &*
5 *49 n. 22* Quæ ętas potest a statu-
to restringi vt notat. *Farinac.* Dec. *776. sub nu. 1.p. 2. & scripsi in dicto*
6 *prælud nu* 99. Et ætas a statuto re-
quisita currit de momēto ad momentum & debet esse perfecta vt contrahere quis possit. *Farinacc. Dec. Rot. Rom 592. sub nu.3.p.p. to.* 2. & in dubio quis præsumitur minor. *Marin. var. Resol. 144 sub nu. 7.* & minores tripliciter intelliguntur. Primo Quod sint minores viginti quinque. Secundo quando sunt pupilli vsque ad decimum quartum & tertio quando sunt infantes vsque ad septimum annū. *Scapp. de Jur. non script. lib. 5. cap. 47. nu. 19.* Et appellatione minoris ætatis venit pueritia, & adolescentia. *Giurb. super Consuet. Gl. 6 cap. 7. nu. 20.*

Prima se offert quæstio An ef-
7 fectus maior in Regno vigore di-
ctæ constitutionis possit se pro maiore vbique gerere? & *Ioan. Baptist. Bilott. Dec. 12. ex* Decis *sacræ Rotæ in vna Romana Societatis officij 29. Maij 1523. coram R. p. D. Romboldo.* dicit quod sic inquit enim Rot. vt ipse refert. Nec obstat quod instrumentum dictæ ratificationis celebratum esset Parmæ, ideo adhiberi debebant sollemnitates a statuto Ciuitatis Parmæ requisitæ in contractibus minorum, quia licet quo ad solemni-
8 tates contractus attendenda sint
statuta loci vbi fit contractus. *Aret. cons. 73. sub nu. 5. vers. his præmissis.* cum allegatis; hoc tamen
9 non procedit quo ad personas cō-
trahentium, nam quo ad personas attēditur locus personarum. *Abb. in c. quod Clericus sub nu. 11. vers si vero tamē de for. cōpet. Ancar. in c. canonum n. 3. 58. de Const. Achill. dec. 2. eodem titul. Seraf. dec. 746. n. 3* ita vt cum dictus Alphonsus tem-
10 pore quo celebrauit dictum con-
tractum iam esset effectus maior vigore statuti Vrbis poterat se gerere pro maiore etiam in dicta Ciuitate Parmæ. *Bald in l. cunctos populos nu. 60. C. de Sum Trinit. Castr. cons. 226. nu. 26. lib. 2. Socc. cons. 239. nu. 272. Put. dec. 476. lib. 3. Seraf. dicta decis. 746. nu. 3* nec per consequens tenebatur adhibere sollemnitates in dicto statuto Ciuitatis Parmæ requisitas, quia dum statutum loquitur de minoribus, non vero de illis qui sunt effecti maiores & habilitati ad faciendum omnes actus quos pos

sunt

ſunt facere maiores qualis, vt di-ctũm eſt, erat dictus Alphonſus de tempore dicti contractus hæc Rota. Ex qua Rotæ deciſione ſequitur quod effectus maior vigore dictæ conſtitutionis poteſt ſe pro maiore vbique gerere. idẽ dicit. *Balch.ſſ. Thomas. de Tut. & Curat tract 8. tit. 19. nu. 3306.* vbi inquit quod quando ſtatutum dicit quod maior decem & octo annis poſſit contrahere & in iudicio ſtare perfectæque ætatis cõſeatur tunc extra locum ſtatuentiam hæc facere poterit quoniam ſtatutum habilitans perſonam, eã vbique habilitare cenſetur etiam extra territorium niſi forenſis eſſet qui in loco domicilium non contraxiſſet. *& vide nu. 3195.*

Secunda quæſtio eſt An ſtante dicta conſtitutione minorum iu-
11 ra poſſit pater prohibere filio administrationem vſque ad ætatem viginti quinque annorũ? & *Virgil. dicto cap. 6. nu. 9.* negatiuam tenet opinionem quia ſicut pater non poteſt filio prohibere vt poſt vigeſimum quintum annum poſſit administrare cum de iure communi poſſit. *l. cum filio ff. de leg. 1.*
14 ita nec poteſt prohibere vt poſt decimum octauum annum poſsit administrare quia ætas decem &
15 octo annorum ex forma conſtitutionis videtur ſubrogata loco ætatis viginti quinque annorum, quæ eſt de iure communi. & ſapit eamdem naturam, & quod de il-
16 la diſponitur de iſta diſpoſitum cenſetur, & teſtator non poteſt facere vbi leges pro communi & publica vtilitate aliquid diſponunt vt locum nõ habeant in ſuo teſtamento. *l. nemo poteſt ff. de legat. 1.*
17 Præterea ſicut teſtator non poteſt ipſi adulto interdicere administrationem dando illi curatorem, niſi a iudice adulto petente confirmetur. *Virgil. vbi ſupra & ſcripſi de effect. minor. circa iudic. effect. nu. 194.* ſimiliter non po-
18 teſt prohibere adminiſtrationem maiori ſine cauſa nec poteſt ei dari adiunctus vt ſcilicet nihil poſſit ſine conſilio alicuius quia
19 poſſet adminiſtrare nullo petito conſilio. *l. quidam decedens ſ. 1. cod. tit. Caſtr. omnino videndus conſ. 131. lib. 1. Virgil. ſupra.* qui poſt ſuprascripta opponit contra ea ex ſcriptis *ab Aloyſio de Septimo relatis per Xibeccam Inſt. quib. mod.*
20 *tut. fin.* & tandem videtur concludere quod pater poſsit ſuper administratione bonorum diſponere, ſecus reſpectu perſonæ vt ipſemet dixit *dicto cap. 6 n. 5.* quia non prohibetur teſtator dare rebus ſuis adminiſtratorem.

21 Hinc recte dicit. *Merlin. de legit lib. 3. tit. 2 quaſt. 7. nu. 35.* quod
22 vbi grauamen alicui filio iniungitur de non adminiſtrando aut diſponendo de ſua parte circũſcripta Inſania, prodigalitate, aut ætate minorili, tale onus dicit non poteſt reſpicere beneficiũ

&

& commodum illius, & quod ta-
li commodo renunciari potest.
ex Ruin. cons. 10. nu. 72. & 81. cum seq.

Sed vide cautelam quam po-
nit. *Joan. Dilett. de art. testand. titul.*
7. de Tut. & Exeq. testam. Caut. 4.
nu. 4. & titul. 8. de var. testat. præ-
cept. Caut. 5. *nu.* 6. & 7. Scilicet
23 vt faciat hæredem aliquem ido-
neum cum onere alendi liberos
rogando eum, vt restituat illis
hæreditatem cum peruenerint ad
certam ætatem sine detractione
trebellianicæ vel instituat vxorē
suam & matrem suorum filiorum
hæredem cum conditione vt illa
se & communes liberos alat ex
fructibus hæreditatis & grauet vt
certo tempore restituat hæredi-
tatem & det filijs adueniente tē-
pore potestatem capiendi prædi-
cta bona propria auctoritate.
24 Sed ego de hac cautela valde
dubito, cum filij in tali testamē-
to reperiantur præteriti & non
instituti nec ex causa exhæredati
pro vt ad validitatem testamen-
25 ti paterni requiritur. *§. in. vbi*
DD. Inst. de ex hæred. liber. Ripol. de
Testam. cap. 13. n. 7. Macer. var. resol.
lib. 1. resol. 83. nu. 15. & 17. adeo vt
26 si viuo patre decedant non con-
firmetur testamentum. *dicto §. 1.*
in fine. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 2. qu.
27 *10. nu. 14.* Nec ex eo quod filij sint
in testamento nominati non di-
cuntur præteriti quando nomi-
natio fit aliter quam instituendo
vel exhæredando, notat. *Addit.*
ad Gl. in dicto §. 1. vers. & sic collige.
28 Nec valet si dicatur quod ad-
ueniēte restitutionis tempore est
hæres quia hæres institui non po-
test ex certo tempore aut ad cer-
tum tempus. *§. hæres Inst. de hered.*
Inst. bene Crass. in. §. institutio quæst.
24 in principio.
29 Sed An prohibitio de nō alie-
nando vsq; ad vigesimum quin-
tum annum valeat? quod sic. *Mer-*
lin. de legit. lib. 3. tit. 2. qu. 11. Castr.
cons. 77. lib. 1. nu. 1. Roland. *cons. 98.*
nu. 25. lib. 2. Becc. cons. 100. num. 20.
21. Alciat. *cons. 497. num. 3. Man-*
dell. cons. 7. nu. 21. Farinac. quæst. 25.
nu. 44. Surd. cons. 394. num. 6. cons.
412. nu. 54. Ias. in l. filius familias §.
Diui *lect. 2. Intrigl. cons. 9. num. 32.*
cum seq. Mart. *cons. 88. nu. 1. Caualc.*
de. Vsufr. mul. relic. nu. 91. Suar. *in l.*
quoniam in prioribus & Vasq. etiam
30 *in limitat.* Contrarium *Gratian. cap.*
cap. 280. per tot. vbi quod filius
potest si vult stare prohibitioni,
sed si nolit, prohibitio non valet.
Et an prędicto tēpore elapso pos-
sit alienare? Peregr. *art. 40. nu. 63.*
Fusar de subst. quæst. 680. Hodiern.
ad dec. Surd 71. & decis. 85. num. 4.
Facchin. contr. Iur. lib. 4. cap. 75. Me-
noch. cons. 151. & 152. Ruin. cons. 26.
vol. 2.
31 Tertia se offert quæstio an per
dictam constitutionem minorum
iura sit sublata dispositio iuris cō-
munis in illis casibus, in quibus
minorem ætatem decem & octo

anno-

annorum requirit ? & quod non
Respondet Abruz. *in. §. nunc admonendi Inst. quib. alien. lic. vel non*
sub nu. 91. quia dicta constitutio
tantum abbreuiat minorem ætatem, non autem illam prorogat,
bene *Virgil. ab eo non citatus de legit. pers. cap. 1. de legit. person. pupill. a*
32 *nu. 16. cum. seq.* sicut etiam dicta
ætas non est immutata in casibus
in quibus maior ætas decem &
octo annorum de iure requiritur.
Abruz. vbi supra, & nu. 92. notat.
illud idem quod ego *in dicto prælud. de effect. min. æt. circa iudicialia*
33 *num 132.* scripsi & notant etiam
Tusc. verbo Minor. conclus. 266. &
litera E conclus. 344. Cost. consil. 51. num. 16. Maranta in l. is po-
34 *test nu. 238.* quod quilibet præsumitur ætatis legitimæ, & quod
quando ætas est fundamentũ alicuius tunc ille siue sit actor siue
reus debet illã probare *& nu. 93.*
& seq. ponit Abruz. casus in quib'
quis præsumitur minor & *nu. 48.*
35 *&* 49. notauit quod non sufficit
probare ætatem per fidem Parochi aut alias probationes vel præsumptiones in prima instantia
pro probanda contractus nulli-
36 tate ex ætatis defectu; cum possit
contrarium probari, nisi de minori ætate constaret ex eodem contractu quo quis contra aliquem
vtitur, a qua opinione dicit nullatenus recedendũ pro vt ego etiam scripsi in dicto *prelud. n. 143.*
& 144. & vide ad materiam *Tusc.*
in verbo Aetas concl. 344. & verbo minor. concl. 266.
37 Et licet largo sumpto vocabulo omnes illi, qui minorum priuilegijs potiuntur minores dici
possint, prout sunt omnia collegia licita, & pia, vniuersitates
mercatorum, Ecclesia, conuentus seu monasteria religiosorum,
pauperes in genere, societas Loci pij Hospitale & pauperes in eo
degentes, Ciuitas, Respublica,
Castrum, Villa, Fiscus, & pia causa, vt notat. *Tusc. pp. Concl. verbo mi-*
38 *nor concl. 241. per tot.* tamen ego
loquor de illis minoribus, qui
proprie ætate minores sunt, tam
de Iure Regni quam de Iure communi.

Aduerte tandẽ quod si in contractibus, vel in substitutionibus
sit appositum tempus certæ ætatis non censebitur aduenisse, nisi
naturalis ætas aduenerit, non si
fuerit suppleta per imperiale beneficium *Accac. de Ripol de Regal. cap. 10. nu. 18. & seq. Garon. de continuand. poss. defunct. Art. 1. sub nu. 16.*

Et quia hic tractatus est de effectibus minoris ætatis circa cõtractus, operæ pretium duxi originem, ethimologiam, definitionem, & diuisionem contractuum
breuiter narrare.

Et incipiendo ab origine contractuum sciendum est secundum
Bart. in l. ex hoc iure nu. 8. ff. de iust. & Iur. relatum a Mozz. de contract. Art. 3. de Orig. contract. quod con

tractuum

39 tractuum origo est de iure gentiū
primęuo intelligendo de pote-
state ipsa contrahendi quo tem-
pore inefficaces erāt contractus
defectu superioris, qui ius redde-
40 ret, sed distinctis dominijs, & re-
gnis conditis, cæperunt con-
tractus manu regia executionem
habere *l. 2. in princ. ff. de orig. Iur.*
& ideo quo ad efficaciam sunt de
iure gentium secundario notant
Mozz. vbi supra. nu. 2. Ruin & socc.
Iun. in rub. de verb. oblig. vbi scripsi
Bart. in l frater a fratre ff. de cond. in-
deb. Bolognet. in rub. de verb. oblig. sub
n. 17. & 68. Imol. post Anton. de Butr.
41 *in c. quæ in Ecclesiarū de const.* & licet
contrahere sit quid facti *l. consilio*
ff. de Cur furios. Bart. in dicta l. ex hoc
42 *iure.* tamen effectus ipsorum con-
tractuum est iuris, quia obligatio
est iuris vinculum *§. 1. Inst. de*
Obligat. Mozz. vbi supra num. 3. &
43 proinde sciendum est quod Ius
gentium dupplex est, aliud quod
à nonnullis vocatur Ius naturale
44 secundarium & ius gentium pri-
mæuū, quod fuit introductum eo
45 ipso quod gentes cæperunt; alte-
rum ius gentium secundarium,
quod ab ipsis gentibus fuit in-
troductum quam distinctionem
communem dicit *Mozz. vbi supra*
46 *nu. 11. in fine.* licet nonnulli vni-
cum esse affirment, ex quo iure
gentium secundario introducta
sunt bella, seruitutes, distincta do-
minia, condita regna, obligatio-
nes causatæ, & omnes pæne cō-
muni.

tractus introducti *l. ex hoc iure ff. de*
Iust. et Iur. §. ius autem gentiū Inst.
de iur. nat. gent. & Ciuil. præter qua-
47 tuor qui sunt de iure ciuili scili-
cet, stipulatio, literarum obliga-
tio, sponsalitia largitas, idest do-
natio propter nuptias & contra-
ctus emphiteuticus *Gl. in dicto §.*
Ius gentium verbo pene. Mozz. supra
nu. 13.

Ad ethimologiam deueniēdo
iuxta doctrinā I. C. *in l. 1. ff. de Iust.*
& Iur & Arist. 2. post. tex. 2. & 24.
& quæ scripsi tom. 1. de Cit. quæst. 2.
dico quod contractus plures ha-
bet ethimologias, quas refert
Mozz de contract in gen. Art. 1. vnde
dicatur contractus num 13. Prima est
Alciat in l. labeo §. contractus ff. de
48 *verb. signific.* scilicet quod sic di-
citur quasi sit uicissim, & mutuo
trahere vel aliter quasi contra seu
vicissim actum, sequuntur *Mysing.*
in fine titul. Inst de obligat. & Otnot.
Inst. de Obligat. in titul. de Contrac.
sub nu. 4.

49 Secunda est *Specul in tit. de Inst.*
edit. quod dicitur quasi factum
quia inter partes contrahitur &
ordinatur.

50 Tertia est *Nicolai Mozzij de*
Contr. Art. 1. vnde dicatur cōtractus
num. 15. quod contractus dicitur
quasi contra actus vt comprærhē-
dat contractus vltro citroque ob-
ligatorios & ex vna tātum par-
te, quia dictio, contra, vt ipse
aduertit, duos habet significatus,
aliquando stat pro uicissim, & sic
erit

erit vltro citroque vctus siue ne-
gotium, aliquando accipitur pro
aduersum, & sic potest referri ad-
vnam partem tantum.

51 Quarta est *Soti in 4. dist. 15. qu. 2. nu. 1.* quam refert *Onnate de Cō-
tractibus in genere disp. 1. sect. 2. nu. 9*
scilicet quod dicitur contractus
a trahendis inuicem voluntati-
bus contrahentium.

52 Quinta est ipsius *Onnate vbi su-
pra nu. 10.* quod contractus dici-
tur ab obligatione contrahenda.

53 Sed quia quęstio nominis per-
tinacibus est relinquenda *secundū
Gl in rub. ff. solut matr. vbi DD.* ideo
54 ad definitionē deuenio, quæ sub-
stantiā rei declarat. *Secundū Bald.
post Arist. in l. 1. ff de vsufruct.*

55 Prima itaque definitio seu po-
tius descriptio est contractum es-
se vltro citroq; obligationem ex
voluntate & pacto partium sur-
gentem.

56 Secunda est cōtractus est duo-
rum pluriumue in idem consen-
sus.

57 Tertia contractus est verbo-
rum conceptio & consensus.

58 Quarta contractus est conclu-
sio contrahentium.

59 Quinta est contractum esse vl-
tro citroque obligationem.

60 Sexta contractus est conuen-
tio cum promissione obligatoria
vnius vel plurium tacite vel ex-
presse formiter inducta.

61 Septima contractus est actus
obligatorij consensus pro ciuili
commercio a iure formiter indu-
ctus has omnes definitiones seu
descriptiones ponit *Nicol. Mozz. de Contrac. in gener. Art. 2. quid sit contractus seu quomodo diffiniatur cō-
tractus.* qui sextam & septimam
descriptionem approbat.

Nonnullas alias descriptiones
ponit *Onnat. de Contr to. 1. titul. de
Contrac. in gen. disp. 1. sect. 3. nu. 17.*
qui definitionem I.C. in *l. Labeo*
62 *§. contractus ff. de verb. signific.* di-
centis contractum esse vltro ci-
troque obligationem, communi-
ter receptam a communi Schola
Theologorum & Iurisperitorum
dicit. scilicet *ex Bartol. Paul. Salic. Gl. & communiter DD. in d. §. contractus Gemin. cons. 65. in princ. nu. 1. Bart cons. 19. Bald. in §. actionum n. 16. Inst. de actio. verbo praterea Frāc. Aretin. cons 14. viso diligenter nu. 7. verbo in causa ergo Tusc. verbo contractus concl 979. nu 1. 2. & 3. Mantic. lib. 1. de Tacit & ambig. cap. 3. Sylu. verbo contractus nu. 1. Armill ibidem Molin. de Contr. disp. 252. nu. 4. Faust. de Contrac. disp. 5 quaest. 1. in princ less. lib. 2. de Iust. Cap. 17. dub 1. nu. 1.* li-
63 cet ipse *nu. 26.* aliam ponat de-
scriptionem scilicet contractus
est pactum obligans ex Iustitia
commutatiua.

Aliam definitionem seu mauis
descriptionem ponit *Oynot. Inst. de
Obligat. titul. de Contract. nu. 2.* scili-
64 cet contractus est duorum plu-
riumue in idem consensus seu cō-
uentio ex vtraque parte vltro ci-

troque obligatoria qua alium nobis obstringamus ad aliquid dandum præstandum vel faciendum, quam definitionem dicit sumptam *ex dicto §.contractus iuncta.l.3. in princ. ff.de oblig.at.& action.* quæ deffinitio vt ipse advertit tãtum proprio contractui cõpetit, prout aduertit etiam *Onnate supra.*

65 Et proinde sciendum est quod contractus Alij sunt proprij Alij improprij, & alij improprijssimi: Alij sunt nominati alij innominati, alij magis innominati: Alij sũt stricti iuris & alij bonę fidei, Alii sunt fictitii, Alii imaginarii Alii simulati, Alii sunt diuidui alii indiuidui; Alii sunt condicionales seu modales, & non cõditionales seu puri, vel in diem & alternatiui, Alii sunt simplices, Alii sunt sollemnes; item iurati, dolosi, vsuratii, illiciti; Alii sunt meticulosi tandem alii sunt validi alii inualidi, seu nulli, de quib⁹ omnibus, & aliis diuisionibus delego vos *ad Mozz.de Contrac. Art. 4.de diuis.cõtract.Onnate de Contrac. disp.1. sect. 1. & sect. 3.nu. 15 disp. 2.sect.2.3. & 4.Oynot. Inst. de Oblig. titul. de Contrac a nu. 1.*

66 Quæ vero sint substantialia solemnia naturalia, & accidentalia contractus, videndi sunt. *Oynot. supra a n.20.Mozz.de Contract. Art. 5.6. & 7. Turr.de Camb.disp.2. qu. 3 a nu. 1.* R. *D. Hippolyt. Maia in addit. ad tertiam consult.* & quia incidit sermo de *D Hippolyt.* Aduertant omnino causidici ne errent fundati in doctrina ipsius *consult.* 12. qui sine clausula melius sen-
67 tiendi firmauit iudicium factum cum curatore dato pupillo carẽti tutore esse nullum, quia dandus ei erat tutor, & non curator ad validitatem iudicii, quod etiam replicauit *in addit. ad dictam consult.num.18.* credens bene dice-
68 re, cum contrarium sit de iure verius *vt scripsi effect. 1. de effect. minor. ætat. circa iudicialia nu. 66.* &
69 ex DD. ab ipsomet citatis clare colligitur; nam *Osasc.dec.89.* ab eo
70 citatus & DD. ab Osasc. citati nõ loquuntur de pupillo, sed de infante cui de iure, vt iudicium valeat dandus est tutor, & non curator, vt scripsi *dicto effect. 1.num. 127.* Alex. vero etiam ab eo citatus *Consi. 122.nu. 2.3. & seq. lib. 1.* inquit sed præmissis non obstantibus puto contrariam sententiam probabiliorem ex infrascriptis & primo *per l curatorem & quod ibi per Gl & l.curator ff.de Cu-*
71 *rat.dat ab his.* quæ iura indistincte permittunt impuberi curatorem
72 dari posse, & hoc verum etiam si curatore careat. *vt ibi in Gl & idem voluit Gl.Inst.de Curat.§.pen. in verbo curatores.* quod etiã aliis iuribus & rationibus probat *per tot consil.*
73 Et licet infans possit dici pupillus *§.Pupillus Inst.de Inutil.stipulat.* ibi sed quod diximus de pupillis de his verum est, qui iam ha-

habent aliquem intellectum; nã infantes, & qui infantiæ proximus est non multum a furioso distant: quia huiusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum *l. Pupillus ff de Acq Hered. l. 1. §. sufficit de admin tut. l. Seruus §. impuberes ff de bonor. poss. l. 1. §. sufficit ff de admin. tut. Galter. in prax. tutel. verbo vtiliter agat & contrahat. nu. 1. Virgil de legit. perso. cap. 1. n.*
74 *70. & 71.* tamen hoc est improprie & abusiue vt notat. *Narb. de atat. ad omn hum requis. Ann. 7. qu. 3. & Ann. 25. quæst. 13. nu. 5. ex l. quamuis § infans ff. de Acq rer. dom.*
75 quando vero fit mentio de pupillis vel impuberibus proprie in iure intelligitur de masculis de 7. vsque ad 14. de fœminis a 7. vsque ad duodecimũ *l fin. C. quand. tutor. 22. quæst. 2. c. puella Sanc lib. 1. de Matr. disp. 5 1 nu. 24 & lib. 6. disp. 18. nu. 2. Bonac. de Contrac. disp. 3. qu. 2. punc. 5 nu 12. Reginell. lib. 25. nu. 141. Less. li. 2. cap. 17. dub. 8. n. 6. Fill. luc. Tract. 33. cap. 5. nu 40. Citati ab Onnate de Contr. trac. 2. disp. 4. sect. 3. nu. 36 bene Narb. de atat. ad omn. human. act. requisit. Ann. 7. quæst. 3. num. 3.* quod probat per tex. *in l. quamuis § infans de Acquer. rer. do-*
min & ab ethimologia vocabuli. quo
76 tempore finitur ętas pupillaris vt scripsi *in prælud. de effec. minor. at. circa iudicialia nu. 42. Et in addit. ad dictam consult. 12. nu. 16.* nescio qua ratione *D Hippolyt.* dicat Virgil. non posuisse casum ab eo in dicta
77 consultatione scriptum, quomodo scilicet sit faciendum quando pupillus litigat cum extraneo nõ cum tutore, cum supradictum casum ponat *Cap. 1. nu. 86* & Ego eum sequendo *effec. 1. de effect. minor at. Circa iudicialia nu. 68.*

Et quia de validitate & inua-
78 liditate iudicii agitur scias quod minor absque curatore potest esse in iudicio quando agitur pro debitis contractis a patre maxime actione reali, quia patitur immissionem ex secundo decreto sicut & maior & sufficit ipsius pupilli citatio *Bald. cons. 124. Citatio lib. 4 Angel. Aretin. cons. 121. in casu supradicto in principio Castr. cons. 430. lib. 2. Tusc. verbo minor. concl. 231. a num. 1.*

His sic præsuppositis deueniendum est ad effectus minoris ætatis circa contractus qui plures sunt vt infra.

EFFECTVS PRIMVS

SVMMARIVM.

1 *Minor si infans est, vel minor infans non potest nec cum auctoritate tutoris, nec sine contrahere alias contrahendo etiam ad propriam vtilitatem contractus redditur nullus defectu ætatis, sed tutor contrahit, & etiam actus iudiciales tutorio nomine facit nu. 4. & nu. 2. & 3. de ratione.*

Amplia etiam si infans ditior effectus sit tutore auctore non obligatur ex contractu. sed ex naturali æquitate nu 5.

6 *Nemo debet locupletari cum aliena iactura.*

7 *Maior infans contrahendo an contractum validum efficiat? distingue vt ibi cum num. seq.*

9 *Pupillus sine tutoris auctoritate potest conditionem suam meliorem facere, non autem deteriorem & num. 13. & 14. & num. 15. de ratione.*

10 *Pupillus cum auctoritate tutoris potest contrahere & personaliter se obligare siue verba concipiantur in personam pupilli, qui sit maior infante, siue in personam tutoris etiam pupillo existente maiore infante.*

11 *Pupillus qui sit pubertati proximus sicut ex suo contractu naturaliter obligatur, ita cum iuramento etiam ciuiliter obligatur, ita vt ex contractu iurato efficaciter conueniri possit.*

16 *Contractus cum pupillo gestus sine auctoritate tutoris est nullus etiam non obstante iuramento nu. 17.*

18 *Contractus ex parte minoris claudicat, & vide nu. 19.*

19 *Qui cum alio contrahit non debet esse ignarus conditionis illius.*

20 *Minor maior infante debet contrahere cum auctoritate tutoris, vel curatoris, & ad eius nomen cũ dicta auctoritate debent fieri actus iudiciales.*

21 *Tutor non est adinuentus vt ipse agat, & contrahat, nisi quando minor agere vel contrahere non potest. alias iudicium, & contractus erunt nulli.*

22 *Tutoris defectus non potest per iudicem suppleri, Nisi tutor sit absens, & expediat pupillum obligari.*

23 *Contractus factus à pupillo cum auctoritate tutoris valet. Sed probata læsione rescinditur.*

Sed duo probare debet scilicet esse pupillum, & læsum dolo aduersarij vel sui facilitate nu. 24.

Amplia tam si læsio sit in re stabili, quam mobili nu. 25.

26 *Absolutio a iuramento non requiritur stante enormissima læsione.*

27 *Minor habet electionem vel agendi contra tutores ad recuperandum damnum, vel petere rescissionem actus contra eum, qui cum eo contraxit.*

28 *Actus nullus & validus sed rescindendus differunt, quo ad fructuum restitutionem, & vide nu. 29.*

30 *Pupillus An possit naturaliter obligari sine tutore remissiue.*

31 *Pupillus contrahit obligationes, quæ a lege ipsa inducuntur sine tutoris auctoritate.* 32

32 *Pupillus an obligetur ex deposito? & in num seq.*

34 *Actio quæ competit pro restitutione depositi, quæ sit?*

36 *Pubes quando dicatur doli capax remissiue.*

37 *Pupillus pubertati proximus si cum auctoritate tutoris contrahat ciuiliter, & naturaliter obligatur.*

Fallit si alienet bona immobilia, vel mobilia quæ seruando seruari possunt nu. 38. & 41.

39 *Adultus habens curatorem non potest sine eo contrahere, & num. 41. de ratione.*

Amplia etiam si tutelam minoris suscipiat nu 40.

Amplia 2. etiam si contrahat circa castrensia vel alia nu. 42.

43 *Adultus sine curatore contrahens non obligatur ciuiliter sed naturaliter num. 44. Nisi factus sit locupletior, quia naturaliter & Ciuiliter obligatur. nu. 45.*

Amplia a nu 244. vsque ad nu. 288 inclusiue.

Limit. a num. 289. cum pluribus sequentibus.

46 *Adultus cum auctoritate curatoris contrahere potest & contractus valet in casibus tamen a iure non prohibitis, & obligatur ciuiliter, & naturaliter nu. 48. Quid si contrahat sine auctoritate tutoris sed cum decreto iudicis num. 49.*

Quid si auctoritas curatoris præstetur Paulo post creationē à n. 50

52 *Virgil. reprobatur dicens quod auctoritas curatoris vel iudicis statim præstatur in contractibus minorum, & contractus valent.*

53 *Decretum iudicis in contractibus minorum an interponi debeat cum cognitione causæ? & nu. 54. & 55.*

Et quando dicatur interpositum cū cognitione causæ? nu. 56.

57 *Decretum iudicis in ipso actu interuenire debet vel præcedere & non subsequi, & nu. 58. & seq. nu. 61. de ratione.*

64 *Decretum iudicis in dubio An præsumatur interpositum cum cognitione causæ? & nu. 65.*

66 *Decretum An præsumatur interuenisse ex lapsu triginta annorū & quādo hoc tempus incipiat currere? n. 67.*

68 *Curatores plures an sint necessarij, an vero auctoritas vnius tantum sufficit si plures minores contrahunt.*

69 *Subiugatio facta a pluribus an valeat si vnus tantum ex eis imponat illam super indiuiduali prædio.*

70 *Curator si nolit suam auctoritatem præstare minori contrahenti quid faciendum?*

71 *Auctoritas patris supplet auctoritatem curatoris & nu. 72. de ratione. Contrarium num. 76.*

Limita a nu. 77. vsque ad nu. 85. inclusiue.

73 *Maritus supplet defectum curatoris si mulier minor contrahat vbi de ratione.*

74 *Adultus filius familias potest cum auctoritate solius patris se obligare statuto non obstante vbi de ratione, & a nu. 114.*

Fallit in pupillo nu. 75.

Pa-

78 *Pater vbi non habet vsum fructũ non dicitur filij administrator.*

Contrarium nu. 80. & 81.

83 *Filius si se obligat cum patre pro re spectante ad patrem nõ valet obligatio.*

85 *Præsumptio iuris admittit præsumptionem in contrarium.*

86 *Minor ingressus vigesimum quintum annum si contrahat sine auctoritate curatoris an actus valeat? & nu. 88. & seq.*

87 *Statutum loquens de minoribus viginti quinque annis intelligi debet de captis non de completis.*

89 *Annus captus in odiosis non habetur pro completo.*

90 *Annus in dubio debet esse completus nisi aliud a iure caueatur.*

91 *Adultus non est necesse vt habeat curatorem sicut pupillus tutorẽ n. 92.*

93 *Pater non potest in testamento dare filio puberi curatorem, & si det indiget confirmatione ibidem.*

94 *Adultus sui iuris non habens curatorem potest de iure quemcumque contractum facere & obligatur ciuiliter, & naturaliter, & nu. 95. & 100. & 312. sed si læditur habet restitutionem in integrum num 95. & num. 98. & 104. & 109. & quando dicatur læsus num. 99.*

Intellige de obligatione personali vel de obligatione bonorũ mobiliũ quæ seruando seruari non possunt nõ quo ad obligationem bonorum stabilium vel mobilium, quæ seruando seruari possunt num. 97. & num 101. cum seq. Quid stante cap. imp. Car. 78? a nu. 106.

99 *Minor dicitur læsus quando facit actum ex quo nulla sibi vtilitas sequi potest, & damnum potest sequi.*

106 *Adultus sui iuris curatore carens an possit sine auctoritate iudicis se obligare & contrahere stante Capitulo Imper. Carol. 78.*

107 *Capitulũ Imper. Carol. 78. strictè est intelligendum vt minus corrigat ius commune.*

Est in viridi obseruantia non obstante iuramento nu. 108. & 109.

110 *Minor si contractus ab eo gestus sit nullus non tenetur fide iusseri qui pro eo intercessit licet fide iussor sit obligatus.*

111 *Minor contrahens tenetur seruare solemnitates statuti loci in quo contrahit, alias contractus vbi que est nullus.*

112 *Minor contrahens extra Regnum an teneatur seruare dispositionem Cap. Carol. 78.*

113 *Minor si cum maiore se obligauit An contractus sit nullus etiam respectu maioris?*

119 *Minor si contrahendo dicat se maiorem an contractus valeat? cum plur. seq. & a nu. 141 & 146.*

128 *Dolus non debet doloso patrocinari, sed nocere etiam minori nu. 129.*

133 *Sciens decipi non videtur.*

134 *Volenti nulla fit iniuria, Neque dicitur inferri dolus, aut deceptio nu. 135.*

136 *Mulier si sine consensu viri contrahat & dicat esse innuptam non valet contractus si is qui cum ea contrahit, sciat nuptam esse.*

Mulier

137 *Mulier si alienando fundum dotalem dicat illum non esse dotalem & emptor sciat fundum dotalem non valet alienatio, secus si ignoret.*

140 *Contrahens cum minore An præsumatur scire illum esse minorem remissiue.*

144 *Paria delicta mutua compensatione tolluntur.*

145 *Dolus cum dolo compensatur.*

148 *Quis non præsumitur scire tempus suæ natiuitatis.*

149 *Dolus in dubio non præsumitur nisi inditijs aut coniecturis probetur.*

150 *Minor si contrahendo cum iuramento asserat se esse maiorem An contractus valeat & excludatur a iure dicendi nullitatem contractus?*

Et An tunc excludatur a beneficio restitutionis in integrum? nu.151. & 155. & 170. & a nu.176.

153 *Capitulum Imper Carol. 78 habet locum etiam si minor iurauerit se esse maiorem & nu.158.*

155 *Minor iurans se esse maiorem non admictitur ad probandum minorem ætatem per testes. & nu 156. & 157.*

159 *Minor si vltra iuramentum assertorii maioris ætatis iurat etiam nunquam probaturum minorem ætatem ob stat sibi iuramentum.*

160 *Minor iurans non contrauenire cõtractui ratione minoris ætatis dicitur renunciasse beneficio restitutionis in integrum, & nu.161. cum seq.*

Fallit si enormis læsio interueniat nu.167.

168 *Iuramentum simpliciter positum in contractu tollit beneficium restitutionis in integrum & nu. 169. de communi.*

Amplia etiam si non sit certioratus de beneficio nu. 171. & num.172. de magis communi & nu. 173. de ratione.

173 *Iuramentum inducit præsumptionem scientiæ eorum, quæ ius disponit.*

174 *Minor contrahens & omnibus beneficijs ei competẽtibus renunciãs debet expresse certiorari de beneficijs, quibus renunciat, alias non valebit renuntiatio.*

Et an certioratio probetur, si in instrumento dicatur talis certioratus? nu. 175.

176 *Minor licet stante iuramento excludatur a beneficio restitutionis in integrum tamen petita absolutione poterit restitutionem petere.*

Nisi minor in instrumento iurasset omnia, & singula in instrumento vera esse nu.177.

Contrarium nu.178. & seq. vide eff. 2. nu. 18. cum seq.

179 *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*

180 *Minor si expresse iurauit non petere restitutionem in integrum nullo modo restitui debet, & nu, 181. & seq.*

186 *Minor per clausulam renuncians, omni legum auxilio, non excluditur, à restitutione in integrum.*

188 *Contractus præsumitur vsurarius si minor in eo iurauerit non petere restitutionem in integrum ratione læsionis.*

189 *Minor non potest minorem ætatem allegare si iurauit se esse maiorem, & omnia & singula in instrumento rata &*

& grata habere, & in nullo contrauenire.

190 *Impubes pubertati proximus an ligetur iuramento? vide nu 342. & effect. 2. nu 23. & 24.*

191 *Hæres minoris iurantis an teneatur ad obseruantiam contractus, in quo non fuerunt adhibitæ solemnitates statuti & nu. 192. & seq & 195.*

192 *Contractus facti a muliere stante Const. Com. Castr. & facti a minore sine cõsensu iudicis vel curatoris stante Cap. Imp. Carol. 78. sunt ipso iure nulli non obstante pacto de non opponendo & iuramento, & non indigent rescissione & nu 193.*

194 *Tertius an possit allegare nullitatẽ contractus facti a minore. remissiue.*

195 *Soluens potest solutum tamquam indebitum repetere non obstante iuramento quando iuramentum est interpositum contra formam statuti.*

196 *Minor si contrahendo simpliciter se esse maiorem iuret an iuramentum ei noceat? cum plur. seq & a nu. 227.*

197 *Iuramentum nihil operatur vbi quis dolo fuit inductus ad iurandum, & nu 198. de ratione.*

Amplia siue dolus re ipsa, siue ex proposito interueniat nu. 199.

Amplia 2. vt iurans possit illi contrauenire non obtenta absolutione. nu. 200.

201 *Dolus præsumitur adhibitus in contractu celebrato per minorem si est ei damnosus.*

202 *Dolus præsumitur ex enormi læsione si contrahens est minor.*

Amplia etiam si contractus sit factus in fauorem patris contrahentis ibidem.

203 *Dolus semper excipitur a quocumque iuramento.*

Et in omni generali dispositione nu. 204.

205 *Dolus præsumitur stante enormissima læsione etiam quando contrahens est maior.*

206 *Dolus facillime arguitur ex minori ætate vbi læsio est euidens. & num. 207. de communi.*

208 *Paria sunt dolum probari vel quod quis læsus reperiatur vel in totum dãnum passus, vel in maiori parte.*

209 *Dolus alius præsumptus, alius ex proposito, alius re ipsa, & qui sint? a num. 210. 219.*

211 *Dolus a statuto præsumptus dicitur vere re ipsa contractus in esse.*

212 *Statutum præsumens contractus factos sine certa solemnitate per vim, & dolum factos valet idem si præsumat eos simulatos, ibidem.*

213 *Statutum licet non possit tollere vires iuramenti potest tamen illas indirecte adimere præsupponendo simulationem & dolum in illius interpositione & nu. 214 & 215.*

Et talis præsumptio doli a statuto inducta habetur pro veritate nu. 216.

Amplia etiam quod statutum non fingat dolum, & simulationem si habet pro se rationem, & æquitatem adhuc poterit iuramentum positum in contractu annullare. nu. 217.

Contrarium nu. 218.

Dolus

220 *Dolus re ipsa & dolus ex proposito nihil differunt inter se quantum ad annullandum contractum minoris.*

Sed æquiparatio non currit quo ad omnia num. 221.

222 *Dolus semper præsumitur exproposito vbi adest enormissima læsio.*

223 *Absolutio a iuramento non requiritur stante dolo.*

224 *Minor non obstante iuramento in contractu adiecto si adest magna læsio potest in integrum restitui.*

225 *Dolus verus & dolus præsumptus quomodo probetur? remissiue.*

226 *Dolus quando dicatur verus & quando præsumptus?*

228 *Minor qui dolose iurauit se esse maiorem sibi præiudicat quantum respicit fauorem contrahentis, non quoad tertium, qui cum minore contraxit contra quem dolum non commisit.*

Intellige vt sibi præiudicet tantum quo ad contractum, in quo dolus interuenit, non quo ad alium nu. 229.

231 *Minor si verbotenus iurauit se minorem non potest probare minorẽ ætatem per testes, sed per instrumenta & nu. 232. 233. & 234.*

Secus si corporaliter ad Sãcta Dei euangelia se esse maiorẽ iurat, quia tunc non potest probare minorẽ ætatem, nec per testes nec per instrumẽta. Imo uenit et puniẽdus n. 236 & num. 237.

Sed An stante tali iuramento sit exclusus a beneficio restitutionis & nullitatis num. 238. & 239.

Sed hodie tale iuramentum non est in vsu num. 240.

241 *Minor qui in principio instrumenti se maiorẽ simpliciter affirmauit, & deinde infine instrumenti iurat omnia & singula esse vera* An *possit probare minorem ætatẽ & annullare instrumentum & nu. 242. & 243.*

242 *Clausula in instrumento apposita omnia & singula esse vera refertur tam ad ea quæ principaliter dicta sunt quam ad ea quæ enuntiatiue reperiuntur posita, & 243.*

244 *Contractus celebratus a minore cũ auctoritate curatoris si est ei damnosus est nullus.*

245 *Minor sine auctoritate curatoris potest condere testamentum. & a num. 246. & nu. 266. & seq. de ratione.*

247 *Probibita alienatione non est probibita institutio & nu. 248.*

249 *Minor non potest impugnare testamentum per restitutionem in integrum & nu. 259. & 268. cum seq.*

251 *Minor contradicente curatore potest in testamento iubere quod res immobiles vendantur.*

252 *Minor quatuordecim annis si sit masculus & duodecim annorum si sit fæmina potest instituere maioratum in testamẽto vel in vltima volũtate absq; curatoris auctoritate, secus in cõtractu.*

253 *Adulti excedentes decimum quartũ annum possunt in quacumque vltima voluntate disponere de rebus suis etiã stabilibus, & quæ seruãdo seruari possunt etiam si haberent curatorem.*

254 *Testamentum factum imbecillitate ætatis ab adulto & imbecillitate consilij a uetula nõ potest a nemine rescindi.*

39 tractuum origo est de iure gentiū primęuo intelligendo de potestate ipsa contrahendi quo tempore inefficaces erāt contractus defectu superioris, qui ius redde-
40 ret, sed distinctis dominijs, & regnis conditis, cæperunt contractus manu regia executionem habere *l. 2. in princ. ff. de orig. Jur.* & ideo quo ad efficaciam sunt de iure gentium secundario notant *Mozz. vbi supra nu. 2. Ruin & socc. Iun. in rub. de verb. oblig. vbi scripsi Bart. in l frater a fratre ff. de cond. indeb. Bolognet. in rub. de verb. oblig. sub n. 57. & 68. Imol. post Anton. de Butr.*
41 *in c. qua in Ecclesiarū de const.* & licet contrahere sit quid facti. *l. consilio ff. de Cur furios. Bart. in dicta l. ex hoc*
42 *iure* tamen effectus ipsorum contractuum est iuris, quia obligatio est iuris vinculum *§. 1. Inst. de Obligat. Mozz. vbi supra num. 3.* &
43 proinde sciendum est quod Ius gentium dupplex est, aliud quod à nonnullis vocatur Ius naturale
44 secundarium & ius gentium primæuū, quod fuit introductum eo
45 ipso quod gentes cæperunt; alterum ius gentium secundarium, quod ab ipsis gentibus fuit introductum quam distinctionem communem dicit *Mozz. vbi supra*
46 *nu. 11. in fine*. licet nonnulli vnicum esse affirment, ex quo iure gentium secundario introducta sunt bella, seruitutes, distincta dominia, condita regna, obligationes causatæ, & omnes pæne contractus introducti *l. ex hoc iure ff. de Just. et Iur. §. ius autem gentiū Inst. de iur. nat. gent. & Ciuil.* præter qua-
47 tuor qui sunt de iure ciuili scilicet, stipulatio, literarum obligatio, sponsalitia largitas, idest donatio propter nuptias & contractus emphiteuticus *Gl. in dicto §. Ius gentium verbo pane, Mozz. supra nu. 13.*

Ad ethimologiam deueniēdo iuxta doctrinā *I. C. in l. 1. ff. de Iust. & Iur & Arist. 2 post. tex. 2. & 24. & quæ scripsi tom. 1. de Cit. quæst. 2.* dico quod contractus plures habet ethimologias, quas refert *Mozz. de contract in gen. Art. 1. vnde dicatur contractus num 13.* Prima est *Alciat in l. labeo §. contractus ff. de*
48 *verb. signific.* scilicet quod sic dicitur quasi sit uicissim, & mutuo trahere vel aliter quasi contra seu vicissim actum, sequuntur *Mysing. in fine titul. Inst de obligat. & Otnot. Inst. de Obligat. in titul. de Contrac. sub nu. 4.*
49 Secunda est *Specul in tit. de Inst. edit.* quod dicitur quasi, factum quia inter partes contrahitur & ordinatur.
50 Tertia est *Nicolai Mozzij de Contr. Art. 1. vnde dicatur cōtractus num. 15.* quod contractus dicitur quasi contra actus vt compræhēdat contractus vltro citroque obligatorios & ex vna tātum parte, quia dictio, contra, vt ipse aduertit, duos habet significatus, aliquando stat pro uicissim, & sic erit

erit vltro citroque vctus siue negotium, aliquando accipitur pro aduersum, & sic potest referri ad vnam partem tantum.

51 Quarta est *Soti in 4. dist. 15. qu. 2. nu. 2.* quam refert *Onnate de Cōtractibus in genere disp. 1. sect. 2. nu. 9* scilicet quod dicitur contractus a trahendis inuicem voluntatibus contrahentium.

52 Quinta est ipsius *Onnate vbi supra nu. 10.* quod contractus dicitur ab obligatione contrahenda.

53 Sed quia quęstio nominis pertinacibus est relinquenda *secundū Gl in rub. ff. solut matr. vbi DD.* ideo

54 ad definitionē deuenio, quæ substantiā rei declarat. *Secundū Bald. post Arist. in l. 1. ff de vsufruct.*

55 Prima itaque definitio seu potius descriptio est contractum esse vltro citroq; obligationem ex voluntate & pacto partium surgentem.

56 Secunda est cōtractus est duorum pluriumue in idem consensus.

57 Tertia contractus est verborum conceptio & consensus.

58 Quarta contractus est conclusio contrahentium.

59 Quinta est contractum esse vltro citroque obligationem.

60 Sexta contractus est conuentio cum promissione obligatoria vnius vel plurium tacite vel expresse formiter inducta.

61 Septima contractus est actus obligatorij consensus pro ciuili commercio a iure formiter inductus has omnes definitiones seu descriptiones ponit *Nicol. Mozz. de Contrac. in gener. Art. 2. quid sit contractus seu quomodo diffiniatur cōtractus.* qui sextam & septimam descriptionem approbat.

Nonnullas alias descriptiones ponit *Onnat. de Contr to. 1. titul. de Contrac. in gen. disp. 1. sect. 3. nu. 17.* qui definitionem I.C. in *l. Labeo*

62 *§. contractus ff. de verb. signific.* dicentis contractum esse vltro citroque obligationem, communiter receptam a communi Schola Theologorum & Iurisperitorum dicit. scilicet *ex Bartol. Paul. Salic. Gl. & communiter DD. in d. §. contractus Gemin. conf. 65. in princ. nu. 2. Bart conf. 19. Bald. in §. actionum n. 16. Inst. de actio. verbo praeterea Frāc. Aretin. conf 14. viso diligenter nu. 7. verbo in causa ergo Tusc. verbo contractus concl 97 9. nu 1. 2. & 3. Mantic. lib. 1. de Tacit & ambig. cap. 3. Sylu. verbo contractus nu. 1. Armill ibidem Molin. de Contr. disp. 252. nu. 4 Faust. de Contrac. disp. 5 quaest. 1. in princ less. lib. 2. de Iust. Cap. 17 dub. 1. nu. 1.* li-

63 cet ipse *nu. 26.* aliam ponat descriptionem scilicet contractus est pactum obligans ex Iustitia commutatiua.

Aliam definitionem seu mauis descriptionem ponit *Oynot. Inst. de Obligat. titul. de Contract. nu. 2.* scili-

64 cet contractus est duorum pluriumue in idem consensus seu cōuentio ex vtraque parte vltro ci-

troque obligatoria qua alium nobis obstringamus ad aliquid dandum præstandum vel faciendum, quam definitionem dicit sumptam *ex dicto §.contractus iuncta.l.3. in princ. ff.de obligat.& action.* quæ deffinitio vt ipse advertit tātum proprio contractui cōpetit, provt aduertit etiam *Onnate supra.*

65 Et proinde sciendum est quod contractus Alij sunt proprij Alij improprij, & alij improprijssimi; Alij sunt nominati alij innominati, alij magis innominati: Alij sūt stricti iuris & alij bonę fidei, Alii sunt fictitii, Alii imaginarii Alii simulati, Alii sunt diuidui alii indiuidui; Alii sunt conditionales seu modales, & non cōditionales seu puri, vel in diem & alternatiui, Alii sunt simplices, Alii sunt sollemnes; item iurati, dolosi, vsurarii, illiciti; Alii sunt meticulosi tandem alii sunt validi alii inualidi, seu nulli, de quib' omnibus, & aliis diuisionibus delego vos *ad Mozz.de Contrac.* Art. 4.*de diuis.cōtract.Onnate de Contrac. disp.1. sect. 1. & sect. 3.nu. 15 disp. 2.sect. 2. 3. & 4.Oynot. Inst. de Oblig. titul. de Contrac a nu. 1.*

66 Quæ vero sint substantialia sollemnia naturalia, & accidentalia contractus, videndi sunt. *Oynot. supra a n.* 20.*Mozz.de Contract.* Art. 5.6. & 7. *Turr.de Camb.disp.* 2. *qu.* 3.*a nu.* 1. R. D. *Hippolyt. Maia in addit. ad tertiam consult.* & quia incidit sermo de D. *Hippolyt.* Aduertant omnino causidici ne errent fundati in doctrina ipsius *consult.* 12. qui sine clausula melius sen-

67 tiendi firmauit iudicium factum cum curatore dato pupillo carēti tutore esse nullum, quia dandus ei erat tutor, & non curatotor ad validitatem iudicii, quod etiam replicauit *in addit.ad dictam consult.num.*18. credens bene dice-

68 re, cum contrarium sit de iure vetius *vt scripsi effect.* 1. *de effect. minor. ætat.circa iudicialia nu.* 66. &

69 ex DD. ab ipsemet citatis clare colligitur; nam *Osasc.dec* 89. ab eo

70 citatus & DD. ab Osasc. citati nō loquuntur de pupillo, sed de infante cui de iure, vt iudicium valeat dandus est tutor, & non curator, vt scripsi *dicto effect.* 1.*num.* 127. Alex. vero etiam ab eo citatus *Cons.* 12 2.*nu.* 2. 3. & *seq. lib.* 1. inquit sed præmissis non obstantibus puto contrariam sententiam probabiliorem ex infrascriptis & primo *per l curatorem & quod ibi per Gl & l.curator ff.de Cu-*

71 *rat.dat ab his.* quæ iura indistincte permictunt impuberi curatorem

72 dati posse, & hoc verum etiam si curatore careat. *vt ibi in Gl. & idem voluit Gl.Inst.de* Curat. §.*pen. in verbo curatores.* quod etiā aliis iuribus & rationibus probat *per tot consil.*

73 Et licet infans possit dici pupillus §.*Pupillus Inst.de Inutil.stipulat.* ibi sed quod diximus de pupillis de his verum est, qui iam

ha-

habent aliquem intellectum; nã infantes, & qui infantiæ proximus est non multum a furioso distant: quia huiusmodi ætatis pupilli nullum habent intellectum *l. Pupillus ff de Acq Hared. l. 1. §. sufficit de admin tut. l. Seruus §. impuberes ff de bonor. poss. l. 1. §. sufficit ff de admin. tut. Galter. in prax. tutel. verbo vtiliter agat & contrahat. nu. 1. Virgil de legit. perso. cap. 1. n.*
74 *70. & 71.* tamen hoc est improprie & abusiue vt notat. *Narb. de atat. ad omn. hum requis.* Ann. 7. *qu. 3. &* Ann. *25. quaest. 23. nu. 5. ex l. quamuis § infans ff. de Acq. rer. dom.*
75 quando vero fit mentio de pupillis vel impuberibus proprie in iure intelligitur de masculis de 7. vsque ad 14. de fœminis a 7. vsque ad duodecimũ *l fin. C. quand. tutor. 22. quaest. 2. c. puella Sanc lib. 1. de Matr. disp. 51. nu. 24 & lib. 6. disp. 38. nu. 2. Bonac. de Contrac. disp. 3. qu. 2. punc. 5. nu 12. Reginell. lib. 25. nu. 141. Less. li. 2. cap. 17. dub. 8. n. 6. Fil. luc.* Tract. *33. cap. 5. nu 40. Citati ab Onnate de* Contr. *trac. 2. disp. 4. sect. 3. nu. 36. bene Narb. de atat. ad omn. human. act. requisit.* Ann. *7. quaest. 3. num. 3.* quod probat per tex. *in l. quamuis §. infans de Acquer. rer. dominii & ab ethimologia vocabuli.* quo
76 tempore finitur ętas pupillaris vt scripsi *in prælud. de effec. minor. æt. circa iudicialia nu. 42.* Et *in addit. ad dictam consult. 12. nu. 16.* nescio qua ratione *D Hippolyt.* dicat Virgil. non posuisse casum ab eo in dicta
77 consultatione scriptum, quomodo scilicet sit faciendum quando pupillus litigat cum extraneo nõ cum tutore, cum supradictum casum ponat *Cap. 1. nu. 86* & Ego eum sequendo *effec. 1. de effect. minor æt.* Circa *iudicialia nu. 68.*

Et quia de validitate & inua-
78 liditate iudicii agitur scias quod minor absque curatore potest esse in iudicio quando agitur pro debitis contractis a patre maxime actione reali, quia patitur immissionem ex secundo decreto sicut & maior & sufficit ipsius pupilli citatio *Bald. cons. 124. Citatio lib. 4* Angel. Aretin. *cons. 125. in casu supradicto in principio Castr. cons. 430. lib. 2. Tusc. verbo minor. concl. 215. a num. 1.*

His sic præsuppositis deueniendum est ad effectus minoris ætatis circa contractus qui plures sunt vt infra.

EFFECTVS PRIMVS

SVMMARIVM.

1 *Minor si infans est, vel minor infans non potest nec cum auctoritate tutoris, nec sine contrahere alias contrahendo etiam ad propriam vtilitatem contractus redditur nullus defectu ætatis, sed tutor contrahit, & etiam actus iudiciales tutorio nomine facit nu. 4. & nu. 2. & 3. de ratione.*

Amplia etiam si infans ditior effectus sit tutore auctore non obligatur ex contractu. sed ex naturali æquitate nu 5.

6 *Nemo debet locupletari cum aliena iactura.*

7 *Maior infans contrahendo an contractum validum efficiat? distingue vt ibi cum num. seq.*

9 *Pupillus sine tutoris auctoritate potest conditionem suam meliorem facere, non autem deteriorem & num. 13. & 14 & num. 15. de ratione.*

10 *Pupillus cum auctoritate tutoris potest contrahere & personaliter se obligare siue verba concipiantur in personam pupilli, qui sit maior infante, siué in personam tutoris etiam pupillo existente maiore infante.*

11 *Pupillus qui sit pubertati proximus sicut ex suo contractu naturaliter obligatur, ita cum iuramento etiam ciuiliter obligatur, ita vt ex contractu iurato efficaciter conueniri possit.*

16 *Contractus cum pupillo gestus sine auctoritate tutoris est nullus etiam non obstante iuramento nu. 17.*

18 *Contractus ex parte minoris claudicat, & vide nu. 19.*

19 *Qui cum alio contrahit non debet esse ignarus conditionis illius.*

20 *Minor maior infante debet contrahere cum auctoritate tutoris, vel curatoris, & ad eius nomen cũ dicta auctoritate debent fieri actus iudiciales.*

21 *Tutor non est adinuentus vt ipse agat, & contrahat, nisi quando minor agere vel contrahere non potest. alias iudicium, & contractus erunt nulli.*

22 *Tutoris defectus non potest per iudicem suppleri, Nisi tutor sit absens, & expediat pupillum obligari.*

23 *Contractus factus à pupillo cum auctoritate tutoris valet. Sed probata læsione rescinditur.*

Sed duo probare debet scilicet esse pupillum, & læsum dolo aduersarij vel sui facilitate nu. 24.

Amplia tam si læsio sit in re stabili, quam mobili nu. 25.

26 *Absolutio a iuramento non requiritur stante enormissima læsione.*

27 *Minor habet electionem vel agendi contra tutores ad recuperandum damnum, vel petere rescissionem actus contra eum, qui cum eo contraxit.*

28 *Actus nullus & validus sed rescindendus differunt, quo ad fructuum restitutionem, & vide nu. 29.*

30 *Pupillus An possit naturaliter obligari sine tutore remissiue.*

31 *Pupillus contrahit obligationes, quæ a lege ipsa inducuntur sine tutoris auctoritate.*

32 *Pupillus an obligetur ex deposito? & in num seq.*

34 *Actio quæ competit pro restitutione depositi, quæ sit?*

36 *Pubes quando dicatur doli capax remissiue.*

37 *Pupillus pubertati proximus si cum auctoritate tutoris contrahat ciuiliter, & naturaliter obligatur.*

Fallit si alienet bona immobilia, vel mobilia quæ seruando seruari possunt nu. 38. & 47.

39 *Adultus habens curatorem non potest sine eo contrahere, & num. 41. de ratione.*

Amplia etiam si tutelam minoris suscipiat nu 40.

Amplia 2. etiam si contrahat circa castrensia vel alia nu. 42.

43 *Adultus sine curatore contrahens non obligatur ciuiliter sed naturaliter num. 44. Nisi factus sit locupletior, quia naturaliter & Ciuiliter obligatur nu. 45.*

Amplia a nu 244. vsque ad nu. 288 inclusiue.

Limit. a num. 289. cum pluribus sequentibus.

46 *Adultus cum auctoritate curatoris contrahere potest & contractus valet in casibus tamen a iure non prohibitis, & obligatur ciuiliter, & naturaliter nu. 48. Quid si contrahat sine auctoritate tutoris sed cum decreto iudicis num. 49.*

Quid si auctoritas curatoris præstetur Paulo post creationẽ à n. 50

52 *Virgil. reprobatur dicens quod auctoritas curatoris vel iudicis statim præstatur in contractibus minorum, & contractus valent.*

53 *Decretum iudicis in contractibus minorum an interponi debeat cum cognitione causæ? & nu. 54. & 55.*

Et quando dicatur interpositum cũ cognitione causæ? nu. 56.

57 *Decretum iudicis in ipso actu interuenire debet vel præcedere & non subsequi, & nu. 58. & seq. nu. 61. de ratione.*

64 *Decretum iudicis in dubio An præsumatur interpositum cum cognitione causæ? & nu. 65.*

66 *Decretum An præsumatur interuenisse ex lapsu triginta annorũ & quãdo hoc tempus incipiat currere? n. 67.*

68 *Curatores plures an sint necessarij, an vero auctoritas vnius tantum sufficit si plures minores contrahunt.*

69 *Subiugatio facta a pluribus an valeat si vnus tantum ex eis imponat illam super indiuiduali prædio.*

70 *Curator si nolit suam auctoritatem præstare minori contrahenti quid faciendum?*

71 *Auctoritas patris supplet auctoritatem curatoris & nu. 72. de ratione. Contrarium num. 76.*

Limita a nu. 77. vsque ad nu. 85. inclusiue.

73 *Maritus supplet defectum curatoris si mulier minor contrahat vbi de ratione.*

74 *Adultus filius familias potest cum auctoritate solius patris se obligare statuto non obstante vbi de ratione, & a nu. 114.*

Fallit in pupillo nu. 75.

78 *Pater vbi non habet vsum fructũ non dicitur filij administrator.*

Contrarium nu. 80. & 81.

83 *Filius si se obligat cum patre pro re spectante ad patrem nõ valet obligatio.*

85 *Præsumptio iuris admittit præsumptionem in contrarium.*

86 *Minor ingressus vigesimum quintum annum si contrahat sine auctoritate curatoris an actus valeat? & nu. 88. & seq.*

87 *Statutum loquens de minoribus viginti quinque annis intelligi debet de cæptis non de completis.*

89 *Annus cæptus in odiosis non habetur pro completo.*

90 *Annus in dubio debet esse completus nisi aliud a iure caueatur.*

91 *Adultus non est necesse vt habeat curatorem sicut pupillus tutorẽ n. 92.*

93 *Pater non potest in testamento dare filio puberi curatorem, & si det indiget confirmatione ibidem.*

94 *Adultus sui iuris non habens curatórem potest de iure quemcumque contractum facere & obligatur ciuiliter, & naturaliter, & nu. 95. & 100. & 312. sed si læditur habet restitutionem in integrum num 95. & num. 98. & 104. & 109. & quando dicatur læsus num. 99.*

Intellige de obligatione personali vel de obligatione bonorũ mobilium quæ seruando seruari non possunt nõ quo ad obligationem bonorum stabilium vel mobilium, quæ seruando seruari possunt num. 97. & num 101. cum seq. Quid stante cap. Imp. Car. 78? a nu. 106.

99 *Minor dicitur læsus quando facit actum ex quo nulla sibi vtilitas sequi potest, & damnum potest sequi.*

106 *Adultus sui iuris curatore carens an possit sine auctoritate iudicis se obligare & contrahere stante Capitulo Imper. Carol. 78.*

107 *Capitulũ Imper. Carol. 78. stricte est intelligendum vt minus corrigat ius commune.*

Est in viridi obseruantia non obstante iuramento nu. 108. & 109.

110 *Minor si contractus ab eo gestus sit nullus non tenetur fide iusseri qui pro eo intercessit licet fide iussor sit obligatus.*

111 *Minor contrahens tenetur seruare solemnitates statuti loci in quo contrahit, alias contractus vbi que est nullus.*

112 *Minor contrahens extra Regnum an teneatur seruare dispositionem Cap. Carol. 78.*

113 *Minor si cum maiore se obligauit An contractus sit nullus etiam respectu maioris?*

119 *Minor si contrahendo dicat se maiorem an contractus valeat? cum plur. seq. & a nu. 141 & 146.*

128 *Dolus non debet doloso patrocinari, sed nocere etiam minori nu. 129.*

133 *Sciens decipi non videtur.*

134 *Volenti nulla fit iniuria, Neque dicitur inferri dolus, aut deceptio nu. 135.*

136 *Mulier si sine consensu viri contrahat & dicat esse innuptam non valet contractus si is qui cum ea contrahit, sciat nuptam esse.*

Mulier

137 Mulier si alienando fundum dotalem dicat illum non esse dotalem & emptor sciat fundum dotalem non valet alienatio, secus si ignoret.

140 Contrahens cum minore An præsumatur scire illum esse minorem remissiue.

144 Paria delicta mutua compensatione tolluntur.

145 Dolus cum dolo compensatur.

148 Quis non præsumitur scire tempus suæ natiuitatis.

149 Dolus in dubio non præsumitur nisi indicijs aut coniecturis probetur.

150 Minor si contrahendo cum iuramento asserat se esse maiorem An contractus valeat & excludatur a iure dicendi nullitatem contractus?

Et An tunc excludatur a beneficio restitutionis in integrum? nu. 151. & 155. & 170. & a nu. 176.

153 Capitulum Imper Carol. 78 habet locum etiam si minor iurauerit se esse maiorem & nu. 158.

155 Minor iurans se esse maiorem non admictitur ad probandum minorem ætatem per testes. & nu 156. & 157.

159 Minor si vltra iuramentum assertoriũ maioris ætatis iurat etiam nunquam probaturum minorem ætatem ob stat sibi iuramentum.

160 Minor iurans non contrauenire cõtractui ratione minoris ætatis dicitur renunciasse beneficio restitutionis in integrum, & nu. 161. cum seq.

Fallit si enormis læsio interueniat nu. 167.

168 Iuramentum simpliciter positum in contractu tollit beneficium restitutionis in integrum & nu. 169. de communi.

Amplia etiam si non sit certioratus de beneficio nu. 171. & num. 172. de magis communi & nu. 173. de ratione.

173 Iuramentum inducit præsumptionem scientiæ eorum, quæ ius disponit.

174 Minor contrahens & omnibus beneficijs ei competẽtibus renunciãs debet expresse certiorari de beneficijs, quibus renunciat, alias non valebit renuntiatio.

Et an certioratio probetur, si in instrumento dicatur talis certioratus? nu. 175.

176 Minor licet stante iuramento excludatur a beneficio restitutionis in integrum tamen petita absolutione poterit restitutionem petere.

Nisi minor in instrumento iurasset omnia, & singula in instrumento vera esse nu. 177.

Contrarium nu. 178. & seq. vide eff. 2. nu. 18. cum seq.

179 Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.

180 Minor si expresse iurauit non petere restitutionem in integrum nullo modo restitui debet, & nu. 181. & seq.

186 Minor per clausulam renuncians, omni legum auxilio, non excluditur, à restitutione in integrum.

188 Contractus præsumitur vsurarius si minor in eo iurauerit non petere restitutionem in integrum ratione læsionis.

189 Minor non potest minorem ætatem allegare si iurauit se esse maiorem, & omnia & singula in instrumento rata &

& grata habere, & in nullo contravenire.

190 *Impubes pubertati proximus an ligetur iuramento? vide nu 342. & effect. 2. nu 23. & 24.*

191 *Hæres minoris iurantis an teneatur ad obseruantiam contractus, in quo non fuerunt adhibitæ solemnitates statuti & nu. 192. & seq & 195.*

192 *Contractus facti a muliere stante Const. Com. Castr. & facti a minore sine cōsensu iudicis vel curatoris stante Cap. Imp. Carol. 78 sunt ipso iure nulli non obstante pacto de non opponendo & iuramento, & non indigent restitutione & nu 193.*

194 *Tertius an possit allegare nullitatē contractus facti a minore. remissiue.*

195 *Soluens potest solutum tamquam indebitum repetere non obstante iuramento quando iuramentum est interpositum contra formam statuti.*

196 *Minor si contrahendo simpliciter se esse maiorem iuret an iuramentum ei noceat? cum plur. seq & a nu. 227.*

197 *Iuramentum nihil operatur vbi quis dolo fuit inductus ad iurandum, & nu 198. de ratione.*

Amplia siue dolus re ipsa, siue ex proposito interueniat nu. 199.

Amplia 2. vt iurans possit illi contrauenire non obtenta absolutione. nu. 200.

201 *Dolus præsumitur adhibitus in contractu celebrato per minorem si est ei damnosus.*

202 *Dolus præsumitur ex enormi læsione si contrahens est minor.*

Amplia etiam si contractus sit factus in fauorem patris contrahentis ibidem.

203 *Dolus semper excipitur a quocumque iuramento.*

Et in omni generali dispositione nu. 204.

205 *Dolus præsumitur stante enormissima læsione etiam quando contrahens est maior.*

206 *Dolus facillime arguitur ex minori ætate vbi læsio est euidens. & num. 207. de communi.*

208 *Paria sunt dolum probari vel quod quis læsus reperiatur vel in totum dānum passus, vel in maiori parte.*

209 *Dolus alius præsumptus, alius ex proposito, alius re ipsa, & qui sint? a num. 210. 219.*

211 *Dolus a statuto præsumptus dicitur vere re ipsa contractui inesse.*

212 *Statutum præsumens contractus factos sine certa solemnitate per vim, & dolum factos valet idem si præsumat eos simulatos, ibidem.*

213 *Statutum licet non possit tollere vires iuramenti potest tamen illas indirecte adimere præsupponendo simulationem & dolum in illius interpositione & nu. 214 & 215.*

Et talis præsumptio doli a statuto in ducta habetur pro veritate nu. 216.

Amplia etiam quod statutum non fingat dolum, & simulationem si habet pro se rationem, & æquitatem adhuc poterit iuramentum positum in contractu annullare. nu. 217.

Contrarium nu. 218.

Dolus

220 Dolus re ipsa & dolus ex proposito nihil differunt inter se quantum ad annullandum contractum minoris.

Sed æquiparatio non currit quo ad omnia num. 221.

222 Dolus semper præsumitur ex proposito vbi adest enormissima læsio.

223 Absolutio a iuramento non requiritur stante dolo.

224 Minor non obstante iuramento in contractu adiecto si adest magna læsio potest in integrum restitui.

225 Dolus verus & dolus præsumptus quomodo probetur? remissiue.

226 Dolus quando dicatur verus & quando præsumptus?

228 Minor qui dolose iurauit se esse maiorem sibi præiudicat quantum respicit fauorem contrahentis, non quoad tertium, qui cum minore contraxit contra quem dolum non commisit.

Intellige vt sibi præiudicet tantum quo ad contractum, in quo dolus interuenit, non quo ad alium nu. 229.

231 Minor si verbotenus iurauit se minorem non potest probare minorē ætatem per testes, sed per instrumenta & nu. 232. 233. & 234.

Secus si corporaliter ad Sācta Dei euangelia se esse maiorē iurat, quia tunc non potest probare minorē ætatem, nec per testes nec per instrumēta. Imo uentrei puniēdus n. 236 & num. 237.

Sed An stante tali iuramento sit exclusus a beneficio restitutionis & nullitatis ē num. 238. & 239. Sed hodie tale iuramentum non est in vsu num. 240.

241 Minor qui in principio instrumenti se maiorē simpliciter affirmauit, & deinde in fine instrumenti iurat omnia & singula esse vera An possit probare minorem ætatē & annullare instrumentum & nu. 242. & 243.

242 Clausula in instrumento apposita omnia & singula esse vera refertur tam ad ea quæ principaliter dicta sunt quam ad ea quæ enunciatiue reperiuntur posita, & 243.

244 Contractus celebratus a minore cū auctoritate curatoris si est ei damnosus est nullus.

245 Minor sine auctoritate curatoris potest condere testamentum. & a num. 246. & nu. 266. & seq. de ratione.

247 Prohibita alienatione non est prohibita institutio & nu. 248.

249 Minor non potest impugnare testamentum per restitutionem in integrum & nu. 259. & 268. cum seq.

251 Minor contradicente curatore potest in testamento iubere quod res immobiles vendantur.

252 Minor quatuordecim annis si sit masculus & duodecim annorum si sit fæmina potest instituere maioratum in testamēto vel in vltima volūtate absqs curatoris auctoritate, secus in cōtractu.

253 Adulti excedentes decimum quartū annum possunt in quacumque vltima voluntate disponere de rebus suis etiā stabilibus, & quæ seruādo seruari possunt etiam si haberent curatorem.

254 Testamentum factum imbecillitate ætatis ab adulto & imbecillitate consilij a uetula nō potest a nemine rescindi.

255 *Testator præsumitur legitimæ ætatis ad testandum, & contrarium dicenti incumbit onus probandi, & nu. 256. & 257.*

257 *Quilibet præsumitur testabilis, nisi contrarium probetur.*

260 *Appellatione contractus an ueniat testamentum? & nu. 261. & seq.*

Quid de Codicillis? nu. 263.

264 *Virgil. nonnulla habuit a Molignato, quæ sibi appropriauit eo non citato.*

265 *Minor an possit curatorem heredem instituere, & contractus irreuocabiles in testamento facere?*

267 *Testamentum non potest ab alieno arbitrio pendere.*

269 *Minor si fuit dolo inductus ad testandum, succurritur heredibus ab intestato uenientibus per actionem de dolo vel actione in factum ad interesse.*

270 *Annus captus habetur pro completo in fauorabilibus.*

271 *Baro minor decem & octo annorum habens curatorem non potest sine eo contrahere.*

272 *Baro in decimo quarto anno est maior in fauorabilibus secus in odiosis & quo ad actus præiudiciales num. 273.*

274 *Capitulum Imperatoris Caroli. 78. comprahendit etiam barones.*

Contrarium num. 275.

276 *Minor habens curatorem si sine eo se obliget fauore minoris non ualet obligatio.*

Amplia etiam si se obliget fauore uniuersitatis vel mulieris n. 280.

277 *Priuilegiatus qui de damno uitando tractat præfertur æque priuilegiato.*

278 *Minor potest agere contra alium minorem emptorem ad reuocandum rem alienatam sine debitis solemnitatibus & nu. 279.*

281 *Clericus habens curatorem si sine eo se obliget, non valet obligatio.*

Contrarium nu. 282.

283 *Minor si sine auctoritate curatoris vel decreto iudicis se obliget pro patre excarcerando, non ualet obligatio, & nu. 284. de ratione & seq.*

285 *Procurator minoris non potest obligare minorem sine solemnitatibus requisitis.*

286 *Minor dicitur contrahere quando procurator ipsius contrahit.*

287 *Qui per se non potest facere actum, nec potest illum per alium facere.*

288 *Dominus agere videtur, licet procurator agat.*

289 *Contractus factus a minore sine auctoritate curatoris si ei est utilis? ualet, & nu. 294. de ratione.*

Et quando dicatur vtilis? nu. 290. cum seq.

Et An huic minori competat restitutio? a nu. 295. cum seq. Amplia à num. 302. Intellige nu. 305. & 306.

290 *Minor quando dicatur factus locupletior?*

299 *Pupillus potest contrahere, & se obligare si ex contractu sibi prouenit commodum, & utilitas, & num. 300. & 301. de ratione.*

302 *Capitulum Imper. Caroli 78. non habet locum in contractu utili ipsi minori, & vide num. 303. & 304.*

Minor

307 Minor potest pro dote se obligare sine curatore.

Contrarium num. 309.

308 Generalis dispositio non comprehendit causam dotis.

310 Minor potest stipulari absque tutoris auctoritate.

Fallit in mutuis stipulationibus nu. 311.

313 Minor si alieno nomine contrahat non requiruntur solemnitates.

314 Minor stante statuto vel consuetudine potest se obligare sine auctoritate sui tutoris, & de ratione num. 315.

Fallit si contraheret extra territorium habilitantis nu. 316. vel de bonis sitis extra territorium num. 320.

317 Statutum inhabilitans aliquem ad contrahendum extenditur extra territorium inhabilitantis, & ita decisum num. 318.

319 Statuta requirentia iudicis authoritatem vel praesentiam consanguineorum in contractibus minorum, vel mulierum sunt introducta vt excludant praesumptiones doli vel metus.

321 Minor solitus publice negotiare, & contrahere non potest impugnare contractum ratione minoris aetatis.

322 Minor si praetendit se laesum non in re, sed in pretio non potest petere contractus rescissionem, sed solum supplere pretium.

323 Minor si sine curatore contrahat, & contractum iureiurando confirmet valet contractus, vbi etiam de ratione. & nu. 324. & 328. & nu. 330.

Amplia in quocunque contractu per minorem facto num. 325. & 329. & 379.

Amplia etiam si contrahat cum ipso curatore nu. 327. Amplia etiam a nu. 379. cum plur. seq.

Limita in minore curatorem habente quia si sine eo contrahit non obstante iuramento contractus non valet a nu. 332.

Contrarium a nu. 340. cum seq.

Limita, etiam a n. 424. cum plur. seq.

331 Decretum iudicis in contractibus minorum non est necessarium quando iuramentum interuenit.

334 Adultus habens curatorem aequiparatur pupillo vel saltim prodigo, cui bonis est interdictum.

341 Contractus a prodigo celebratus an firmetur iuramento?

342 Pupillus pubertati proximus ligatur iuramento adeo vt ex suo contractu iurato obligetur naturaliter, & ciuiliter vide effect. 2. nu. 23. & 24.

343 Salus animae semper praeferenda est.

344 Minor si tempore contractus habeat curatorem, & contrahat sine eius auctoritate, sed cum iuramento, non annullatur contractus propter solemnitatem non adhibitam.

345 Minor etiam stante prohibitione de non alienando si cum iuramento alienat, valide alienat.

346 Statutum annullans simpliciter contractum non habet locum in contractu iurato. & nu. 346. & 347.

348 Iuramentum validat actum nullum ob defectum solemnitatum.

149 *Minor tenetur seruare iuramentum tam si statutum an nullans contractum dirigat eius verba in rem, quam in personam, & n. 462. cum seq. & nu. 573.*

350 *Statutum non potest directe disponere super iuramento, & contractu iurato vbi de ratione. idem in principe nu. 351. & vide nu. 572.*

352 *Statuta annullantia contractus iuratos an impediant ne contractus firmentur iuramento? & nu 353.*

354 *Jus canonicum est seruandum quo ad iuramentum, & spiritualia, & nonius statutorum.*

355 *Statutum annullans iuramentum in contractu positum, a Papa confirmatum valet tamquam ius Canonicũ.*

Intellige quando confirmatio est specialis illius statuti, secus si Generalis nu. 357. & num. 358. de ratione.

359 *Juramentum an confirmet contractum ipso iure nullum? & nu. 363.*

360 *Contractus minoris celebratus sine solemnitate a statuto requisita etiam quod in eo fuerit iuramentum nullam producit actionem neque ciuilem, neque naturalem.*

361 *Statutum si presumat contractum per uim & metum extortum non admictitur probatio in contrarium.*

362 *Iuramentum non confirmat contractum, quem lex vel statutum pro suspecto habet.*

363 *Mulieris obligatio facta contra dispositionem Auth. si qua mulier C. ad velleianum est ipso iure nulla & non confirmatur iuramento.*

Contrarium nu. 364.

Quid stante Constitutione Comitis Castri? nu. 365.

365 *Impubes proximus pubertati si est doli capax iure iurando confirmat cõtractum a se gestum, & hæc est communis opinio & secundum eam iudicatum nu. 368. & 369. & de ratione nu. 370.*

Sed quis dicatur proximus pubertati ad hunc effectum? num 367. & 368. 372.

Contrarium quod impubes pubertati proximus non ligetur iuramento, & quod hæc sit magis communis, & verior opinio nu. 373. 374. 375.

Limita hanc opinionem nu. 376. 377. 378.

384 *Iuramentum vt habeat vim confirmandi contractum non requiritur vt per ipsum minorem præstetur sed potest per procuratorem præstari, sed qua requirãtur hoc casu? vide ibi.*

385 *Iuramentum non solum conualidat actum nullum defectu solemnitatum, sed forma legis non seruata & 386.*

387 *Juramentum an confirmet contractum nullum alio respectu quã minoris ætatis? & n. 388. cum plur. seq.*

396 *Juramentum habet vim certiorationis, & quomodo procedat? nu. 400.*

397 *Iuramentum non potest operari diuersos effectus, sed vnum tantum.*

Et quando secus? nu. 398. 399.

401 *Duo specialia circa idem concurrere non possunt.*

402 *Contractus a minore celebratus si sit nullus alio respectu quam minoris ætatis an conualidetur iuramento? simplici-*

pliciter ab eo praestito. & nu. 403 cum seq. & 419. & 420.

404 *Leges difficilius dispensant cū duplici quam cum vno defectu.*

405 *Duo vincula magis stringunt.*

407 *Prohibitio testatoris de non alienando iūcta cum prohibitione legis operatur vt res alioqui alienabilis in aliquo casu de iure communi non possit etiam in illo casu alienari, exemplifica vt nu. 407. & 408. & 409.*

410 *Prohibitio dupplex operatur vt quis possit inuadere propria auctoritate rem alienatam.*

411 *Donatio facta inter virum, & vxorem est inualida.*

Fallit si sit iurata num. 412.

Sublimita num. 413.

414 *Alienatio bonorum fidei commisso subiectorum facta ab ignorante ignoranti valet.*

Fallit quando adest expressa prohibitio a testatore, ibidem.

415 *Iuramentum supplet defectum insinuationis in donatione excedēte quingentos solidos, & quando secus num. 416.*

417 *Absolutus a iuramento praestito in contractu ad effectum agendi vel excipiendi non potest agere, vel excipere si in contractu ad sunt. duo iuramenta.*

418 *Absolutus ab excommunicatione nō censetur absolutus si in duabus inciderat excommunicationibus.*

421 *Minor licet stante iuramento excluditur a beneficio restitutionis in integrum, & dicendi contractum nullum ratione minoris aetatis non tamen excluditur ab allegando nullitatem ex alio capite prouenientem.*

422 *Iuramentum non tollit praesumptionem ignorantiae, quae pro minore militat.*

424 *Iuramentum propter errorem non repraesentat errantem maiorem neq; contractus tenet, & nu. 425. de ratione.*

425 *Iuri quod quis ignorat non videtur renunciare.*

426 *Iuramentum interpositum ab errante nihil operatur & non obligat.*

427 *Iuramentum non supplet consensum.*

428 *Iuramentum aequiparatur planetae Mercurij.*

429 *Iuramentum quantumcumq; multiplicatum rescindi & reuocari potest praetextu erroris.*

430 *Dubitans non dicitur renunciare iuri, de quo dubitat.*

431 *Dubitans aequiparatur erranti.*

432 *Iuramentum nō confirmat contractum minoris, si cum eo contrahens versatur in turpitudine sciens minorē esse statim consumpturum, & vide n. 433. & 434.*

435 *Iuramentum ex interuallo interpositum non confirmat contractum a principio nullum.*

Contrarium num. 428. cum seq.

436 *Quod à principio fuit nullum ratificari non potest.*

437 *Testis si iurat ex interuallo depositio non valet & nu. 452. & 527.*

444 *Iuramentum interpositum diebus festiuis non valet cum seq.*

Contrarium num. 450. & 451. vide nu. 453. cum seq.

Offi-

448 *Officialis qui capit possessionem sui officij die feriata in honorem Dei, & iurat seruare omnia statuta, & priuilegia non fit periurus si illa non seruat.*

457 *Iuramentum a Parte in cuius fauorem fuit præstitum, potest remitti, & nu 458. & 459.*

Fallit periurio in cursu nu. 460. sed pœnam periurij remittere potest num. 461.

467 *Contractus non firmatur iuramento quando statutum præsumit iuramentum in eo esse interpositum per uim fraudem dolum & metum, cum num. seq. & 482.*

Et hæc est præsumptio iuris, & de iure nu. 468.

Amplia siue dolus interuenit re ipsa, siue ex proposito. nu. 469.

Amplia ut possit dici de nullitate absolutione non petita. num. 469. & 472. 473. cum seq.

Limita à nu. 483.

477 *Statutum requirens certam solemnitatem ad euitandas fraudes principaliter est introductum ob publicam vtilitatem.*

Contrarium nu. 480.

481 *Reipublica interest ne quis re sua male vtatur.*

488 *Statutum non potest tollere obligationem prouenientem ex contractu iurato, quæ acquiritur Deo.*

Contrarium num. 489.

490 *Iuramentum metu & non libere præstitum cum sit ipso iure nullum, non obliget iurantem cum plur. nu. seq. & nu. 493. & seq. & a nu. 504 cum plur. seq.*

493 *Iuramentum non potest supplere plures defectus.*

494 *Absolutio an requiratur a iuramento metu præstito? & nu. 502. & 503.*

518 *Contractus à carcerato celebratus metu carcerum est ipso iure nullus.*

Et An requiratur absolutio a iuramento? num seq.

520 *Iuramentum dicitur metu extortum si fuerit interpositum super actu meticuloso.*

521 *Carcerati de iure non prohibentur valide contrahere.*

Nisi essent carcerati ut tales contractus facerent nu. 522.

523 *Textus in l. qui in carcerem ff. quod met. caus. procedit in odium carcerantis qui contractum a carcerato in eius fauorem extorsit vide num. 527. & 530. cum seq.*

524 *Fideiussoris obligatio facta pro carcerato ad fauorem illius, qui iniuste fecit carcerari, est nulla.*

525 *Obligatio patris vel matris pro liberando filio iniuste carcerato non tenet ad fauorem illius, qui filium iniuste carcerari fecit.*

526 *Contractus ab iniuste carcerato factus cum tertio, qui eum in carcerem non detrusit nec fuit detrudentis particeps valet.*

Fallit quando iste tertius contrahit ad commodum illius, qui carceratum iniuste detinet ibidem.

528 *Matrimonium factum a carcerato an valeat?*

529 *Testamentum factum à carcerato*

an

an valeat? sub num. 528.

535 *Carceratio in dubio præsumitur iusta.*

538 *Protestatio adhoc vt annullet iuramentum metu interpositum an debeat palam fieri? & nu. 539.*

540 *Iuramentum interpositum per dolum & metum est ipso iure nullum.*

546 *Iuramentum ex falsa causa interpositum non obligat iurantem, & nu. 548 & seq de ratione.*

549 *Sententia lata ex falsa causa est nulla.*

550 *Contractus ex falsa causa non obligat.*

551 *Iuramentum tutoris an noceat pupillo etiam proximo pubertati, ita vt non possit petere restitutionem in integrum si sit læsus?*

555 *Contractus factus a minore non valet si antea iurauerat non impugnare contractum a se faciendum?*

Quid si primo faciat contractum, & postea iuret? num. 556. 557. 558.

559 *Iuramentum relatiuum non operatur vt instrumentũ habeat vim instrumenti iurati.*

560 *Iuramentum dolo aduersarij interpositum non confirmat contractum.*

Amplia siue dolus re ipsa siue ex proposito interueniat nu. 561.

562 *Iuramentum præstitum calore iracundiæ nihil operatur.*

563 *Actus facti calore iracundiæ quando valeant? & quid fauore piæ causæ remissiue.*

564 *Absolutio a iuramento interposito in contractu operatur vt minor possit venire contra contractum.*

Amplia vt absolutio requiratur tã si minor contradicat agendo, quam excipiendo nu. 565.

566 *Contrauenire contractui quis dicitur tam insistendo quam resistendo.*

567 *Absolutio a iuramento an requiratur stante Capit. Imper. Caroli 78.*

568 *Minor debet petere absolutionem a iuramento quando venit contra contractum iuratum, sed non Ecclesia.*

Amplia etiam si statutum præsupponat iuramentum minoris dolo & metu extortum, & contractum nullum faciat non seruatas solemnitates nu. 569. cum seq. & nu. 570. de ratione.

574 *Absolutio a iuramento non conceditur minori pro modica læsione.*

575 *Absolutio a iuramento non conceditur, nisi subsistente aliqua iusta causa. & nu. 640.*

Et causa non existente nec Episcopus nec Papa possunt dispensare a vinculo iuramenti.nu. 576.

577 *Absolutio a iuramento indistincte est concedenda si adest enormis læsio ex parte iurantis.*

Et de tali enormi læsione debet sũmarie constare nu. 578.

Et stante læsione non solum Episcopus potest absoluere sed etiam eius vicarius nu. 579.

Et quæ requirantur in expeditione absolutionis a iuramento? nu 581

580 *Episcopus relaxando iuramentum dicitur illud relaxare auctoritate Papæ.*

582 *Absolutio a iuramento quando sit petenda? & nu. 584.*

Ab-

583 *Absolutio a iuramento quid operetur? & nu. 641. 643 & seq.*

585 *Absolutio a iuramento an possit cõcedi post periurium incursum? & nu. 586. Et a quo? num. 582.*

588 *Citatio an requiratur in absolutione a iuramento? cum pluribus sequentibus vsque ad nu. 600.*

0 *Minor qui iurauit se maiorem & confirmauit contractum etiam cum iuramento vel asserit se maiorem; & iurat omnia & singula esse vera; & attendere si vult habilitari a iuramento debet petere absolutionem ab vtroque iuramento.*

Idem si iurauit non petere absolutionem a iuramento, & petita non vti, quia debet facere mentionem se promisisse non petere absolutionẽ & ea petita non vti, alias absolutio vti subreptitia erit nulla nu. 601. & num. 602. & 603. & vide a nu. 609.

Absolutio de non potendo absolutionem a iuramento potest primo peti, & postea petere absolutionem a iuramento principali, & vide nu. 605.

606 *Absolutio a iuramento potest impugnari de obreptione & subreptione etiam corã iudice laico, & nu. 645.*

607 *Absolutio debet concedi ei, qui iurauit adimplere, non petere absolutionem a iuramento, & obtenta non vti.*

608 *Absolutio a iuramento est subreptitia si non sunt expressa omnia obstantia.*

Nec expressio generalis sufficit nu. 614. 617.

615 *Absolutiones tot debent esse quot iuramenta & nu. 616. Et cautela est vt inseratur totus tenor instrumenti, de cuius absolutione tractatur num. 618.*

Quid si sint plura iuramenta quæ ad vnum in substantia reduci possunt? nu. 619.

620 *Restitutio in integrum aduersus renunciationem de non petendo restitutionem est primo petenda, & postea debet peti restitutio ad versus contractum principalem, & nu. 622. de ratione.*

621 *Debitor qui promisit non impetrare à principe moratoriam vt moratoria concessio sit valida tenetur specifice facere mentionem principi de hoc pacto prohibitiuo moratoriæ.*

622 *Remedia tot debent esse quot sunt impedimenta.*

623 *Obligatione vna sublata remanet alia quando sunt plures.*

624 *Actus non dicitur purus vna tantum conditione purificata.*

625 *Seruitus remanet licet vna ex eis sit sublata.*

626 *Dispositio remanet si cessat vna ex causis quibus ipsa emanauit.*

Intellige quando causæ sunt validæ & qualibet de per se est sufficiens ad mouendum disponentem. nu. 627.

628 *Sententia lata ex duabus causis si vna ipsarum est falsa, sustinetur ex alia vera.*

629 *Tortura vnica non supplet plures defectus.*

630 *Dispensatio est subreptitia si habens dupplex impedimentum vtrumque*

que non exprimat, valet tamen dispensatio quo ad impedimentum expreßum nu. 631.

632 *Absolutio a iuramento an requiratur vt quis gaudeat beneficio deducto ne egeat?*

633 *Absolutio a iuramento per minorem interposito dolo aduersarij non requiritur si dolus sit talis, qui faciat deficere consensum. & vide a num. 634 cum seq.*

639 *Episcopus quilibet potest relaxare iuramentum vt aut dolo extortum.*

642 *Absolutio ad effectum agendi a iuramento præstito potest tempore feriarum concedi.*

646 *Absolutio an detur a iuramento interposito super contractu transactionis? & nu. 647 & 648.*

Et quid a iuramento interposito super donatione? a nu. 649.

650 *Iuramentum interpositum in donatione simplici tollit beneficium restitutionis in integrum.*

651 *Absolutio a iuramento an debeat concedi propter solam prohibitionem statuti prohibentis contrahi?*

652 *Absolutio a iuramento concedenda est stante læsione enormissima, & nu. 653. & 654 & nu. 661. & seq.*

655 *Absolutio a iuramento si nullum operatur effectum non est concedenda.*

656 *Absolutio a iuramento ad effectum agendi ad cautelam peti debet non obstante quod contractus super quo fuit iuratum sit nullus.*

657 *Absolutio a iuramento non potest cōcedi per inferiorem a Papa, quando probabiliter dubitatur si debeat absolui nec ne.*

658 *Episcopus qui absoluit aliquem ad effectum agendi an sit iudex rescißionis instrumenti, super quo est iuratū? & num. 659. & 660.*

662 *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*

663 *Iuramentum tres comites habere debet veritatem, iustitiam, & iudicium.*

666 *Læsio enormissima quæ dicatur? & num. 667. & 690.*

668 *Restitutio in integrum excludi non potest non obstante quacūq; cautela generalissima stante enormissima læsione.*

669 *Læsio enormis an sufficiat ad annullandum iuramentum minoris? & nu. 670. & seq.*

671 *Dolus re ipsa æquiparatur dolo ex proposito.*

672 *Iuramentum non impedit rescißionem contractus dolo initi.*

673 *Absolutio a iuramento requiritur quoties minor vel maior venit contra contractum iuratum ratione enormis læsionis, & vide effect. 2. num. 20.*

674 *Læsio enormis quæ dicatur? cum num. seq. & num. 690.*

680 *Læsio enormis, & enormissima an differant? & vide nu. 681.*

682 *Læsionē allegans illā probare tenetur.*

683 *Læsio in dubio non præsumitur, nisi probetur,*

684 *Læsio consideratur inspecto tempore contractus; & emergentia post contractum ad læsionem non spectant.*

Fallit si contractus habeat tractum successiuum, quia tunc etiam inspicitur tēpus futurū quo ad ipsam læsionem n. 686.

687 *Læsio non solum consideratur respectu quantitatis & æstimationis verũ etiam respectu temporis solutionis.*

688 *Soluens tardius minus Soluere dicitur.*

689 *Plus petere dicitur qui ante tempus petit.*

691 *Minor doctor si contrahat sine curatore vel iudicis decreto an cõtractus valeat? cum nu. seq.*

692 *Restitutio in integrum denegatur doctori propter præsumptam industriã & peritiam.*

693 *Capitulum Imper. Carol. 78. fuit factum propter imbecillitatem intellectus minoris.*

695 *Statutum quoties introducit aliquid faciendum certo modo dicitur de forma.*

696 *Minor licet sit doctor non habet legitimam personam standi in iudicio.*

697 *Minor habens peculium castrense vel quasi potest de tali peculio absque curatore facere actus obligatorios, & nu. 698. de ratione.*

700 *Contractus contra dispositionem legis. & contra formam a lege traditam differunt.*

701 *Iuramentum non solum repræsentat minorem maiorem sed etiam tollit beneficiũ restitutionis in integrũ ipsis minoribus competens, & nu. 702. & 704.*

Limita à nu. 719. & effect. 2. nu. 17. & 18. & 19.

703 *Minor cum iuramento liberans tutorem, qui reddidit rationem non potest rationem reiterato petere.*

705 *Iuramentum vt excludat beneficium restitutionis in integrum quæ requirantur? cum seq.*

Et An requiratur certioratio? a nu. 708. & a num. 713.

711 *Iuramentum licet repræsentet minorem maiorem non tamen repræsentat scientem de beneficio, & de importantia renunciationis.*

712 *Iuramentum licet supleat defectum ætatis, non tamen supplet defectum voluntatis, & consensus.*

718 *Notario attestanti de certioratione creditur.*

719 *Iuramentum non tollit beneficium restitutionis in integrum si minor repertatur enormiter læsus & num. 720. cum seq. vbi etiam an requiratur absolutio a iuramento?*

726 *Minor iurans non contrauenire contractui excluditur a beneficio restitutionis in integrum.*

727 *Minor si in cõtractu adest iuramento assertorium licet excludatur a beneficio restitutionis in integrum, tamen potest dicere de nullitate contractus non obstante dicto iuramento assertorio stante statuto adhibendi solemnitatem in contractibus minorum, si solemnitas a minore non adhibeatur. Secus stante iuramento confirmatorio ibidem.*

Quid si in contractu adest vtrumque iuramentum nu. 728.

729 *Iuramentum positum in contractu an valeat stante statuto illum reprobante.*

730 *Remedium l. 2. C. de resc. vend. nõ competit minori qui iurauit in contractu & promisit contra ipsum numquam*

quã venire tam ratione minoris ætatis quam alterius cuiuscunq; rationis vel causæ etiam stante læsione vltra dimidiam iusti pretij & num. 731. & 732.

Contrarium a nu. 736. Amplia a nu. 738.

Quid si minor iurauit omnia contenta in instrumento obseruare? nu. 733.

734 *Remedium l. 2. C. de resc. vend. cõpetit enormissime læso si simpliciter iurauit, secus si iurauit non contrauenire, quia tunc est necessaria absolutio a iuramento.*

739 *Renuncians enormissimę læsioni amplissimis verbis donando totum id & quantum excesserit iustum valorem non excluditur a remedio l. 2. C. de resc. vendit.*

740 *Remedium enormissimę læsionis cõpetit non obstante iuramento, & renunciationibus sub eodem vinculo iuramenti factis omnia & singula in instrumento contenta fuisse & esse uera & ea obseruare velle nec vllo modo contrauenire vel renunciando dispositioni l. 2. C. de resc. vẽd. & omni legum auxilio & nu. 742. & seq. de ratione & vide nu. 743. & 744.*

741 *Iuramentum interpositum in contractu, in quo quis læditur non dicitur habere tres comites requisitos pro ipsius validitate.*

742 *Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis.*

745 *Læsio enormissima operatur in omnibus contractibus vt iuramẽto non obstante rescindantur.*

748 *Absolutio a iuramento an requiratur stante enormissima læsione, & n. 747 748. & 749 cum plur. seq.*

763 *Remedium l. 2. C. de resc. vend. an competat maiori stante iuramento & nu. 764. & 765.*

Limita a nu. 766.

776 *Minor læsus ex alienatione facta cũ tutoris vel curatoris auctoritate si factus maior taceat per quinquennium. An possit agere contra tutorem vel curatorem? & nu. 777. & 778.*

779 *Minor si velit ratificare contractũ in ratificatione requiruntur solemnitates quæ requiruntur in celebratione actus.*

780 *Minor elapso quinquennio post quam est factus maior an dicatur ratificare contractũ factũ non obseruata dispositione legis vel forma statuti? & nu. 781. cum plur. seq.*

782 *Contractus onerosus per lapsum quinquennij, & lucratiuus per lapsum decennij adié quo quis est effectus maior dicitur ratificatus.*

783 *Minor maior factus vel cursu temporis dicatur ratificare alienationem quæ requirantur?*

784 *Minor maior factus per lapsũ quinquennij an dicatur ratificare contractum factum non obseruata forma statuti & nu. 781. cum plur. seq.*

787 *Lex fin. C. si maior factus an habeat tantum locum in re pupilli alienata sine decreto an vero in quacumq. specie nullitatis & nu. 788. & seq.*

790 *Lex. fin. C. si maior factus data læsione minoris non habet locum de iure canonico.*

791 *Lex fin. C. si minor in factus non habeat locum in Regno stante Capitulo Imper. Carol. n. 8. & num. 792. cum seq.*

795 *Minor maior factus potest expresse ratificare contractum factum in minori ætate non seruata forma statuti, & valet vt ex tunc nõ autẽ ex nunc, nec nouus consensus requiritur nec noua gabella soluitur, neque obligationes medio tempore contracta obsunt, & num. 796. 797. 798.*

Sed non obstante hac ratificatione potest agere de læsione nu. 799.

Quid dicendum quoad restitutionem in integrum? num. 800.

801 *Ratificatio tribus modis fieri potest.*

802 *Minor potest facto contractũ nullum confirmare.*

803 *Minor actum nullum per eum factum in minore ætate factus maior potest approbare & conualidare.*

804 *Minor non potest contractum approbatum impugnare.*

805 *Ratificatio tacita ex quibus actibus inducatur.*

806 *Ratificatio tacita vt inducatur ex receptione facta per minorem quæ requirantur. & nu. 807. & num. 811. & 812.*

808 *Ratificatio quæ ex facto inducitur idem operatur vt expressa, imo plus nu. 809.*

810 *Præsumptio tacitæ ratificationis qualibet contraria præsumptione excluditur, & qualibet leuissima causa sufficit.*

813 *Consensus deficit in ignorante.*

815 *Ratificatio tacita an sufficiat vbi quis promisit aliquẽ ratificaturum.*

816 *Contractus dolosus, & nullus non potest ratificari.*

817 *Promittens aliquem ratificaturum contractum nullum vel dolosum non tenetur.*

818 *Ratificatio expressa non purgat vitium nullitatis doli, & falsitatis.*

819 *Heres minoris an possit contractum nullum ratificare?*

820 *Ratificatio non continet plus quam actus confirmatus?*

821 *Ratificatio non præsumitur nisi probetur.*

822 *Ratificatio non inducitur nisi quãdo factum est tale, vt citra illius approbationem minime fieri possit.*

823 *Ratificatio facta per minorem an requirat solemnitatẽ actus?*

824 *Ratificatio tacita durante minori ætate non potest induci.*

825 *Ratificatio minoris facta cum authoritate iudicis quando valeat.*

826 *Ratificans dicitur facere actum, & debet se obligare in bonis proprijs.*

827 *Promittens ratificare pro minore, si minor habet restitutionem in integrum non tenetur.*

828 *Ratificatio instrumenti an inducatur ex relatione ad illud?*

829 *Ratificatio non retrotrahitur in præiudicium tertij cui fuit ius quæsitum.*

830 *Ratificatio retrotrahitur ad tempus initi contractus.*

831 *Actus semel a ratificante improbatus non potest ratificari.*

Capi-

32 *Capitulum Imperatoris Caroli 18 an habeant locum in contractu facto a tutore vel curatore tutorio vel curatorio nomine?*

RIMVS itaque generalis effectus minoris aetatis circa contractus est quia minor si infans est vel minor infans non potest nec cum auctoritate tutoris nec sine contrahere alias contrahendo etiam ad propriam utilitatem contractus redditur inu-
2 tilis defectu aetatis quia eius aetas quid quid videt ignorat *d. l. 1. in fine C. de falsi monet. l. si minor ff. de verb. oblig. § pupillus Inst. de inut. stip. Surd. cons. 9. num. 46.*
3 nec velle nec nolle habet, adeo ut nec naturaliter obligari possit, scripsi post multos quos citavi *de effect. minor. aetat. quo ad iudic. in praeludium pubertatis virgil. de leg. person. in praelud. sub tit. 1. & lap. 1. de legit. pers. pupillo num. 5. Prac. pap. in form. libell. ... veris ... Baldo Thomas ... Curat. sub num. 3 ... Narb. de aet. ad omn. hum. act. ... Gutier. de ... Cons. Tract. ... sect. 2 disp. 4 num. 41. Concl. 1. & idem Abr. ... § ... admonendi Inst. quib. alien. lic. vel non. sub num. 94. vers. quaero*
4 *quadragesimo septimo* inquit quod si minor est infans hoc est minor septem annorum, & tunc tutor contrahit, & quoque actus iudiciales tutorio nomine facit, nec requiritur q. citetur minor, quia tunc temporis usu rationis caret *ex Bald. in l. donatarum C. de acq. poss. & ibi latius in specul. Aur. p. 4. vers. validum autem iudicium n. 56. Narb. supradicto n. 2. Galter. in prax. tutel. verbo & utiliter agat, & contrahat num. & vide nu. 2.*
5 Et licet infans ditior effectus sit non obligatur etiam auctoritate tutoris, ita ut teneatur actione ex contractu, sed solum tenetur ex aequitate naturali, quae
6 minime patitur aliquem cum aliena iactura locupletari *Sanc. de Matr. lib. 6. disp. 38 sub num. 3. vers. Immo licet infans.*
Aut est maior infans. & licet *Ommat. supra concl. 2. sub num. 18. & sect. 3 nu. 37. & 38. concl. 1. indi-*
7 stincte dicat nullum contractum validum efficere, tamen est distin-
8 guendum. Aut agitur de acquirendo pupillo & quantum ad acquirendum dicitur persona legitima, nec tutoris authoritate indiget; aut agitur de alienando rem pupilli vel de obligando pupillum alteri, & non potest sine
9 tutoris authoritate, quia meliorem sui conditionem facere potest non autem deteriorem *§ 1. Inst. de auct. tut. l. pupillus ff. de acq. rer. dom. l. contra iuris ff. de pact. § nunc admonendi Inst. quib. alien. lic. vel non. Dec. cons. ... num. 89. Scacc. de iudic. lib. ... cap. ... sub num. ... Baltass.*

thass. Thomas. de Tutor. & Curator.
tit. 9 0 cap.14. de pupill.gerent.author.
tut.nu. 37 2 2. Farinac. dec. Rot. Rom.
214. sub nu.1.p.2.to.1. Ventur cons.12
10 *nu. 1. 2. & 3.* qui inquit quod pu-
pillus cum authoritate tutoris
contrahere, & personaliter se o-
ligare potest siue verba conci-
piantur in personam pupilli, qui
tamen sit maior infante, siue in-
personam tutoris etiam pupillo
existente maiore infante, & lo-
quitur pro causa dotis *&* *num. 4.*
11 *& seq.* dicit quod pupillus qui sit
pubertati proximus, sicut ex suo
contractu naturaliter obligatur,
ita cum iuramento etiam ciuili-
ter obligatur; ita vt ex suo con-
tractu iurato efficaciter conueniri
possit (& vide infra Fall. 9. Ampl.
2.) *Cenal. comm. Contr. cõm. qu. 615.*
infin Onnat. dicta sect. 3. nu. 48. & 49
Herm. Gl. 1. l. 4. n. 9. Narb. dic. qu 8.
sub nu. 2 & 3. Ludouis. decis. 164. nu.
5. Comuer. Inst. de aut. tut. §. 1 a nu. 3
Hodier. Contr. for. lib. 1. Cap. 22. num.
12 53. qui de proximo infantiæ lo-
quitur & ita multorum auctori-
tate dicit intelligendum tex. in
dicto *§. Pupillus Virgil. dicto cap. 2.*
nu. 21. & licet *tex. in dicto. §. 1. Inst.*
13 *de aut. tut.* dum dixit quod pupil-
lus possit stipulari, limitauerit
non procedere in venditionibus
& similibus in quibus mutuæ o-
bligationes nascuntur, tamen re-
gula hęc sublimatur quando em-
14 ptio & venditio fuerit taliter ad
commodum pupilli quod ex ea
fuerit effectus locupletior nam
tunc etiam obligabitur & hoc est
quod disponit tex in *l. si pupilli ff.*
de neg gest. in l. pupillus ff. de auth tu-
tor. l. 2. C. de negot. gest. Gl *in l. 2. ff. de*
15 *acceptil.* quia minoribus ætas in
damnis subuenire, non in rebus
prospere gestis obesse consueuit
l. si non eo minus. C. de proc. Depont.
cons. 1 a nu. 93. & vide quæ scripsi
effect. 3. limet. 8.
16 Et quod contractus cum pu-
pillo gestus sine authoritate tu-
toris sit nullus *Ludouis. decis. 163.*
l. obligari ff. de aut. tut. l. in causa la 1.
ff de minor. §. pupillus de inutil stip.
dicto §. nunc admonendi Alex. cons.
122. lib. 6. Corn cons. 421. in princ.
lib. 1. Virgil. vbi supra. Onnat. de Con-
tract. tract. 1. punt. 4. sect. 2. sub num.
18. Concl. 2. & tract. 2. sect. 3. nu.
37. concl. 1. vbi loquitur de con-
17 tractibus factis a proximis infan-
tiæ, & pupillis & inquit quod
sunt nulli non obstante iuramẽ-
to *num. 24.* & non obligatur nec
ciuiliter nec naturaliter licet ef-
ficaciter obligetur qui cum eo
contrahit nisi sit factus locuple-
tior quia tunc naturaliter & ci-
uiliter obligatur *Escob. Corr. de v-*
troq for. Art. 2. de defect. solemn. nu.
48 & nu. 51. & 54. quod nec o-
bligatur in foro conscientiæ non
obstante iuramento & quod nec
minus tenebitur fideiussor.

Et licet hoc nimis graue æsti-
metur quia claudicare cõtractus
18 ex vno latere, videtur, attamen

ex

ex eo substinetur, quia is qui cõtra hit non debet esse ignarus conditionis illius, cum quo contrahit *l. qui cum alio ff. de regul. Jur. Narbo. vbi supra nu. 4. & num. 5 ponit Cautelam scripsi de Cit. tom. 2 in add. ad qu. 15. nu. 37.* & vide *Cost. cons. 32. nu. 14. & 58. Conuersan. dicto §. 1. a nu. 8. Barbos. in l. si curatorem habens nu. 7. C. de in integr. rest. Ciarl. contr. 120. num. 7. Caren. Resol. 236. num. 3. Capyc. latr. decis. 19. a num. 10. ad finem Bardell. cons. 58. nu. 10 t. 1. Bottil. de succ. ab intest de renunc. Succ. Theor. 98. Cap. 2. nu. 10. Escob. Corr. de vtr. for. Art. 2. de defect. solemn. num. 48. 50. 61. 72. & 73. Hermos. ad Lop. Gl. 7. l. 4. a nu. 7. Simonc. de decret. Insp 17. Surd cons. 9. num. 29. Pasch. de patr. pot. p. p. Cap. 6. a nu. 22. & in Ecclesia Ventrig. in prax. rer. not. de alien. bon. Eccl. Annot. 1. §. 3. num. 15. & sub nu. 35. Scacc. de Judic. lib. 2. cap. 2. nu 282. Surd. de alimen. priu. 56. num. 80. & 81. & num. 82.* dicit quod non licebit approbare post quam semel ab aduersario erit impugnata vel ab eo allegata nullitas, *Gratian. cap. 27. num. 41. cap. 547. num. 7. & cap. 714. num. 12. Cyriac. contr. 90. num. 16. & 18. Paul. Rub. decis. 119. num. 24. tom. 3. Hodiern. ad Surd. dec. 70. num. 6. & 7. Virgil. de legit. pers. cap. 1. num. 63. & seq. Ormat. de Contr. tract. 2. disp. 6. sect. 3. num. 61.* vide etiam *Laderch. Jmol. cons. 26. nu. 6.* vbi maior qui cum minore contraxit non obligatur neque contractus clauditcat sed repellitur minor agens nisi expresse promissis steterit.

20 Hinc. *R. Abruz. vbi supra* inquit quod si minor est maior infante, & septem annis, & tunc ipse minor contrahere debet cum authoritate tutoris vel curatoris, & ad eius nomen cum dicta au-

21 thoritate debent fieri actus iudiciales, quia tutor non est adinuentus vt ipse agat, & contrahat, nisi quando minor agere vel contrahere non potest, & si alias fiat iudicium redditur nullum sicut quoque contractus ex *Dec. Aretin. Castrens. Socc. Jun. Polidor. Rip. Bellon. Virgil. & alijs Addo Scac. de Iud. lib. 2. cap. 2. num. 54.*

22 Nec defectus tutoris suppleri potest per iudicem nisi tutor sit absens, & expediat pupillum obligari *Conuersan. in dicto §. 1. Inst. de auth. tut. num. 11. & 12.*

Sed An tutor solus possit cõtrahere si pupillus est infante maior? quod non dicit *Thomas. de Tut. & Cur. tract. 1. tit. 18. cap. 1. num. 3. & 4.*

23 Et licet contractus factus per pupillum cum authoritate tutoris valeat tamen probata deinde læsione rescinditur *l magis puto §. ne passim ff. de reb. cor. Virgil. de legit.*

24 *pers. pupill. cap. 1. num. 28.* vbi dicit hoc casu pupillum duo probare debere, scilicet fuisse læsum dolo aduersarij, vel sui facilitate, & esse pupillum, & quod procedit

tam

25 tam si læsio sit in re stabili, quã
mobili, & si læsio fuisset enor-
26 missima non requireretur abso-
lutio iuramenti, & quod est in
27 electione minoris agere vel con-
tra tutores ad recuperandum
damnum vel petere rescissionem
actus contra eum, qui cum eo
contraxit, & quod est maxima
28 differentia inter actum nullum,
& validum qui ex causa rescindi
debet; nam primo casu tenetur
conuentus ad restitutionem om-
nium fructuum quos recepit, in
secundo vero casu possessor lu-
cratur fructus vsque ad litem cõ-
testatam hæc ille, & vide *a num.*
29 *32.* sed quo ad restitutionem fru-
ctuum tam in nullitate quam in
rescissione vide *Giurb. decis. 24.*
num. 17. decis. 31. num. 6. & decis.
105. num. 8. & Obser. 92 num. 24.
Bald. cons. 333. num. 19. Surd decis.
171. Cut. de Donat. tract. 1. dist. 2.
p. 14. sub num. 35. Fontan. de pact.
Claus. 7. Gl. 2. p. 5. a num. 9. & p. 6.
num. 59.
30 Sed An posit naturaliter obli-
gari sine tutore? *Onnat. dicta sect.*
3. num. 40. & num. 43. & 45. limi-
tat. Bott super Consil. Marth. Gl. 4. a
num. 102. Botril. de succ. ab intest. cap.
2. Theor. 61. num. 8. vbi dicit cer-
tum esse pupillum contrahentem
sine tutoris authoritate naturali-
ter obligari quod probat *per tex.*
in l. 1. ff. de nouat. ibi dummodo se-
quens obligatio aut ciuiliter te-
neat aut naturaliter vt puta si pu-
pillus sine tutoris authoritate
promiserit, & *ex l. cum illud §. 1.*
ff. Quan. dies leg. ced. Fontanell. de
pact. nupt. Claus. 4. Gl 7. p. p. a num.
16. Sanc. de Matr. lib. 6. disp. 38. &
Cal. peteir in l. si curatorem habẽs
Verbo cum non absimilis *a num.*
26. cum seq. Peres de Lar. in com-
pend. vit. hom. cap. 18. a num. 5. vbi
multa *Conuersan supra a num. 13.*
31 *& num. 18.* aduertit quod pupil-
lus contrahit obligationes quæ a
lege ipsa inducuntur sine tutoris
auctoritate puta si cum alio cõ-
munem fundum habeat isque ali-
quid in eo impenderit, erit pu-
pillus communi diuidundo obli-
gatus vel si tutor ex re sua aliquid
in pupilli vtilitatem erogauerit
erit obligatus pupillus contraria
actione tutelæ, & vide *Sanc. de*
matr. lib. 6. disp. 38. a num. 19. & 21.
& Narb. de æt. ad omn. hum. act. re-
quis. Anno decimo cum dimidio quæst.
32 *13. per tot.* qui firmat quod licet
regulariter decimo quarto anno
minores ex nullo contractu ab
ipsis inito obligentur ea tamen
est vis bonæ fidei, quæ in con-
tractu depositi exigitur *l. bona fi-*
33 *des ff. depos.* vt non dum puberem
doli tamen capacem eius obliga-
tioni, & actioni reddat obnoxiũ
l. 1. §. an in pupillum ff. depos. & ra-
34 tionem dicit esse quia cum hæc
actio ob dolum dumtaxat in de-
positi restitutione admissum cõ-
petat dicta *l. 1. §. si rem a seruo &*
§. fin. & l. quod Nerua ff. depos. qui
eius

35 eius ætatis est vt doli particeps credatur. quidni prędictę actione tenebitur, maxime inquit cũ dol' ad huiusmodi actionẽ requisitus nõ magnã machinationẽ exigat q necessariũ esse dicit vt doli actio cõtra pupillũ cõpetat ex *l. quod enim ff. de dol. et n.* 3 explicat quãdo

36 pubes dicatur doli capax & vide *Balth. Thom. tr. 8 de tut. et Curat. tit. 19. sub nu.* 3596. *vers.* 74. limita; nã pupillus & minor ex deposito obligatur si locupletior factus sit etiam sine tutore, sed si cũ tutoris

37 authoritate cõtrahat obligari naturaliter & ciuiliter determinat *Sanc. dicta disp.* 38. *nu.* 5. dũmodo

38 sit pubertati proximus & nõ agatur de alienatione rerũ immobiliũ vel mobiliũ quæ seruando seruari possunt, idem dicit *Tancr. de Matr. lib. 6. disp.* 38.

39 Aut est adultus & habet curatorẽ & nõ potest contrahere absque authoritate curatoris & alteri se obligare *Balth. Tho tr. 6. tit. 19. de Tut. & Curat. nu* 3010 *l. cum & minores C. si adu. rem iudic. l. si curatorẽ C. de in integr. rest. Mastrill. decis.* 186. *n.* 10 *Menoch. cõs.* 242. *n* 14. *& cons.* 344. *n.* 10. *Pirr. Maur de Fideiuss sec. 8 cap.* 15. *n* 4. *Onnat. de Cõtr tr. 2. disp. 6 sect. 4. cap.* 15. *n.* 4. *Thor. in Compend. p. 3 sect. 2. verbo minor & pupillus Ventur. cons.* 12. *nu.* 57. *Narb. loc. cit. nu.* 6. & 7. *Carroc. de excess bon. p 2. qu.* 22. *nu.* 34. *Ludouis. dec.* 164. *nu.* 3. & 406. *nu.* 3. *Bocc. super. Const. March. Gl.* 5. *sub nu.* 131. *Escob. Corr. de vtraq. for. Art. 2. de defect. solim. n.* 67. vnde inquit quod ille qui accepit ab eo tenetur ad restitutionẽ absq; vlla sentẽtia in cõscientia *Virg. in dicto prælud. sub nu.* 2. *Baldass. de Angel. in l. si Curat. C. de in integr. rest. Mich. Grass. com. op. lib. 1. qu.* 34. *Farin. dec. Rot. Rom.* 514. *nu.* 1. *p.* 2. *to.* 1. *Velãz. cons.* 123. *nu.* 33. & 34. *Barbos. in dicta l. si curatorẽ nu.* 3. *Tusch. in Verbo minor cõcl.* 252. *a nu.* 1. vbi pluribus modis ampliat, maxime *n.* 13. vbi inquit

40 quod si minor suscipiat tutelam minoris, non obligatur vt tutor, neq; vt negotiorum gestor *Peres de Lar. in Compend. vit. hom. cap.* 22. *in fine Cenc. de Cens qu.* 15. *sub nu.* 6. *Paul. Rub. Resol pract. Cap* 19. *num.* 673. *Duard. de Cens.* § 1. *qu.* 19. *sub num.* 10. *Simoncell de Decr lib.* 2. *tit.* 5 *sub nu* 40. *Monald. cons.* 69. *nu.* 34. *lib.* 1 & *cons.* 56. *num.* 93. *lib.* 2. vbi quod alias cõtractus est nullus. *Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 2. nu.* 311 vbi minor habens curatorẽ prohibetur alienare etiam mobilia sine decreto.

41 Et ratio est quia minor curatorẽ habẽs æqui paratur pupillo q sine tutoris authoritate cõtrahere non potest *Gomez in l 3. Thaur. sub nu.* 5. *Barbos. in dicta l si Curat. habens num.* 4. *vbi com. DD.* quo in

42 loco dicit *Barbos.* quod adultus curatorem habens, & sine illo contrahens minime obligatur etiam si contrahat circa castrensia vel alia *Capic. Latr. consult.* 41. *nu.*

nu.4.to. 1. *Montesperell. consf.*118. *num. 8. & est tex. in dicta l. si curatorem*; alia potest esse ratio quia cui datus est curator censetur interdicta ad ministratio rerum suarũ *Scacc. dicto nu.* 311.

43 Et contrahendo sine curatore non obligatur ciuiliter *Barbos. in l. si curatorem nu.6. C. de in integ. rest. Paul. Rub. Resol pract. cap. 19. nu.* 673. *Balth. Thom. tr. 8. de tut. & cur. cap.* 19 *sub num.* 3517. *Sanc. de Matr. lib.6. disp.* 38. *concl. 1. nu.* 4. *Onnat. de Contr. trac. 2. disp. 6. sect.*

44 *3. nu.* 59. licet naturaliter obligetur *Onnat supra nu.*60. *Sanc. loco citato nu.*19. licet contrarium forte verius existimet *Escobar a Corr. de vtr for. Art. 2. de defect. solemn. nu.*

45 68. licet inquat obligetur naturaliter contrahendo sine curatore in illis rebus in quarum alienatione decretũ iudicis nõ requiritur nisi factus sit locupletior, quia tunc naturaliter & ciuiliter obligatur *Escob. Corr. supra nu.* 56. *Sanc. dicta disp.* 38 *num.*7. sed quod nec ciuiliter nec naturaliter obligetur *Monald consf.* 49. *nu.* 34. *lib.*1. *& consf.* 56. *num.* 93. *lib.* 2. & quod minor contrahens sine solẽnitatibus statuti nec naturaliter obligetur vel saltem impeditur effectus naturalis obligationis *Farinac. dec. Rot. Rom. dec.* 177. *nu.* 12 *p. p.t.* 1 *scripsi eff.* 3. *nu.* 237 & si non est effectus locupletior nec in foro conscientię ad restitutionẽ est obligatus *Paul. Rub dec.* 1. *to.* 1. *nu.* 10 *& dec.* 110. *nu.* 9. *tom.* 3. ex contractu namq; nullo nulla oritur Ciuilis & naturalis obligatio cũ lex ei resistat *Sperel. decis.* 83. *nu.* 1 & *decis.* 152. *sub n.*63. Ampliationes & limitationes sunt infra.

46 Sed cum authoritate curatoris contrahere potest & contractus valet in casibus tamen a iure non prohibitis *Virgil de legit pers. adul. cap.* 2. *nu.* 3.

47 Et ideo non potest immobilia alienare sine decreto iudicis cum curatoris authoritate *Tiraq. res inter alios acta fol. 8 vers ad hæc licet et vide infra eff.* 3. Mobilia tamen quæ seruando seruari nõ possunt potest sine eo alienare quia tex. in l. si curatorem habẽs procedit in his quę cõtineri posśũt sub authoritate curatoris quia hæc tacite videntur interdicta minori ne illa faciat sine curatoris authoritate sed in his quæ non pertinẽt ad curatoris authoritatẽ nulla videtur facta interdictio & quo ad illa curator nõ videtur datus, bene *Barbos. in dicta l. si curatorem sub nu. 6. C. de in integr. rest. minor.*

48 Et contrahendo cum curatoris authoritate obligatur Ciuiliter & naturaliter *Sanc. de Matr. lib. 6. disp.* 38. *Tancr. etiam de* Matr. *lib.* 6. *disp.* 38. *nu.* 2.

49 Quid si contrahat sine authoritate curatoris sed cũ decreto iudicis an cõtractus valeat? *Marin. lib. 2. Resolut.* 137. *nu.* 1. distinguit aut loquimur de illis actibus requirẽtibus authoritatẽ curatoris siue tutoris, & iudicis decretũ, vt in alie-

alienatione bonorum immobilium, & sola iudicis authoritas non sufficit, aut loquimur de illis actibus in quibus sola curatoris authoritas sufficit, & tunc iterum distinguit aut actus est necessarius, & iudicis authoritas sufficit, aut est voluntarius, & iudex supplet authoritatem curatoris, sed non tutoris nisi tutor de facili haberi non possit.

Ex dispositione vero Capituli Imperatoris Caroli 78. valet quia alternatiue loquitur ibi che de cetero tali contracti facti cum minuri etiam cum iuramento sine auctoritate curatoris vel iudicis siano ipso iure nulli &c.

50 Sed An valeat contractus si authoritas præstetur paulopost creationem? Quod non firmat *Socc. Iun. cons. 48. nu. 15. lib. 1. quem citat Ferd. Bonior. super Cap. Imp. Carol. 78. in fine*, & ratio est quia authoritas videtur præstita sine cognitione causæ, quæ requiritur in interponenda authoritate vt per eum.

51 *Virgil. vero dicto cap. 2. sub. num.* 3. aduertit quod in Regno seruatur quod curator vel iudex authoritatē statim præstent in omnibus contractibus, qui fiunt cū adultis, & valent, & inquit quod ista obseruantia iustificatur ab *Anibal. cons. 69.* qui loquitur in terminis *Capituli Imper. Carol. 78.*

52 Sed Virgil. non obseruauit *§. Comitis Castri 33.* vbi dicitur il decreto necessario nelli contratti delli minori conforme al capitulo dello Imperat. Carolo quinto 78. si habbia di interponere cō precedere cognitione di causa.

Hinc recte *R. Abruz. in §. nunc admonendi Inst. quib. alien. lic. vel non sub num. 19. Vers. quaero octauo*

53 inquit quod si loquimur post pragmaticam Excel. Comitis Castri de anno 1618. *§. 33.* tunc nullum dubium est quod requiritur decretum cum cognitione causæ pro vt inquit meminere *Mastrill. decis. 121. num. 7. & Castill. decis. 239. nu. 9.* licet inquat

54 quod sit difficultas an idem dicendum sit de contractibus ante dictam pragmaticam, sed ipse tenet cum *Castill. dicto num. 9.* quod

55 etiam in terminis iuris communis requiratur causæ cognitio bene *Groff super dicto § 33. a nu. 4. cū*

56 *seq. & a nu. 16.* quando decretum dicitur interpositum cum cognitione causæ & *Philipp. de Michel. super. Cap. Imp. Carol. 78.* inquit quod in tali cōtractu cum minore debet cōtineri quod adhibuit iudex causæ cognitionem & qualiter cognouit contractū cedere in vtilitatē minoris, alias auctoritas iudicis nō videtur interposita, qa iudici videtur cōmissa perquisitio negotij & nō res negligē da pro quo dicit videndū *Castr. in l. cū ij § si prætor ff. de trāsac. Hippol. in l. qui cedem col. pen. ff. de sicar. vers. sed ego vltra scripsi eff. 3. a n. 69.*

57 Hinc sequitur quod decretum iudicis in ipso actu interuenire debet vel præcedere & non subsequi bene *Duran. decis. 83. tom. 2.*
58 *nu.* 8. & 10. vbi dicit quod decretum iudicis iure communi attento in alienatione rerum minoris debet precedere aut in alienationis actu interponi & non subse-
59 qui eius perfectionem, sicut in simili dicit de consensu patris requisito in aditione hæreditatis vel vt filius possit stare in iudicio & de authoritate tutoris *Abruz. in dicto §. nunc admonendi numero*
60 25. vbi quod debet interuenire in ipso actu, nec sufficit quod subsequatur, quia tunc non validabit actum retrofactum, quod multorum authoritate probat,
61 & dicit rationem esse in promptu quia ea quæ a principio non valent tractu temporis non conualescunt *Abruz.* sequitur *Groff. super dicto. §. 33. Comitis Castr. nu. 29 Optime Donat. Ant. de Marin. Resol. quotid. lib. 2. Cap. 18. nu. 10. Boccac. super Const. March Gl. 4. a num. 30.* licet *Ricc. decis. 187. Curi. Arch.*
62 Neap p.p. dicat quod potest præcedere contractum, interuenire in contractu, & subsequi post contractu *Franc. dec. 242. n. 6. & Paul. Rub. decis. 73. nu. 4. to. 1.* dicit quod
63 debet interponi in ipso actu aut post incontinenti & *nu. 7.* dicit
64 Ricc. quod in dubio pro iudicis decreto præsumitur quod fuerit interpositum cum causæ cognitione, *ex Alciat. & Viu.* sed *Groff. dicto §. 33. num. 14.* dicit quod etiã si in instrumẽto per notarium
65 fuisset enunciatum quod fuit interpositum decretum, præuia causæ cognitione adhibitis solẽnijs a iure requisitis, adhuc nõ creditur notario, nec stãdũ est illi instrumento, nisi de enunciatis in illo aliunde constet, scilicet ex actis & scripturis separatis & *nu.*
66 15. ponit cautelam, tãdem *nu. 64.* dicit quod ex lapsu triginta annorum præsumitur interuenisse
67 *ex Ball.* quem citat quod tempus triginta annorum dicit currere a die celebrati contractus non autem a die quo minor factus est maior ex *Simon. de prat. Riminald. Jun. & Ballo.* & in quo consistat hæc causæ cognitio & de supradictis & multa ad materiam decreti iudicis vide infra *effect. 3.*
68 Quid si plures minores se obligauerit an vnus sufficiat curator? An vero quisque indigeat suo curatore? & ex dictis *ab Abruz. post Mastrill. & alios ab eo citatos in dicto §. nunc admonendi Inst. quib. alien. lic. vel non nu. 42.* videtur distinguendum quod aut se obligauerint pro rata, aut insolidum primo casu cum sint plures obligationes plures requiruntur curatores, secundo vero sufficit vnus,
69 Vnde infert contra Surd. quod si plures subiugauerint in solidũ, & vnus tantum imponeret censum super indiuiduali prædio, alter

vero

vero non, fubfinerur fubiugatio ex *Mastrill. Conuerfan. Cenc & Roder.* quibus addo *Merend. Contr. Iur. lib. 11. Cap. 10. Duard. de Cenf. § 3. quaest. 12. Caren. Resol. 88. nu. 14.* Sed cum Surdo *Hodiern. Contr. forenf lib. 1. cap. 43. nu. 49.*

70 Si curator nolit fuam authoritatẽ præftare quid faciendum? vide fi poffit terminari ex ijs quę fcribit *Cancer Cap. 1. de minor. nu. 99 & effect. 3. fub nu. 170.*

71 Et an authoritas patris fuppleat defectum curatoris? *Abruz. in dicto § nunc admonendi nu. 38.* dicit quod regulariter loquendo fupplet authoritatem curatoris, quia

72 pater præfumitur capere bonum confilium pro filijs cum nullus amor vincat paternum *vt fcripfi de effect. min. at. circa iudicialia effec. 12. nu. 74. & feq* pro vt in fimili

73 inquit Abruz. maritus fupplet defectum curatoris fi mulier minor contrahat, quia præfumitur vir optimum confilium pro dilecta vxore capere *Boccac. fuper Conft. Marcb. Gl 3. nu 137. & Gl. 8. nu. 53. Cenc. de Cenf. quaest. 15. num. 12. Virgil. de legit. perfon. adul.*

74 *cap. 2. nu. 27.* dicit quod fi adultus fit filius familias poteft cum authoritate patris folius fe obligare ftatuto non obftante quia is qui habet patrem curatore non indiget, licet fecus dicat in pu-

75 pilio, qui cum authoritate tutoris poteft obligari fed non cum patris authoritate *Ludouif. decif. 334. nu. 3.* idem de filio familias dicit *& bene Boniorn. fuper. Cap. Imp. Carol. 78.* quia cui non conueniũt verba legis non conuenit eius difpofitio *Alex. conf. 54. in 4. Felin. in c. non nulli verf. vbi verba legis de refcr.* fed hoc quod dixit de curatore non conuenit filio familias *l fin. C. de Iur. Iura. Gl. Bart. & alij in l. fin. § fin. autem in fecunda atate C. de bon que lib.* ergo in eo non habet locum difpofitio illius Capituli hæc *Boniorn. fcripfit etiam infra num. 114.*

76 Sed contrarium dicit *Giurb. Obf 86. num. 2. & vide num. 9 & feq. Philipp de Mich. fuper cap. Imp. Carol. 78. verf. & an patris auctoritas ex l. fin. §. pupillus ff. de verb. oblig. Jafon. &* DD. *in l. mor. ff. de acq hered.*

Et an fuppleatur per iudicem? quod non nifi curatorem deficere fciat *Balthas. Thom. tract. 1. de tut or. & Cur. tit. 19. cap. 7. de vend. & alien. bon pup. num. 181.*

77 Sed retenta Abruz. opinione illam limita pro vt ipfemet limitat. *num. 39.* quando filius contrahit de bonis de quibus pater non habet vfumfructum, ratio eft

78 quia tunc ipfius filij adminiftrator non eft, confequens eft quod fi fe obliget in caufis aduentitijs,

79 in quibus patri quæritur vfus fructus, patris authoritas fatis erit; *Giurb. dicta Obfer. 86 num. 6. Virgil. fupra & Boniorn. loco cit.* Sed *Giurb. loco citato num. 7.* inquit, & recte quod

80 quod licet pater nõ habeat vsufructum, habebit tamen commoditatem, ratione cuius etiam dicitur legitimus administrator, vbi etiam declarat in quo consi-
81 stat ista commoditas fructuum, & si soluta patria potestate tenetur fructus restituere, & quid si patri sit prohibitus vsusfructus?
82 Secundo limitat *Abruz. nu. 40.* si pater in sui vtilitatem authoritatem præstat filio contrahenti *Giurb. dicta Obser. 86. num.* 8. idem dicit *Abruz. limit. 4. sub num.* 41. *Duard. de Cens. §. 1. quæst. 19. nu. 23. & seq. Cenc de Cens. quæst. 15. num. 13. Virgil. loco citato* vbi dicit,
83 quod si filius se obligaret cum patre pro re spectante ad patrem vel pro pecunijs habitis, & non constet obligationem esse pro re filij, quia pecuniæ præsumerentur peruenire ad patrem, & diceretur fideiussor patris per consequens inquit non valeret actus, quia pater non potest authorizare pro re ad se spectante, licet paulo ante dixerat quod possit se obligare cum sola patris authoritate licet in ipsius patris vtilitatem fiat obligatio hoc etiam replicaui *infra nu.* 115.
84 Tertio limitat *Abruz. nu. 41.* quoties actus esset præiudicialis filio quia tunc auctoritas patris defectum curatoris non supplet cum cesset illa præsumptio quod pater capiat bonum consiliũ pro filio, quæ cum sit præsumptio iu-
85 ris, præsumptionem in cõtrarium admittit bene videndus *Boccac. super Const. March. Gl. 3. sub nu.* 137. *Cenc. dicta quæst. 15. nu* 14. *Farinac. dec. Rot. Rom. 218. num. 8. p. 2. to. 1. & decis. 153. nu. 6. p. p. t. 1.*
86 Quid si quando contraxit fine curatore erat ætatis annorum vigintiquatuor, & ingressus vigesimum quintum annum an cõtractus valeat, ita quod annus ceptus habeatur pro cõpleto? quod non est firmandum ex *l. 3. §. minore ff. de minor. l. si maritus 2. §. fin. ff. ad l. Iul. de adult.* licet *Grat. cons.*
87 *97. nu. 9. vol* 1. contrarium sentire videatur dum inquit quod statutum loquens de minoribus viginti quinque annis debet intelligi de cæptis non de completis. Sed *Cancer. cap. 1. de minor. 21. an. sub nu. 106.* ita distinguit aut
88 contractus ille quem fecit minor est ei vtilis, & tunc contractus valet vt infra limit. 1. aut est ei dãnosus, & non est præsumendum mentem legis fuisse, vt in odio-
89 sis minori annus cæptus habeatur pro completo iuxta doctrinam *Bartoli in l. 3. §. minore ff. de minor. & DD. in l. si cum ff. de leg.* 1. maxi-
90 me cum in dubio annus debeat esse completus, nisi aliud a iure caueatur *ex Abb Arch. Bombin.* & alijs ab eo allegatis, & an & quãdo annus cæptus habeatur pro completo scripsi *in prælud. de offic. min. at. circa indic. nu.*
91 Aut adultus curatorem non ha-

habet (non enim est necesse omnem minorem habere curatorem sicut non est necesse, omnem pu-
92 pillum habere tutorem sed habere curatorem voluntarium est *l. si curatorem habens C. de in integr. rest. min. §. dantur vers. item inuiti*
93 *Inst. de Curat.* Vnde nec patri in testamento filio puberi curatorē dari permittitur *Gl. in dicto §. dantur Inst. de Curat. Gl in l. 1. ff de minor. lit. X. Verbo vsque in eam aetatem Picard. in dicto §. dantur. num. 3. Onnat. de Contr. tract. 2. disp. 6. sect. 3. sub num.* 58. vbi de ratione & datus debet confirmari *Ludouis. dec. 260. num. 8. Serafin. dec. 324. num. 1. Farinac. dec. 470. nu. 2. p. p tom. 1. Jntrigl. dec.* 10. *num. 1. Fusar. cons. 82. num. 6. Conuers. de Curat. §. 1. nu. 43. Virgil. de legit. pers. cap. 6. num. 5. infine Vel. Contr. Jur. differt. 2. num. 19. Amat. Resol. 96. num. 3. Baldas. de Angel. in l. si de creationibus nu. 1. C. de Episc. aud. & in l. curatorem C. de neg. gest.* &
94 est sui iuris, & tunc potest de iure communi quemcunque contractum facere, & obligatur ciuiliter & naturaliter, licet si læ-
95 deretur tam cum curatore, quā sine posset in integrum restitutionem petere *toto titul ff. de min. & C. si adu. vend. cum alijs titulis sequentibus Menoch. cons. 203. num. 7. Thor. in compend. decis. p. 3. sect. 2. Verbo minor & pupillus Balt. Tho. tract. 6. tit. 19. de Tut. num. 3010. Escobar. Corr. de vtroque for. Art. 2 de defect. solemn. num. 70.* & tunc dicunt verum esse quod aliquid ab eo accipiens ex tali contractu etiam in conscientia non teneri ad restitutionē donec minor dictum auxilium impetrauerit, & iudex eum restituendum iubeat. *Prac. Pap. in form. libell. act. real. §. verb ac legitimis num. 9. Balthass. Thomas. tract. 8. de tut. & Curat. tit. 19. num. 3517. Onnat de Contr. trac. 7. disp. 4. sect. 3 num. 53. & sect. 4. num. 67. Pirr. maur. de fideiuss. sect. 8. cap. 11. num. 4. Baldass. de Angel in l. si curatorem C. de integr. rest. min. Intrigl. Cent. 1. de feud. quest. 45. num. 116. Cyriac. Contr. 323. num. 44. & Contr. 405. a num. 6.*
96 vbi inquit quod adulti curatore carentes possunt propria bona gubernare & contrahere sine aliquibus solemnitatibus, & locare ad modicum tempus, & disponere de fructibus sui patrimonij ad libitum, & in summa inquit quod adulti curatore carentes possunt facere omnes contractus & distractus suorum bonorum si-
97 ne sollemnitatibus, exceptis sta-bilibus & alijs rebus, quæ seruan-
98 do seruari possunt, & id eo habent restitutionem in integrum si læduntur, & *contr. 508. num. 2. & 534. num. 3. Scacc. de Judic. lib. 2. Cap. 2. nu. 266. & seq.* vbi minor carens curatore potest alienare sine decreto iudicis, & sine curatore res mobiles quæ seruādo seruari non possūt etiam mo-

lendina

lendina quæ instar nauium ma-
nent super flumine & facere cõ-
tractus & res supradictas donare
sine decreto iudicis & auctori-
tate curatoris & *nu.* 276. loquen-
do de stabilibus inquit quod il-
las alienare nõ potest sine decre-
to iudicis & authoritate curato-
ris *Sanfelic. decis.* 246. *nu.* 4 *tom.* 2.
Sanc. de matr. lib. 6. *disp* 38. *num.* 4.
concl. 1. *&* *concl.* 2. *nu.* 11. *vbi num.*
99 12. dicit quod minor dicitur læ-
sus quando facit actum ex quo
nulla sibi vtilitas sequi potest, &
damnum potest sequi *Tancr. de
Matr lib.* 6. *disput.* 38. *num.* 4. *&*
5. *Peres de* Lar. *in cõpend. vit. hom.*
Cap. 25. *n.* 27. bene *Cald. in dicta l.
si curatorem habens. In principio n.* 5.
Virg. in dicto præl. sub nu. 2 *& Cap.*
2. *de leg pers. adult. nu.* 4. *Cenc. de Cẽ-
sib. qu.* 9. *nu* 7. *Simoncell de decret.
lib.* 2. *tit.* 6 *sub n.* 40. *&* 49. *vers. &
patet Narb de ætat. ad omn. hum. act.
requis Ann.* 25. *quæst.* 17. *num.* 7.
Tusc. Verbo minor Concl. 252. *num.*
30. *Cancer. cap.* 1 *de minor. quæst.* 52
num. 261. vbi quod maior qua-
100 tuordecim annorũ potest cõtra-
here, & efficaciter ciuiliter & na-
turaliter se obligare si curatorẽ
101 non habeat, quod intelligit de o-
bligatione personali non quo ad
obligationem bonorum immo-
bilium, vel mobilium quæ seruã-
do seruari nõ possunt, quia plus-
102 quam certum esse inquit sine de-
creto ipsũ ea alienare nec obli-
gare posse, nisi in contractu ad sit

iuramentum, vt infra, subdit de-
inde, quod licet per obligationẽ
103 personalem possit deuenire ad
venditionem bonorum, tamen
cum id veniat in cõsequentiam,
non attenditur, & si in dicto con-
104 tractu minor est læsus potest in
integrum restitui *Barbos. in l. non
solum num.* 3. C. *de præd. & al. reb.
Thes. quæst. for.* 112. *lib.* 3. *num.* 2.
& 3. *Hermos. ad Lop. Gl.* 2. *l.* 4. *nu.*
6. *Cyriac. Contr.* 252. *num.* 21. *&*
22. *Sanc. supra num.* 5. *&* 6. *Tan-
cred. lib.* 6. *dis.* 38. *nu.* 2. *Simonc. de
decret. lib.* 3. *tit.* 8. *a num.* 16. *Onnat.
de Contr. tract.* 2. *disp.* 4. *sect.* 3. *num.*
50. *&* 52. *& sect.* 4. *num.* 62. *&*
105 65. bene tamen poterit alienare
mobilia etiam pretiosa quæ ser-
uando seruari non possunt *Onnat.
de Contr. tract.* 2. *disp.* 4. *sect.* 4.
num. 66.
106 Fallit hoc stante *capitulo Re-
gis, & Imperatoris* Caroli *V.* 78.
quia in eo disponitur quod mi-
nores decem & octo annorum si
curatorem non habeat non pos-
sint obligari sine authoritate iu-
dicis & si habeant non possint si-
ne illius authoritate contrahere,
Notant *Mastrill. decis.* 180. *nu.* 20.
Cost. cons. 72. *a nu.* 1. *Giurb. Obser.*
86. *in princ.* qui *num.* 1. dicit hoc
107 capitulum stricte intelligendum
vt minus corrigat ius commune
nec extendendum, & *super consuet.
Messan. cap.* 1. Gl. 5. *num* 51. *&* 56
Virgil dicto prælud. nu. 2. *in fine &
dicto cap.* 2. *num.* 4. vbi quod hoc

ca-

108 capitulum eſt in viridi obſeruantia, non obſtante quod contractus fuerit iuramento firmatus vt in eo legitur, ex quo per dolũ extortum pręſumitur, ſed de hoc infra *Cyriac.* bene in terminis noſtri ſtatuti *Contr.* 252. *a nu.* 14. *vſ-*
109 *que ad finem* vbi inquit quod licet minor curatorem non habens obligetur ipſo iure, licet ſi fuerit læſus reſtituatur, tamen hoc non procedit ſtante ſtatuto prohibẽte minores ſe obligare vel cõtrahere ſine certa ſolemnitate, quia tunc illis omiſſis obligatio non valet ipſo iure, etiam non obſtãte iuramento, adeo vt minor non
110 obligetur nec ciuiliter nec naturaliter & quod nec tenetur fideiuſſori qui pro eo interceſſerit, licet ei de indemnitate promiſerit quamuis fideiuſſor obligatus remaneret & ſoluere cogeretur.

111 Et minor contrahens tenetur ſeruare ſolemnitates ſtatuti loci, in quo contrahit alias nulliter agit, & contractus eſt nullus non ſolum in loco vbi celebratus eſt, ſed etiam vbicunque ſi de eo alibi diſputari contingat *Cyriac.* Cõ*tron. for. to.* 1. *cap.* 31. *nu.* 24. & 25.

112 Sed an minor regnicola contrahens extra regnum teneatur ſeruare diſpoſitionem dicti capituli 78. vide *Peregr. deciſ.* 88. *Cyriac. Contr.* 252. *num.* 26. & *quæ Scripſi infra fallent.* 6. *verſ. ſecus ſi ſtatutum.*

113 Quid ſi cum minore ſe obligauit maior An contractus ſit nullus non ſolum reſpectu minoris ſed etiam maioris? Quod ſic *Alex. conſ* 66. *lib.* 4. *Roncheg. in l. reos. in principio nu.* 17. *ff. de duob. reis vide infra eff.* 2. *nu.* 82. ad materiã *Marian. Iulian. conſ.* 15. *inter conſil. ſicul. a nu.* 43. *Menoch. conſ.* 58. *num.* 39. *Caualc. dec.* 31. *nu.* 26.

114 Si vero adultus fuerit filius familias poteſt cum authoritate ſolius patris ſe obligare ſtatuto nõ obſtante vt ſcripſi ſupra ex eodẽ *Virgil. cap.* 2. *de legit. perſ. adult. num.*
115 27. vbi de ratione, quo in loco ampliat etiam quod in vtilitatẽ ipſius patris fiat obligatio, ideſt ſi filius ſe obligaret pro re ſua & pater haberet vſumfructum & administrationem ſecus ſi ſe obli-
116 garet cum patre pro re ſpectante ad patrem vel pro pecunijs & nõ conſtaret obligationem eſſe pro
117 re filij quia pecuniæ præſumerentur peruenire ad patrem, & eſſe ſe fideiuſſorẽ patris *Virgil. vbi ſupra* vbi etiã dicit, quæ dixi quod filius poteſt cum authoritate pa-
118 tris ſe obligare intellige in aduentitijs, quia in alijs dabitur curator.

119 Quid dicendum ſi minor contrahendo dicat ſe maiorem An contractus valeat? diſtinguendi ſunt plures caſus aut hoc aſſerit cum iuramento, aut ſine, ſi ſine iuramento aſſerit ſe eſse maiorem & hoc ſine dolo, ſed tantum per errorẽ & quia credebat

se esse maiorem & tunc probata
minori ætate talis assertio ei non
nocet *l. 1. & 2. C. si min. se maior.*
dix. Lambert. de Contr. Gl. 8. num.
63. Cyriac. Contr. 387. num. 12. &
seq. & restitutionis remedio iu-
uatur *Barbos. in l. si cum minor C.*
si minor se maior dix. & vide ad ma-
teriã *Frecc. de præsum. instr. p. 9. qu. 8.*
& vide *Balthass. Thomas tract. 9.*
tit. 19. de Tut. & Curat. nu. 836.
120 Aut id asserit sciens se esse mi-
norem sed ad ita asserendum
fuit inductus, & circumuentus
per aduersarium, & tunc etiam
minori ætate probata assertio ei
non obest *l. 3. post principium vers.*
quod si per insultam C. si min. se ma-
ior. dix. vbi communiter DD. &
præcipue Castr. qui dictam legem
legit cum l. 1. in Gl. fin. &
121 dicit quod dicta conclusio pro-
cedit non solum si dolus sit com-
missus per aduersarium inducen-
do minorem ad asserendum se
maiorem sed etiam si dolus sit
commissus ad inducendum illu
ad secum contrahendum *Lambert.*
Dicto num. 63. Gratian. Theol. 25.
num. 49. Clarb. dict. 97. sub num. 19.
Cyriac. Contr. 387. num. 16. Et re-
122 stitutionis remedio iuuatur *Bar-*
bos. in dict. l. si cum minor C. si min.
se maior. dix.
123 Aut minor dolose asserit se ma-
iorem vt aduersarium secum cõ-
trahentem decipiat, & valet cõ-
tractus dicta *l. 3. in primo responso*
C. si min. se maior. dix. Balthass. Tho-
mas tract. 6. de tut. & Cur. tit. 19. nu.
437. Manc. de Iur. Iur. p. 2. de Iu-
ram. assert. Art. 12. nu. 12. 17. & 18.
124 aduertit in minore falso mino-
rem se asserente requiri speciale
iuramentum super assertione ma-
ioris ætatis & generale non suffi-
cere & quod si huiusmodi iura-
125 mentum respiciat commodum
alicuius propinqui verisimiliter
informati de vera ætate iurantis,
tunc iuramentum ei non suffra-
gatur & minor volens contraue-
nire auditur *Lambert. dicta Glo. 8.*
num. 64. Cyriac. dicta Contr. 387.
sub nu. 16. & seq. Milanis. decis. 13.
num. 24. & per tot. lib. 1. Intrigl. Sin-
gul. 172. num. 3. & 4. lib. 1. qui lo-
126 quitur in terminis Capituli Reg.
Caroli 78. *Abruz. in § nunc admo-*
nendi Iust. quib. alie. lic. vel non. nu.
45. licet ipse *nu. 46. & 47.* con-
127 trarium teneat nec restitutionẽ
in integrum petere potest *Bar-*
bos. in l. si is. qui C. si min. se maior.
128 *dix.* Ratio est quia dolus non
debet doloso patrocinari *Decian.*
Resp. 2. nu. 53. Mut. Consuet. 26. nu.
2. Giurb. decis. 29. nu. 7. vbi quis
non debet ex dolo commodum
consequi *& decis. 36. nu. 8. Cost.*
cons. 10. nu. 18. Corn. de absolut. Iur. p.
4. Cap. 3. nu. 88. Sp. Tesłas Allegat.
161. sub nu. 49. Mangil. de Euict. qu.
129 *41. nu. 10.* in vbi dolus debet no-
cere doloso & nulli cõmodũ af-
ferre etiã minori *Barb. supra sub n. 2.*
130 Sed tenetur probare assertio-
nem illam prouenisse dolo vel
frau-

fraude vide *Cyriac supra num. 23. & seq.*

131 Intellige primo supradicta procedere quo ad eum, contra quem minor dolum commisit, non autem quo ad alium quia quo ad tertium contractus est nullius momenti *Angel. in dicta l. 3. circa medium vers. vltimo pro intellectu Castrens. loco citato & lamber. dicta Gl 8. nu. 65.*

132 Secundo intellige id locum, non habere si aduersarius cũ quo minor contraxit, sciat eum esse minorem *l. minor viginti quinque annis adito præside vers. plane ff. de minor. vbi Bart, & in dicta l. 3. C. si min. se maior dix. vbi etiam* Paul. de *Castr.* quem vt dixi legit cum dicta l. 3. idem *Paul. de Castr. cons. 53 col 2. vers. vnde vbi non debet lib. 2. Lambert. dicta* Gl. 8 *nu. 66. Afin. de Execut. §. 9. Cap. 133. vers. 7.* Giurb. *obseruat. 92 sub num 29.*

133 Ratio est quia sciens decipi nõ videtur *l. nemo videtur ff. de reg. Iur. vbi Dec. Cagnol. & Fab. Serafin. de priuil duram. priuil 83. num. 105. Lambert. dicta* Gl. 8 *nu. 66. &*

134 Gl. *2. num. 15.* & volenti nulla fit iniuria *l. 1. §. vsque adeo & ibi Gl. qua concordantes adducit ff. de iniur.*

135 neque dicitur inferri dolus aut deceptio *l. cum donationis C. de Trã-sact. l. 1. in fine vbi DD. de act. empt. Calcan. cons. 25. col. 1. in fine Grat. lib. 2. Resp 39. Boer. cons. 30. nu. 12. Mangil. de Euict. quest. 162. sub num. 24. Tiraq. de l. Connub.* Glo. 8 *num. 142. & 143.* dicit quod si

136 mulier fine consensu viri contrahat & asserat se esse innuptam, non valet contractus si is qui cum ea contrahit sciat nuptam esse, & *Imol. in l. cum vir col. 8. vers. & adde etiam ff. de Vsucap.* inquit quod mulier asserens fun-

137 dum quem vendit non esse dotale, malienationẽ ita demum valere si emptor ignoret esse dotalem secus si sciat quos citat *Lambert. dicta* Gl *2. nu. 15.*

138 Amplia non solum si aduersarius sciat minorem ætatem illius cum quo contrahit, verum etiam si illam scire potuit puta ex aspectu *Paul. de Castr. dicto cons. 53. Lambert. dicta* Gl. 8. *num. 66. & 67. in fine Giurb. Obser 92. sub nu. 29. Rota Auen. decis 78. nu 6. vers.*

139 *imo si emptor* vbi dicit quod tunc emptor dicitur possessor malæ fidei & tenetur ad fructus allegat textum in *l certum C. de rei vendic. Roman. cons. 12. nu. 5.* addo *Barbos. in dicta l. si is qui sub nu. 2. C. si minor. se maior dix. vide infra in vers. aut. minor asserit cum iuramento.*

140 Sed An ille qui contrahit cum minore præsumatur scire illum esse minorem? vide *Lambert. dicta Gl. 8. num. 67. & quæ scripsi in prælud. de effectib. minor. ætat. circa iudicial. num. & vide* Te pat. *Var. sent. lib. 1. titul. de minor fol. 136. à tergo. col. 1. vers. si contrahens vbi ex Gram. dec. 66. num. 3.* dicit

dicit quod si contrahens est persona coniuncta asserat se esse maiorem, non poterit coniunctus asserere se circumuentum ab illo, tanquam minore dum asserit se maiorem quia propter consanguinitatem non præsumitur eius ætatem ignorasse.

141 Aut dolus interuenit, ex parte vtriusque scilicet minoris & secum contrahentis, & tunc assertio ipsius minoris dicentis se maiorem sibi nõ præiudicat *Specul. in titul. de restit. in integr. §. si quis autem col. 3. vers. item de vigetur vbi Joan. Andr. in Verba respondeo Petr. de Bellapertic. in l. 3. C. si min. se maior. dix. & ibidem Bart. circa finẽ Alberic. post princ. Salicet. ante finem vers. vltimo distingue, & Paul. de Castr. col. 2. in Gl. fin. Lambert. dicta Gl. 8. num. 68. & 70. Giurb. dicta Observ. 92. sub num. 3.*

142 Ratio est quia quando dolus prouenit ex parte vtriusque contrahentis circa eandem rem neutri ipsorum competit actio de dolo *l. si duo ff. de dol. vbi Gl. citat concordantes.*

143 Ampliatur prædicta conclusio vt procedat non solum si aduersarius cum quo contraxit minor & dixit se maiorẽ dolo fuit versatus tempore contractus, verum etiam si ex post facto falsitatem committat circa testes vel instrumenta per eum producta, quia etiam isto casu minori non præjudicat assertio maioris ætatis *Paul. de Castr. in dicta l. 3. quam legit cum l. 1. C. si min. se ma. dix.*

144 Ratio potest esse quia paria delicta mutua compensatione tolluntur *l. viro atque vxore ff. solut. matr. Jacob. de Beuis. in pract. titul. de Iniur. sub nu. 14. Ramon. cons. 8. num. 11.*

145 Et dolus cum dolo compensatur *Mangil. de Euict. quæst. 162. nu. 24. Mut. super Consuet. Pan. in prohem. nu. 7.*

146 Aut sumus in dubio, & non præsumitur minorem dolo dixisse se maiorem *Petr. de Bellapertic. in dicta leg. Bart. ibidem circa mediũ vers. quæro vtrum Alberic. col. 2. vers. quæro. Gl. Angel. circa finem vers. si autem dubitatur Salicet. in fine & Paul. de Castro circa finem vers. in quinto casu Peregr. cons. 77. n. 29. lib. 1. Intrigl. dicto Singul. 172. nu. 2. Giurb. Obser. 92. nu. 10. & nu. 19. Barbos. in l. si alterius nu. 14. C. si min. se maior. dix. Abruz. in §. nunc admonendi sub num. 47. Inst. quib. alien. lic. vel non idem Angel. cons. 100. col. pen. vers. aduertendum tamen Alex. cons. 127. circa medium lib. 6. Socc. Iun. cons. 8. num. 15. & 16. lib. 2. Lambert. dicta Gl. 8. nu. 71.*

147 Vbi dicit quod hæc est verior opinio licet referat non nullos contrarium tenuisse maxime *Rot. Arm. decis. 78. num. 1.*

148 Et ratio dupplex assignari potest prima quia quis non præsumitur scire tempus suæ natiuitatis, imo est impossibile *Salic. Alex. & Lam-*

& Lambert. locis supra citatis Ruin. conf. 194. num. 8. vol. 1. Serafin. priuileg. 83. num. 23. vers. accedat. Abraz. vbi supra Giurb. dicta obser. 92. nu. 10.

149 Secundo quia in dubio dolus non præsumitur nisi indicijs aut coniecturis probetur l. dolum C. de dol. l. si prætor §. Marcellus ff. de iudic. l. 3. in fin. ff. de Trib. act. l. quoties vers. qui dolo ff. de probat. Gandin de Falsar. num. 29. Menoch. conf. 107. num. 8. Ball. de lit. dispensat. cas. 1. nu. 3. Corn. de absolut. Iuram. p. 4. cas. 5. nu. 11. & 12. Bardellon. conf. 6. num. 8. Paris. consi. 25. nu. 78. vol. 1. Peregr. Art. 10. num. 41. Bertazol. conf. 58. nu. 46. Alleg. 19 nu. 13. 14. & 15. post decis. Thom. Anell. salern. Manson. de contrahen. quast. 7. Ambros. decis. 24. à nu. 19. de Angel. in l. dolum C. de dol. mal.

150 Aut minor asserit cum iuramento se maiorem, & tunc distinguendum est aut iurat simpliciter se maiorem, & non excluditur a iure dicendi de nullitate contractus ob sollemnitatem nō seruatam a lege vel statuto requisitam Macerat. Var. Resol. lib. 2. Resolut. 3. num. 8. Ioan. Andr. in addit. ad specul. titul. de sententia §. vt autem vers. quandoque vero in addit. incip. procedendum Socc. conf. 66. nu. 18. vol. 1. Marese. Var. Resol. lib. 2. cap. 63. Balb. Thomas tract. 5. de Tut. & Curat. tit. 19. nu. 443. & a num. 436. ad materiam. Curt. Iun. conf. 181. num. 9. & conf. 119. num. 6. Curt. sen. conf. 42. nu. 35. Duard. decis. 18. nu. 32. & 33. tom. 1. Biloct. dec. 14. num 16. Gratian. cap. 576. num. 39. & 40. vbi si minor iurat se esse maiorem non per hoc non poterit dicere de nullitate contractus, sed non debet audiri ad effectum obtinendi restitutionē in integrum & quod talis nullitas potest etiam per heredem allegari Paul. Rub. dec. 1. tom. 1. num. 38. Socc. conf. 61. nu. 5. vol. 1. Tiraq. de l. connub. Glos. 8. quæst. 16. Marc. fil. singul. 299. Roman. cons. 12. nu. 5. vers. istud est singulare verbum Asol. quæst. 22. num. 37. Xamar. rer. iudic. p. 1. def. 9. num. 6. & seq. vbi dicit quod assertio minoris de ipsius maiori ætate iurata non probat quando statutum tollit fidem iuramento contractus minoris non seruatis solemnitatibus præsumendo contractum fraudulentum. Sed Cancer. cap. 1. de minor. 25. ann. a num. 27. dicit quod

151 iuramentum assertorium quo minor se maiorem cum iuramento firmat, excludit minorem a beneficio restitutionis in integrum, nisi minor dolo aduersarij inductus iurauerit se maiorem vt infra vel vbi aduersarius illum minorem sciret & sic tam ipse quam minor in contractu dolo versatus sit, vel nisi ex aspectu minoris constet se minorem quia in his casibus licet per mendacium minor iuret se maiorem non amittit beneficium restitutionis in inte-

152 integrum, non tamen dictum as-
sertorium iuramentum excludit
eum a beneficio nullitatis alle-
gandæ, quæ prouenit ex defectu
sollemnitatis a statuto requisitæ,
hæc ille idem dicit *Xamar. rer. iu-
dic. p.p definit. 9.nu.1.& seq. Mauf.
de Cauf. exec. limit. 11. num. 62.*
qui loquitur in casu quando mi-
nor iurauit & promisit non con-
trauenire vt infra *Tusc. in Verbo
minor concl 243. Abruz. in §. nunc
admonendi nu. 44. Inst. quib. alien.
lic. vel non* loquitur in terminis
153 *Cap. Imper. Carol.* 78. & dicit pro-
cedere non obstante quod minor
iurauerit se maiorem, quia eadē
facilitate qua inducitur ad con-
trahendum inducitur ad asseren-
dum se esse maiorem *Grass. super
§. 33. Com. Castr. nu 40.*
Sed *Bocc. super Const. March.*
154 *Gl. 8. num. 79.* intelligit obten-
ta absolutione, a iuramento &
probata minori ætate, vt infra di-
cam & *nu. 174. & seq.* dicit *Boc-*
155 *cac.* quod minor qui se maiorem
iurauit nō debet in integrū resti-
tui si postea tēpore restitutionis
dicat se minorem nisi per publica
instrumēta doceat minorē ætatē
*Balth. Thom. tr. 8 de Tut. & Curat.
nu. 3535. Giurb. Obs 92. sub nu. 5.
Intrigl. cons. 6. nu. 22.* vbi quando
156 quis iurauit esse ætatis perfe-
ctæ nec ipse nec aliquis habens
causam ab eo admittitur ad pro-
bandum minorem ætatem per
testes & *Singul. 98. nu. 246. lib. 3.*

*Carpan. super stat Mediol. cap. 413.
num. 87. Mut. Consuet. 21. nu. 68.*
157 dicit quod quando minor iurat se
esse maiorem tunc nulla est ne-
cessaria probatio, ex quo per in-
strumentum de ea constat, sed
ad hoc elidendum incumbit ipsi
dicenti minorem probare per
viam nullitatis defectum sol-
lemnitatis, petita prius abso-
lutione.
158 Sed quid dicendum stante *Ca-
pitulo Imperatoris Caroli 78.* vide
*Mut. Consuet. 31. nu 13. Intrigl. sin-
gul. 172. lib. 2. & infra vers potest
tamen probare.*
159 Aut minor vltra iuramentum
assertorium maioris ætatis iura-
uit etiam se nunquam fuisse pro-
baturum minorem ætatem vel
numquam contrauenire, & isto
casu iusiurandum sibi obstabit
*Bald cons. 213. vers porro modus lib.
2. Lambert. dicta Glos. 8. num. 72.
Mauf de Cauf. exec. limit. 11. num.
60. & 65.* vbi multo magis si re-
nūciauit omni legum auxilio vbi
etiam an hoc casu sit conce-
denda absolutio a iuramento?
160 Et minor qui iurauit non con-
trauenire contractui ratione mi-
noris ætatis dicitur renunciasse
beneficio restitutionis in integrū
*Bartol. in l. Sciendum num 3. ff. de
verb. obligat & cons 90. lib. 1. Mauf.
supra num. 61. Balth. Thom. tract. 8. de
Tut. & Curat. tit. 19. n. 3534. Alex.
in dicta l sciendum num. 1.* vbi dicit
161 opinionem Bartoli, in practica
ser-

seruari & ibidem *Jason. n. 33.* di-
161 cit opinionem prædictam tum in iudicando tum etiam in consulendo esse sequendam & *Soc. Jun. etiam ibidem nu. 59.* adducit
163 varia iura pro ista opinione & dicit quod eam sequuntur communiter DD. *Scribentes communiter in Auth. Sacramenta puberum C. si adu. vendit. Riminald. Jun. consil. 218.*
164 *nu. 18. lib. 2.* vbi dicit quod opinio Bartoli seruatur communiter *Bott. conf. 31. num. 13. cum plur.*
165 *seq.* vbi de communi *Vin. recept. sent. concl. 221. lib. 1. Becc. conf. 100.*
166 *num. 9.* vbi de communi *Turrett. conf. 40. num. 1. lib. 1. & consil. 85.*
167 *nu. 11. eodem lib.* nisi enormis læsio interueniat *Manc. de iuram. p. 4. effect. 3. num. 1. & 2.* post multos quos citat *Farinac. decis. Rot. Rom. 218. num. 13. p. 2. to. 1. Velanz. conf. 148. a nu. 67. Barbos. in dicta Auth. Sacramenta puberum nu. 16.* de qua re etiam infra vers. supradictam conclusionem intelligas & si non iurat simpliciter non contrauenire sed cum verbis prægnantibus seu generalibus videlicet aliqua ratione vel causa vel ingenio de iure vel de facto tunc iuramentũ obstat etiam si ex alia causa quã minoris ætatis contraueniretur. puta læsionis nisi sit nimis excessiua *Marcabrun. Angul. conf. 50. nu. 104.* secus si tantum iurauit non contrauenire contractui ratione minoris ætatis quia si contractus est nullus ex alio capite potest ex alio capite cõtrauenire *Bottilier. de Succ. ab intest. Theor. 62. de Renunc. success. cap. 2. num. 13.*

168 Imo quod plus est iuramentũ simpliciter positum in contractu tollit beneficium restitutionis in integrum vt supra *Auth. Sacramẽta puberum vbi DD. communiter & præcipue Bartol. nu. 16* Balthass. *Thomas tr. 1. de tut. & Cur. tit. 9. de donat. tut. num. 140. Cefal. conf. 65. & num. 21. lib. 5.* vbi alios allegat
169 & testatur de communi *Bursat.* qui etiam infinitos allegat *conf. 248. num. 19. lib. 3. Farinac. decis. Rot. Rom. 245. nu. 2. & 3. p. 2. tom. 1. Riminald. Iun. conf. 437. nu. 8. lib. 4. Roland. conf. 60. nu. 69. lib. 4.* Cauale. *decis. 30. num. 11. lib. 1. Turret. dicto conf.* 40. *num. 2. lib. 1.* A*sin. de* Exequut. *§. 9.* Cap. *315. num. 6. Sforz. de Rest. in integr. quæst. 24.*
170 *per tot.* vbi plene de materia an & quando minor qui iurauit se maiorem excludatur a beneficio restitutionis in integrum *Baldass. de Angel. in l. de tutela C. de in integr. rest. min. Anchar. quæst. 4. in. 2. & conf. 16. in 1. Grat. conf. 46. in. 1. Gram. decis. 12. Riminald. d. 2. nu. 28. & 29. quib. al. hic Gutier. in Auth. sacramenta puberum nu. 36. & seq. C. si adu. vendit. Rot. post Genc. de Censib. decis. 34. num. 3. Peregr. conf. 71. lib. 1. Thor. in compend. verbo minor fol. 337. Gratian. Cap. 57. nu. 39. & 40. & d. decis. 24. scriptis supra verbo aut minor asserit cum iuramento* nisi in casibus ubi post

fitis

sitis & infra vers. & scias quod iuramentum *Tepat. var. sent. lib. 3. tit. de minor fol. 136. atergo col. 1. in fine* vbi excluditur a remedio restitutionis non nullitatis resultantis ex forma non seruatę solemnitatis statuti *& fol. 138. col. 1. vers minor si se maiorem* vbi hoc limitat quando contrahens cum minore ex aspectu videre potuit eum esse minorem ex *Gal. Obser. 65. lib. 2. & vide Buttil. de success. ab intest. cap. 2. Theor. 63. nu. 1. 4. & per to.*

171 Procedit supradicta conclusio etiam si minor non sit certioratus de hoc beneficio ei competenti *Bursat. cons. 339. num. 40 lib. 3. Decian cons. 39. nu 75. lib. 2. Tarrett. cons. 40. num. 6. lib. 1.* vbi de magis communi

172 *Bartol in l sciendum num. 8. & 9. ff. de verb. Oblig.* vbi etiam *Angel. idem Bartol. Angel. Paul. de Castr. & cateri omnes in dicta Auth. Sacramenta puberum, idem Bartol. in l. 2. C. de resc. vendit. & iterum in l. si duo patroni § idem Julianus ff. de Jur. Iuran. vbi etiam Fulgos. & Castr. Bald. in l. 1. C. de reb. Cred. & ind. l. C. si adu vendit. Angel. in l qui iure militari ff. de Testam milit. Archid. & Ioan. Andr. in c. quamuis de pact. in 6. Asol. quaest. 21. nu. 9. Manc. de Juram. p. 4. eff. 1. quaest. 13. sub num. 2. vers. contraria Barbos. in dicta Auth. Sacramenta puberum sub num. 14.* vide infra vers. contrarium quod non requiratur certioratio *Mans. de Caus. exec. limit. 11. num. 64.*

173 Iuramentum namque inducit praesumptionem scientiae eorum, quae ius disponit ita vt satis sit minorem contrahentem habere scientiam facti. *Bartol. in Auth. Sacramenta puberum col 2. in fine vbi etiam DD. Angel. Paul de Castr. & Salic in l. 2. C. de resc. vend. Arch. in c. 2. col 1. in fine vers. intelligenda sunt & ibi Joan Andr. in princ. de pact. in 6. Anton. Gabr. in titul. de Jur. Jurand. concl. 3. vers. contrariam vbi de communi Pin. in dicta l. 2. p. 3. Cap. 1. num. 10. Gabr. cons. 127. num 12 lib. 1. Hond. cons. 33. lib. 1. vbi de commun Asol. qu. 22. num. 10. 11.*

174 Licet minor contrahens & renuncians omnibus beneficijs ei competentibus debant expresse certiorari de beneficijs, quibus renunciat, alioquin cum ipse praesumatur ignorare talia beneficia, non valebit renunciatio, nisi certioretur *Alex cons. 126. col. fin. vol. 7. num. 6. DD. communiter in l. sciẽdum ff de verb. obligat. Gl. in l. fin. § fin. ff. ad velleia. Asol. dicta qu. 22. nu. 3.*

175 Et certioratio non probatur per assertionem factam in ipso instrumento, puta quia in eo dicitur talis certioratus *Federic. de sen. cons 189* qui allegat in argumentum *tex. in l. in omnibus C. de Testib & quod notat Innoc. & Host. in c. quoniam contra de probat Asol. dicta quaest. 22. nu. 2. & seq sed vide*

de infra vers. & notario attestanti de
certioratione.
176 Sed obtenta absolutione a iu-
ramento poterit restitutionem
in integrum obtinere Bott. cons.
51. nu. 21. & seq. vbi allegat. Alex.
Corn. Dec. Paris. Rolan. Menoch. &
alios Turrett cons. 40. num. 7. lib. 1.
Manci. de Iuram. p. 4 effect 1. quaest. 8
177 nu 1. quod limita quoties minor
iurasset omnia & singula in instru
mento contenta fuisse & esse ve-
ra; tali namque casu relaxatio ni-
hil prodesset minori Caualc. decis.
9. nu. 26. lib. 1. Roland. cons 47. nu.
32. lib. 4. vbi multos alios allegat.
Menoch. cons 343. num. 46. lib. 4.
Turrett. cons. 40. num. 8 lib. 1.
Sed vide Marc. Angel. Leon. de prae-
par. Iudic. p. 2. praeparat. 12. nu. 30.
178 & seq. vbi licet is qui iurauit om-
nia & singula in instrumento cō-
tenta esse vera, & in nullo con-
trauenire, non possit petere ab-
solutionē ad effectum agendi se-
cundum Iason. Aret. & Gram. ta-
men hoc non procedit de iure
179 Canonico secundum quod iura-
mentū non debet esse vinculū ini-
quitatis, & ideo nō obstāte pacto
de non cōtrauenicndo potest pe-
tere absolutionem si est enormis-
me laesus, vide etiā Velanz. cons. 148
nu 72. 73. 74 & cons. 173. nu. 94.
180 Et si minor expresse iurauit nō
petere restitutionem in integrū
tunc nullo modo restitui debet
Bartol in l. sciendum nu. 8. ff. de verb.
oblig. vbi Alex. num. 3. dicit quod
opinio Bartoli seruatur in pra-cti-
181 ca & Ias num. 33. inquit quod ita
182 est tenendum tum in iudicando
tum etiam in consulendo, & alios
allegat idem. Bartol cons. 90 lib. 1.
Socc. Iun. in dicta l sciendum nu. 19.
183 vbi de communi Alex. cons. 122. nu.
1. & seq lib. 2. qui alios congerit
184 & testatur de magis communi &
cons. 27. nu. 3. lib. 1. & cons. 66. nu.
5. & 12. lib. 6. Bartol. in dicta Auth.
185 Sacramenta puberum nu. 16. ita om-
nes tenere testatur. Paul. de Castr. nu.
10. & Corn. n. 6. C si adu. vendit. DD.
communiter in l. 2 & praecipue Cre-
mens. nu 137. C de resc vend & Ca-
gnol nu. 103. Non cons. 88. nu 7. vbi
multos alios refert Odd. de Rest in in-
tegr. quaest. 58 nu. 21. vbi de com-
186 muni Roland cons. 59. num. 24. lib. 1.
vbi etiam de communi Becc. cons.
10, nu. 15. Decian. cons 6. nu. 31. lib.
1. Turrett. cons. 32. nu. 1. lib. 1. Paris.
cons. 96. nu 74 lib. 1. Manc. de Iuram.
p. 4 effect 1. n. 7. Virgil de legit. pers.
cap. 2. de legit. pers adult sub num. 4.
187 vbi secus per generales clausulas
etiam per clausulam renuncians
omni legum auxilio, quia tunc
non excluderetur restitutio.
188 Et si iurauit non petere restitu-
tionē ratione laesionis tunc indu-
citur praesumptio quòd contra-
ctus est vsuratius Asin. de Exequut.
§. 9. Cap. 338. nu. 6.
189 Quid si minor iurauit se esse
maiorem & omnia & singula in
instrumento contenta rata, &
grata habere & in nullo contra-

uenire? Dic quod videtur iurasse se minorem ætatem non allegare, quia si minorem ætatem allegaret non diceretur habere rata & grata per eũ gesta, & sic esset periurus *Bartol. in l. vbi pactum C. de Transact.* Imol *& Alex. in l. nemo potest ff. de legat 1. & l. seius & Augerius ff. ad l. falc. Pan. in c. ad nostram de Empt. & vendit. Rot. Auen. decis. 78. num. 8. Giurb. Obser. 92. num. 21.*

190 Sed An impubes proximus pubertati ligetur iuramento? ꝙ nõ firmat *Afin in tract. de Exequut. §. 9. Cap. 326. vers. videtur igitur in vltimis verbis & vide infra limit. 9. vers. Amplia 2. nu. 365.*

191 Sed An hæres minoris iurantis teneatur ad obseruantiã contractus, in quo non fuerunt adhibitæ sollemnitates statuti? An vero vltra istud debeat probare aliud, ex quo pateat iuramentum nõ esse seruandum? & dico quod debet probare aliud vltra prohibitionem statuti ex *Gabr. cons. 127 nu. 22. lib. 1.* vbi quod hæredes tenentur ad obseruãtiam, nisi probentur ea ex quibus pateat iuramentum non esse obseruandum, Allegat *Butr. in c. cum. contingat col. 5. in princ. & num. 8. de Iur. Iuran. Alex. cons. 59. nu. 8. vol. 1. & cons. 39. nu. 4. vol. 4. Afflict. decis. 281. in fine vide infra eff. 3. sub nu. 251.*

Sed vide *Groff. in dicto § 33. Comitis Castr. n. 41. 42* qui ex Abruz.

192 & alijs inquit ꝙ sicut minor potest in prima iudicij instantia opponere quod contractus fuit celebratus non seruata solẽnitate statuti non obstante pacto de nõ opponendo etiam si essemus in contractu iuxta formã bullæ, ita etiam poterit eius hæres. Vnde recte dicit *Castill. in addit ad dec. 63*

193 quod si statutum an nullat contractus etiam iuramẽto firmatos tanquam extortos & in fraudem factos, vt in obligationibus mulierum per constitutionem Comitis Castri & in obligationib' minorum sine consensu iudicis vel curatoris iuxta Capitulũ R. Caroli 78, non requiritur sentẽtia pro rescissione horum cõtractuum & vide *Giurb. Obs. 92 num. 23. & 31. Cost. Sicul cons 32. n. 13. & seq scripta a me in prælud. de effec. min ætat. circa iudicialia Balth Tho. tr. 6. de tut. tit. 19. a nu. 318. & tract. 9. Dec. 11. tit. 19. de Absol. a iuram. a num. 693. & effect. 1 nu. 35.*

194 Sed quid dicendum de tertio? vide *Groff supra nu. 43. & scripta a me de Citat. to 1. qu. 15. n. 41. & to. 2. in addit. ad dictam quest. & infra effec. 5. n. 41. Gratian. Cap. 691. a n. 6. & 15. Ventrigl. in prax. rer. not. de alien bon. Eccl. Annot. 1. §. 3. sub nu. 14. & nu. 36. Balth. Tho. de Tut. & Curat. tr. 8 tit. 19. a num. 3140. Dexart. decis. Sard. 16.*

195 Et nota quod quando iuramẽtum non confirmat contractum, vt quia est interpositum contra formam statuti, sed tantum obli-

gat

gat iurantem ad eius obseruantiã tunc iurans si soluerit, poterit solutum tanquam indebitum repetere, & si concedieur absolutio à tali iuramento, non poterit cogi ad eius obseruantiam, & hæres mortuo iurante illud obseruare non tenetur *DD in c. debitores de Iur. Iurand. Bartol. in l si quis pro eo n. 10. ff. de fideiuss. Negus. de pign. in 4. p princ. n. 41. Franc. Marc. decis. 166. nu. 4. & 5. Hond. cons. 31. nu. 15. & 17. lib. 1.*

196 Præterea quando minor simpliciter se esse maiorem iurat iterum distinguendum est Aut tale iuramentum præstitum fuit à minore dolo aduersarij tantum & isto casu ipsi minori iuranti non nocet *Bald. in dicta l. 3. circa finem vers. quidam dicit se maiorē C. si min. se maior dix. Xamar. rer. indic. p. p. des. 9. n. 21. circa 2. Lambert. vbi supra nu. 94. Auth. Sacramenta puberum C. si adu. vendit. c. quamuis de pact. in 6. c. cum contingat de Iur. Iurand. vbi Abb col. 2. in fine & col. 27. vers. sextus casus Serafin priu. 83. num. 63. Barbos. in l. si is qui nu. 3. C. si min. se maior dix. Thor. in compend. in 1. verbo minor dolo aduersarij & verbo minor iurans mendacium Crauett. cons. 140. nu. 7. Afflict. decis. 293. Curt. Iun. cons. 47. col. fin. Cassan. cons. 28. Asin. de Exequut. § 9. Cap. 133. vers. sextò limitatur* & ratio est vt notat *Mancin. de iuramen. p. 4. effect. 10.*

197 *quæst. 1. num.* 2. quia vbi quis dolo fuit inductus ad iurãdum iusiurandum non tenetur dicto *c. cum contingat. de Iur. Iurand. c. quamuis*

198 *de pact. in 6.* Si quidem nec ius ciuile neque canonicæ sanctiones assistunt iuramento vbi dolus adest *Butr. cons. 45. nu. 1. vers. vnde quamquam, pedam. decis. 41. nu. 3. Crauett. cons. 142. num. 27. Socc. Iun. cons. 3. num. 34. lib. 2. Mancin. dicto num. 2. vbi etiam Ampliat.* siue

199 dolus re ipsa, siue ex proposito interueniat ex *Dec. Curt. Iun. Paris. Cagnol. Crot. Riminald. Conar. Ias. Socc. Corn. Rip. Port. Cesal.*

200 *& alijs* & ideo potest illi contrauenire etiam non obtenta absolutione ab ipso iuramento not. in *c. 2. de pact. in 6. & in c. cum contingat de Iur. Iurand. & in dicta Auth. Sacramēta puberū Gabr. cons. 13. n. 5. li. 1. Paris. cōs. 26. nu. 64. in. 3. Alb. cons. 71. nu 17. in 1. Menoch. cons. 1 nu. 302. Hond. cons. 9. nu. 32. in 1.*

201 Et regulariter dolus præsumitur adhibitus in contractu celebrato per minorem si est ei damnosus *Gram cons. 28. nu. 4. in Ciuil. Serafin. priu 85. nu. 96. in fine vers.*

202 *nec obstat* & ideo ex enormi læsione si contrahens est minor præsumitur dolus, etiam quod contractus sit factus in fauorē patris contrahentis *l. si superstite C. de dol. Socc. sen. cons. 26. lib. 1. Asin. de Exequut. § 9. Cap. 330. nu. 1. & 8. vers. ratio autem est Afflict. in c. 1. §. item Sacramenta in 3. not n. 6. de pac. Iurā. firm. Virg. qui indistincte loquitur dicto Cap. 2. sub num. 5.*

203 Et dolus semper excipitur a quocunque iuramento *c. quamuis de pact. in. 6. Asin dicto Cap. 330 nu.*
204 *5.* & in omni generali dispositione *l. creditor s. lucius ff. mandat. Ripol. de empt. Cap. 11. nu. 46. & 369 Gargiar. patroc. 1. nu. 9.*

205 Et stante enormissima læsione etiam quãdo contrahens est maior præsumitur dolus *Paul. de Castr. cons. 174. vol. 1. Socc. cons. 163. num. 2. & 4. vol. 2. vbi de communi Corn. consil. 140. in fine vol. 3. Dec. in l. pactum nu. 7. C. de Colla. & in c. causam matrimonij num. 5. in fine de Offic. de legat. Curt. Jun. cons. 141. nu. 11. Alb. cons. 89. nu. 5. lib. 1.*

206 Et a minori ætate facillime dolus arguitur vbi læsio est euidens *l. si superstite C. de dol. Corn. cons. 189. col. 1. vol. 1. Dec. cons. 180. col. 4. cons. 340. num. 7. Cons. 379. col. fin. & cons. 403. nu. 21. Socc. Jun. cons. 47. nu. 43. vol. 3. Socc. Jun. cons. 48. num. 24. & 27. vol. 1. cons. 53. per tot. cons. 77. nu. 181. & cons. 144. nu. 21. eod. vol. Rip. Resp. 15. col. 4. vers. sexto facit p. 3. Asin. dicto cap. 330. nu. 8. vers. quod sane vbi in Dec.*
207 *locis citatis* dicit hanc esse communem & abreatum in iudicando tum etiam in consulendo non esse recedendum *Marta to. 2. Resol. quotid. Cap. 136. nu. 13. in fine.*

208 Et paria sunt dolum probari, vel quod quis læsus reperiatur vel in totum damnum passus vel in maiori parte *Cepoll. cons. Ciuit. 9. num. 13. Fab. de Mont. de Empt. & Vend. quæst. 38. qu. prim. Socc. Jun. consil. 7. num. 2. vol. 3. Asin. dicto cap. 330. num. 8. vers. præterea hanc.*

209 Et dolus alius est præsumptus, de quo supra alius ex proposito alius re ipsa.

210 Dolus re ipsa est quotiescunque in contractu adest maxima vel magna siue enormissima læsio vel enormis etiam si talis læsio esset infra dimidium *l. si superstite vbi Gl. verbo immodice C. de dol. l. si oleum infin. cum l. seq. ff. de dol. l. si quis cum aliter & ibi Gl. ff. de verb. oblig. vbi etiam. Bart. Paul. de Castr. Alex. & Ioson. Roman. cons. 64. nu. 2. vers. quia præfata. & cons. 68. in princ. & cons. 90 in fine cum aliis allegat. per Seraf. in priu. 83. nu. 99. Curt. cons. 30. nu. 9. lib. 1.*

211 Et quando statutum dolum præsumit, tunc dicitur dolus vere re ipsa contractui inesse, & iuramentum ob talem doli præsumptionem nihil operatur *Aualb. cons. 7. num. 43. vol. 1. Anchar. in c. 1. quæst. 11. de Const. Corn. cons. 31. col. 5. Cons. 72. col. 3. & cons. 124. col. 1. & 2. vol. 3. Cuman. cons. 180. Barbat. cons. 55. in fine vol. 1. Paris. cons. 89. in fine vol. 4. Crauett. cons. 99. nu. 20. lib. 1. Asin. dicto cap. 330. nu. 8. vers. præterea hanc eandem.*

212 Et statutum præsumens contractus factos sine certa solemnitate per vim & dolum factos vel eos esse simulatos valet *Bartol. in l. omnes populi. in. 3. quæst. 2. quæst. princ. ff. de Just. & Iur.* vbi dicit

quod

213 quod licet statutum non possit
tollere vires iuramenti, posset
tamē illas indirecte adimere præ-
sumendo simulationem, & dolū
in illius interpositione sequitur
Gabr. cons. 13. nu. 6. vers. textus prin-
214 *cipalis vbi de commun. & vltra lib. 1.*
Asol. quæst. 22. nu. 34. quidquid in
215 contrarium tenuerit *Abb. quæst. 2*
nu. 12. Angel. in l. 1. de Const. princ.
Paul. de Castr. in l. si quis pro eo de
fideiuss. & in l. quæ sub conditione de
Condit. Inst. Bald. & Rom. in dicta
l. omnes populi.
216 Et talis præsumptio doli a sta-
tuto inducta habetur pro verita-
te *Alex. cons. 151. col. pen. vol. 2. Curt.*
Iun. cons. 118. & 119. Socc. Iun. cons.
31. nu. 37. vol. 2. Asol. q. 22. nu. 35.
qui omnes testantur de cōmuni.
217 Et etiam quod statutum non
fingat dolum & simulationem ad
huc si habet pro se rationem &
æquitatem poterit iuramentum
positum in contractu annulla-
re, vt puta si in regione, in qua
fuit contractum, homines essent
soliti decipere minores & eos sub
ducere ad cōtrahendum cum eo-
rum damno, & læsione *Bald. in*
Auth. Sacramenta puberum C. si adu.
vend. & vide Butr. & Abb. in c.
cum contingat de Iur. Iur. idem Abb.
cons. 11. lib. 1. Dec. in c. Sanctæ Ma-
riæ de Const. Special. & Crot. in dicta
l. omnes populi. Curt. cons. 2. col. 1. vol.
2. Gabr. dicto cons. 13. num. 6. vers.
secunda opinio lib. 1.
218 Sed in hoc contrarium tenuit
Abbas. quæst. 2. nu. 12. Ioan. Andr.
in c. fin. de for. comp. in 6. Curt. sen.
cons. 48. Alex. cons. 59. lib. 1. Socc.
sen. cons. 279. vol. 2. Paris. cons. 97.
lib. 1. Gabr. dicto cons. 13. nu. 4.
219 Dolus vero ex proposito est
cum adhibetur per machinatio-
nem *l. si quis cum aliter ff. de verb.*
obligat. Paul. de Castr. cons. 411. nu.
3. vol. 1. Corn. cons. 181. col. 3. in
fine vol. 3. Serafin. priuil. 83. nu. 98.
& præsumitur ex persuasionibus
Rouit. cons. 83. nu. 2. lib. 2.
220 Et dolus re ipsa & dolus ex pro-
posito nihil differūt inter se quan-
tū ad annullandū contractum mi-
noris *Gram. cons. 128. nu. 3. in Ciu.*
Calcan. cons. 33. num. 25. Crauett.
cons. 264. nu. 4. vol. 2. cons. 142. &
cons. 192. nu. 8. lib. 1. Curt. Iun. cons.
53. nu. 9. & 10. cons. 191. num. 6.
& cons. 141. num. 5. Osasc. dec. 42.
nu. 2. vbi de magis communi Serafin.
etiam de magis commu. priuileg. 83.
nu. 98. Gail. Obser. 77. num. 12. seq.
lib. 2. Amat. decis. 62. nu. 18. Cagnol.
in l. 2. nu. 81. C. de resc. vend. Afin.
dicto cap. 330. nu. 1. & 8. vers. præ-
terea quod Mant. de Iur. p. 4. eff. 1.
quæst. 1. vers. & quamuis Anchar.
cons. 82. col. fin. & cons. 335. & in c.
canonum statuta in 11. qu. princ. Socc.
Iun. cons. 50. num. 5. Capoll. cons. 19.
nu. 13. in Ciuil. Ripol. de Empt. Cap.
11. num. 321. Gargiar. Patroc. 2. num.
11. Cutel. Orat. 5. nu. 32. 46. & 47.
Velanz. cons. 148. nu. 67.
221 Et licet æquiparentur, attamē
æquiparatio non fit in omnibus.
cum

cum pro dolo ex proposito in cõtractibus stricti iuris detur actio de dolo & pro dolo re ipsa datur solum exceptio doli *l. si quis cum alter & quod ibi notant. DD. ff. de verb. Oblig. Afflit. dicto cap. 130. num. 8. vers. contrarium vero.*

222 Et vbi adest enormissima læsio dolus semper præsumitur ex proposito *Bald. cons. 280. vol. 1. Corn. cons. 26 vol. 4. vers. quãdo itaque vol. 3. Socc. sen. cons. 264. col. 3. vers. ad præmissa & rursus col. 6. vers. 2. respondeo vol. 2. Alba cons. 80. nu. 10. Serafin. priu. 83. nu. 104. vbi allegat tex. in l. omnes § Lucius quæ in fraud. Credit. Alb. cons. 597. num. 9. lib. 3 Gargia 9. patron. nu. 21. & Pastor. 2 num. 12. Cutell. Orat. 5. num.*

223 *21. & num. 9.* dicit quod stante dolo non requiritur absolutio a iuramento *Molfes. cons. 4. num. 43. Marin. loco citato num. 13. sed vide Gratian. cap. 516. num. 21.* vbi quod requiritur absolutio a iuramento non obstante statuto annullante iuramentum tam quam dolosum & metu extortũ.

224 Et data magna læsione quæ potest intelligi etiam infra dimidium, vel in ipsa dimidia, minor potest restitui etiam si fuerit iuratum in contractu, & isto casu non habet locum *Auth. Sacramenta puberum C. si adu. vend. Gozad. cons. 44. nu. 5. Serafin pri. 83. n. 99. in fine Alex. consil. 125. nu. 3. & 10. lib. 1. Alb. cons. 597. lib. 3. Marin Resolut. quotid. lib. 2 cap 136.*

225 Quomodo vero probetur dolus verus & dolus præsumptus vide *Riminald. Jun. cons. 43. nu. 44 & cons. 184. nu. 1. & seq. Menoch. de Recup. poss. remed. 15. n. 13. Bertazol. cons. 374. Boctac super. Const. March. Gl. 8. num. 282. & nu. 285. vbi etiam in quibus differant.*

226 Et quando dicatur verus & quando præsumptus *Alex. Trentac. var. Resol. lib. 1. titul. de Dol. Resol. 1. Surd. dec. 216 Becc. cons. 106. nu. 14. Lun. in addit. ad cons. 7. in addit. ad nu. 69.*

227 Aut dolus interuenit ex parte ipsius minoris tantum & dumtaxat & tunc minor ita iurans in tantum sibi præiudicat ita vt ei denegetur beneficium restitutionis in integrum *Lambert. dicta Gl. 8. num. 73. Ruin. cons. 194. num. 7. vol. 1. Serafin. priu. 83. nu. 3. vers. sed si minor Paul. de Castr. cons. 53. num. 3. lib. 2. Anchar. cons. 126. Rot. Auen. decis. 78. num. 3. 4. & 6. Ioan. Andr. ad Specul. in titul. de fem. § vt autem nu. 5. vers. procedendum Barbos. in dicta l. si is qui nu. 3. C. si minor. se maior. dix. & in l. si alterius C. eod. Mauf. de cauf. exec. limit. 17. nu. 20. 21. Surd. de aliment. tit. 7. quæst. 37. nu. 39.* sicut in simili dicit de socero & marito qui fuerũt in dolo quod nõ gaudent beneficio ne conueniantur vltra quam facere possint *Castagn. deduct. ne eg. Falent. 2.*

228 Supradicta intelligas vt sibi præiudicet quantum respicit fauorem

uorem ipsius contrahentis, con-
tra quem dolum commisit, non
autem quantum ad tertium qui
cum ipso minore contraxit, con-
tra quem dolum non commisit
Specul. in titul. de rest. in integr. §. quis autem col. 5. vers. sed nunquid hoc Sacramentum & in vers. sequenti
229 dicit idem esse quo ad ipsum cō-
trahentem, contra quem dolus
commissus est, vt huiusmodi as-
sertio iuramento firmata ipsi mi-
nori non noceat, quantum ad a-
lium contractum, in quo dolus
non interuenit, quod etiam vo-
luit *Gl. fin. in fin. in l. de ætate ff. de minor.* Alberic. *in dicta l. 3. col. 1. vers. quæritur etiam si minor. C. si min. se ma. dix.* Lambert. *dicta* Gl. 8. *nu.* 75.

230 Aut dolus interuenit ex parte
vtriusque, & tunc non nocet mi-
nori iuranti *Bald in dicta l. 3. circa finem Lambert. dicta Gl. 8. num.* 75. *vers. & idem etiam.*

231 Aut nullus dolus interuenit,
& isto casu iterum distinguendū
est aut iuramentum fuit verbo-
tenus præstitum, & tunc repræ-
sentat minorem maiorem tantū,
& non validat contractum *Serafin priu* 83. *nu.* 3. *vers. si* Ego *Curt. Iun. cons.* 119. *nu.* 5. *Paul. de Castr. cons.* 52. *col.* 3. *vol.* 2. *Afflict. decis.* 393. *Afin. de Exequut. §. 9. Cap* 133 *vers. septimo limitatur* vbi alios al-
232 legat & tali casu non potest pro-
bare minorem ætatem per testes
dicta l. 3. circa medium vers. si tamen & ibi DD. *Specul. in titul. de Rest. in integr. §. si quis autem col 4. vers. ita denegatur restitutio & ibi* Ioa. *Andr. in addit. verbo breuiter* Imol. *in c. cum contingat nu.* 87. *vers. & intelligo etiā*
233 *de Iur. Iuran.* vbi dicit dictam l. 3.
procedere etiam de iure canoni-
cō attento quod eo iure non re-
peritur cōtrarium decisum *Lambert. dicta Gl. 8. nu* 86. *& vide supra vers. aut asserit cum iuramento.*

234 Potest tamen probare minorē
ætatem per instrumenta vt habe-
tur in dicta *l. 3 eodem vers. si tamen Anchar. cons.* 226. *col.* 1. *vers. & præmisso & col. seq. vers. præterea etiam si statutum Lambert. dict. nu.* 76. *ver. quod tamen Serafin. dicto nu.* 3. *vers. si ego* Rot. *Auen. decis.* 78. *nu.* 2. *Barbos. in l. si alterius nu.* 8. *C. si min se maior. dix. vide supra vers. aut min. asserit cum iuramento. & vers. sed* Boccac.

Contrariam opinionem quod
imo isto casu possit minor ætas
per testes probari dicit esse com-
munem opinionem *Macer. var. Resol. lib.* 2. *Resolut.* 3. *nu.* 4. *ex Benintend. decis.* 47. *num.* 4.

235 Aut minor corporaliter ad
Sācta Dei Euangelia se esse maio-
rem iurat & tunc sic iurans nul-
lo modo potest contrauenire ta-
li iuramento quia tunc non so-
lum representat illum tanquam
maiorem, verum etiam validat
contractum alias inualidum ra-
tione minoris ætatis, & facit vt
non possit probare contrarium
illius, qui ita corporaliter iura-
uit

uit dicta *l. 3. in fine & ibi Glos. in verbo per testium post medium vers. secundo casu vbi Bart. in fine Bald. circa medium vers. vltimo nota Alberic.* Angel Salic. *& alij C si min. se ma. dix. Lambert. loco citato nu.* 80. Serafin *dicto nu. 3. vers. sed si minor. & vers. & quod in tali Anchar. cons.* 226. Paul *de Castr cons.* 53. *col. 1. in fin. vol* 2. *Socc sen. cons. 64. nu. 28. lib. 1. affflict decis.* 393. *Grat. cons. 46. in princ. lib. 2.* Cagnol *in l. si quis maior. nu.* 42. *C de Trāsact. Rot. Auen. dicto nu.* 2 Paris. *cons.* 97. *nu.* 83. *lib. 1. Socc.* Iun. *cons. 3. nu. 32. lib. 2. Mancin de Iuram. p. 4. effect. 1. quaest. 6. num. 4. Asin. de Exequut. §. 9. Cap. 133. nu. 1.* Tusc. *verbo minor Concl.* 243. Cyriac. *Contr.* 387. *num. 34. & 35.*

236 . Nec probare potest minorem ætatem per testes nec per publicum instrumentum *l. qui habebat ff. de man test. Serafin. dicto prin* 83.

237. *vers. sed si minor* imo tentans hoc probare veniret puniendus ex tali mendacio *Serafin. supra num. 3. vers. quinimo ex Roman. cons. 12. Barbos. dicto nu. 8.*

238 Sed *Giurb. Obs. 92. a nu 6.* inquit quod licet stante dicto iuramento videatur dicendum nullum sibi superesse remedium restitutionis & nullitatis, ex tex. in *l. si alterius C si min. se ma.* dix. Ibi *nullum sibi superesse remedium* verius

239 tamen est minorem non esse exclusum a beneficio nullitatis, quæ prouenit ex defectu solemnitatis a statuto requisitæ quod pluribus rationibus probat a nu. 8, idem dicit *Barbos in dicta l. si alterius nu. 9. & num. 10. Buratt. decis.* 410. *nu.* 9. *& Annot. ad eum litt.* A *num. 13.* dicit procedere etiam si in contractu ad esset dupplex iuramentum assertorium scilicet & promissorium.

240 Sed de consuetudine hodie nō seruatur tactus euangeliorum vel aliarum scripturarum sed sufficit tactus cuiuscunq; libri vel scripturæ, vt notat *Simoncell de Decret. lib. 3. titul. 8. num* 188. *Balth. Thomas. tract. 9. de* Tut. *& Curat. tit. 19 num.* 904.

241 Quid si minor non iurauit specialiter se esse maiorem, sed tantum in principio instrumenti se maiorē simpliciter affirmauit, vt q. dixit notarius talis ætatis tot annorū vt dixit & deinde in fine instrumenti iurauit omnia & singula esse vera, An tunc possit deducere & probare minorem ætatem & per consequens annullare instrumentum? & dico quod nō, ita in terminis concludit *Lambert. dicta Gl. 8. num 83. & seq Angel. cons.* 160. *col. 2. vers. tunc. restat Anchar. cons.* 226. *col. 1. vers. sed præsupposita Socc. sen. cons.* 48. *num. 9 lib. 4. Balzar. in c. 1. §. item Sacramenta nu. 19. vers. quid si iurauit de pac. Iur. fir. in vs. feud.*

242 Ratio est q. illa Clausula omnia & singula esse vera refertur tam ad ea, quæ principaliter dicta

fuut,

sunt, quam ad ea quæ enunciatiue
reperiuntur posita in instrumen-
to *Lambert. supra num. 83. Gl. in c.
vt circa post principium in verbo om-
nia & singul. de elect. in 6.* ad quod
conferunt dicta per *Paris cons. 97.
nu. 89. 90. & 91. lib. 1. & per Caualc.
dec. 9. nu. 28. lib 1. & dec. 22. num.
32. & 33. lib. 3.* vbi dicit quod
243 hoc iuramentum refertur ad om-
nia principaliter vel incidenter
seu accessorie vel quomodocun-
que in ipso instrumento fuerint
narrata allegat *Bart. & communi-
ter DD. in l. serui omnes §. si a filio
ff. de legat. 1. & Alex. cons. 17 col. 1 lib.
3. bene Barbos. Claus. 96. num. 7.
Ricc. de Iur. patron. Resolut. 190.
Intrigl cons. 6 nu. 23. & 24.*

244 Conclusionem supra positam
quod contractus celebratus a mi-
nore sine curatoris authoritate sit
nullus. Amplia primo etiam si sit
cum eius authoritate celebratus
si cõtractus sit in damnum ipsius
minoris *Bart. in l cum lex in fin. ff. de
fideiuss. Depont. cons. 1. nu. 95. tom.
1.*

245 Amplia 2. vt etiam minor nõ
possit testari sine curatoris au-
thoritate quia lex vel statutum
loquens de contractu habet lo-
cũ etiam in testamento *c. 1. de pro-
hib. feud. al. per Lothar. Afflict. de-
cis. 260. num. 9. Granut. Theor. 25
num. 17. Abruz. in §. nunc admonen-
di num. 156. Inst. quib. alien. lic. vel
non. Nouar. quæst. forens. 156. num.
14. Tasson. de Antefat. vers. 9. Ob-
seru. 3. num. 29.* & argumentum
de contractibus ad vltimas vo-
luntates valet *Barbos. in loc. comm.
loc. 26. num. 3. & seq.* vbi quomo-
do procedat.

246 Contrarium quod adultus si-
ue habeat siue non habeat cura-
torem possit facere solus testa-
mentum est tex. in *l. Aurelio §.
Caius & ibi Bart. ff. de liber. legat.
Genuens. pract. Eccl. quæst. 335. sub
num. 2. vbi per supradictum §. in-
quit quod adultus in vltima volunta-
te censetur maior. Gl. in l. 1. §. fuit
quæsitum ff. ad Trebell. vbi Bartol.
& in l. cum pater §. curatoris de le-
gat. 2. Menoch. cons. 344. num. 10.
& 11. Bottil de Succ. ab intest. tit.
de Renunc. Succ. Theor. 12. cap. 2.
num. 12. Surd cons. 77. num. 30.*
247 *31. & 32.* vbi & si minor non
possit alienare, tamen potest te-
248 stari & quod prohibita alienatio-
ne non est prohibita institutio,
249 & quod minor non potest impu-
gnare testamentum per restitu-
tionem in integrum quod proce-
dere dicit siue habens curatorem
illud faciat sine eo; ex quo testa-
mentum & vltima voluntas po-
test reuocari *Narb de ætat. ad omn.
hum. act. requis. ann. 14. qu 45. nu. 4.*
250 vbi quod sine licentia sui cura-
toris testari poterit etiam con-
tradicente curatore *& num. 5. &
6.* an contradicente curatore
possit in testamento iubere quod
res immobiles vendantur, & di-
251 cto *anno 14. quæst. 50. num. 2.*

& Ann. 25. quaest. 20. n. 2. Gomez in l. 3. Thauri num. 5. Balthas. Thomas. tract. 8. de Tut. & Curat. tit. 19. nu. 3563. & 3592. vbi quod adultus
sine curatore potest liberationẽ
acquirere, fidei commissum resti-
tuere, testari, nouum opus nũcia-
re, iuramentum seruare, & alia vt
per eum *Hermosill. ad Lop. Gl. 7. l. 4. nu. 37. Molin. de primog. lib. 2. cap. 9.*
252 dicit minorem quatuordecim an-
nis si sit masculus, & duodecim
annorum si sit fæmina, posse insti-
tuere maioratũ ex testamento vel
vltima voluntate, etiã absque cu-
ratoris authoritate, secus ex con-
tractu quia requiritur authoritas
tutoris vel curatoris *Cyriac. Contr. 405. n. 11. & 12.* vbi quod adulti
253 excedentes decimum quartũ an-
num possunt testari & in quacũ-
que alia vltima voluntate dispo-
nere de bonis suis quibuscunque
etiam stabilibus, & quæ seruando
seruari possunt etiam si haberent
curatorem, quia possunt sine eo
testari, *& nu. 13. & seq.* dicit quod
254 si testamentum sit factum imbe-
cillitate ætatis vt ab adulto vel
imbecillitate consilij vt à mulie-
re vetula valet & non potest a ne-
mine rescindi, imo inquit quod
255 si non constaret testantem esse
legitimæ ætatis ad testandum,
nihilominus præsumeretur talis,
& qui opponeret de illegitima
ætate testatoris tenetur probare,
256 quia qui impugnat actum respe-
ctu personæ minoris debet pro-
bare minorem ætatem, quia qui-
257 libet præsumitur habilis ad te-
standum & testabilis nisi probe-
tur contrarium *Bald. & Salic. in l. si frater C. qui testa. fac. poss. & l. ex 4. C. de Cond. ob caus. Montan. de Tutel. cap. 37. regul. 2. num. 13.* vbi am-
258 pliat etiam inuito & contradi-
cente curatore *Barbos. in l. si curatorem habens sub num. 4. & seq. C. de in integr. rest. min.* vbi dicit quod
259 contra testamentum adulti non
potest peti in integr. restitutio
Marc. Angel. Leon. de præpar. Iudic. p. 2. præpar. 11. a num. 67. Virgil. de legit. pers. omnino videndus cap. 2. nu. 28. & sub num. 32. dicit quod ipse
260 non approbat *Afflict. dicta decis.* 260. qui tenuit quod appellatio-
ne contractus veniat testamentũ
pro vt etiam dicit *Paul. Duran. de cond. & mod. imposs. p. 4. cap. 2. sub num. 5. vers. ex quibus.* ex quo con-
tractus appellatione proprie non
venit testamentum ex *Apostill. ad Gl. in verbo contractus leg. testamentum C. de Testam. allegat l. verba ff.*
261 *de verb signific.* vbi verba contra-
xerunt ad ius testandi non refe-
262 runtur, licet bene teneat impro-
prie *Bald. in l. 1. C. de l. suf. Can. toll. l. testamentum C. de Testam.* neque di-
263 cit venire Codicillum ex *Iason. in dicta l. testamentũ n. 2 C. eodẽ* Ranch.
Concl. 290. p. p. sed Virgil. supradi-
264 cta habuit *a Molignat. de appellat. Verb. Vtr. Iur. Signific. Verbo cõtractus num. 230.* eo non citato *Hadiern. Contr. For. lib. 1. cap. 14. nu. 16 & 17.*

vbi

265 vbi etiam disputat si possit cura-
torem hæredem instituere, & in
testamento contractus irreuoca-
biles facere. *Mat. Consuet. 49. num.*
266 *23. & seq.* qui dicit rationem esse
quia adultus quantum ad testan-
dum non habet curatorem quia
267 curator datur bonis, item quia
institutio, & vltima voluntas nō
debet ab alieno arbitrio pendere
l. illa institutio, & l. captatorias ff.
de hæred Inst. & num. 25. & 26. in-
268 quit quod aduersus testamentum
non competit adulto restitutio
in integrum quia si vult potest
illud reuocare, & cum habeat
remedium ordinarium, non de-
bet ad extraordinarium recurre-
re, sed si fuit dolo inductus vt a-
269 lium institueret hæredem succur-
reretur hæredibus venientibus
ab intestato per actionem de do-
lo vel actione in factum ad inte-
resse, idem dicunt *Narb. de æt.*
ad omn. hum. act. requis. Ann. 14.
quæst. 46. num. 19. & etiam Paul.
Duran. de Cond. & mod. imposs. 4.
p. cap. 2. num. 5. Virgil. de legit. person.
adult. cap. 2. num. 29 quo ad primū
dictū *Paul Rub. Resol. practic. Cap.*
19. nu. 678. 679. & nu. 680. subdit
270 quod quantū adhoc dies cæptus
habetur completo cum in fauora
bili materia nō sit nouum assere-
re quod dies cęptus habeatur pro
completo, quidquid sit in odiosis
sed vide quæ scripsi *de effectib. min.*
æt. circa indic. in prælud. sub num. 49.
271 Ampliatur tertio in barone
minore decem & octo annorum
qui licet vt scripsi *de effectib minor.*
ætat. circa indic. in prælud. num. 125.
272 sit maior in decimo quarto anno,
273 tamen procedit in fauorabilibus
secus in odiosis & quo ad actus
sibi præiudiciales vt scripsi *dicto*
prælud. num. 126. & proinde capi-
274 tulum Imper Caroli 78. compre-
hendere Barones notat *Abruz. in*
dicto §. nunc admonendi num. 14.
Inst. quib. alien. lic. Mastrill. dec. 13.
num. 26. Giurb. Obser. 86. num. 10.
275 *Marian. Iulian. cons. 15 num. 51. In-*
ter. consil. sicul. licet *Lun. in addit. ad*
dictum num. 51 num. 1 contrarium di-
cat ex Ferdinard. Boniorn. super. dicto
cap Carol. 78. qui mouetur aucto-
ritate Isern. in constitutione mi-
norum iura *nu. 6.* vbi dicit quod
baro in omnibus habetur pro ma
iore quantum adhoc vt nō indi-
geat defensore, & cura alterius
subdit deinde Boniorn. si ergo in
indiuiduo de quo loquitur capi-
tulum est specialiter statutum in
barone minore ergo lex genera-
lis non cōpræhendit hunc casū
l. 3. &c. scripsi de effect. minor. æt. cir-
ca indic. eff. 10. n. 51. Ramon. cons. 10.
sub n. 1. Eugen. cons. 63. n. 16. to. 2. idē
dicit Narb. de æt. ad omn. hum. act re-
quis. Ann. 14. quæst. 8. sub nu. 7. vnde
circa hoc est cogitandum propter aucto-
ritatem Isern. & Bonior.
276 Ampliatur 4. etiā si minor se obli-
get fauore alterius minoris *Cancer.*
de min. 25. ann. n. 189. Ludouis. decis.
16. n. 6. Cenc. de Cens. qu. 15. nu. 8.

277 quia licet ambo sint æque priuilegiati, tamen præfertur qui de damno euitando certat *Cancer. vbi supra. Castell. dec. 21. nu. 28. Rot. post Cent. de Cens. decis. 308. Girond. de priuil. sub num. 280. in fine. Buratt. decis. 480. nu. 11. & Annot. ad eum num. 24. Molfes. super. Cons. Neap. p. 4. de Succ. a 6. intest. quæst. 65. nu. 29. Mut. Consuet. 12. num. 5. Peres de Lar. in comp. vit. hom. cap. 71. nu. 18. & 19. Allegat. 26. num. 87. post decis. Thom. anell. Soler. Fula. Consti. in l. 1. nu. 126. C. de vs. fisc. lib. 10. Nouar. in prax. Elect. & Var. for. sect. 4. qu. 62. num. 24. licet contrarium dicant Barb. de Assist. Gl. 5. num. 98. Penna decis. 1049. nu. 3. & vide effect. 2. sub num. 80. & effect. 3. nu. 144.*

b Facit quod in terminis notat *Gand. de Tutor. nu. 169.* quod mi-
278 nor potest agere contra alium minorem emptorem ad reuocandum rem alienatam sine debitis solemnitatibus notat *Odd. de Rest. in integr. p. p. quæst. 18. Art. 4. & seq. Cancer. loco citato Abruz.* lo-
279 quens in terminis *Cap. Imp. Caroli 78. num. 18. Tusc. Verbo Minor Concl. 214. num. 14.*
280 Idem dicendum si se obliget fauore vniuersitatis vel fauore mulieris vt notat *Abruz. vbi supra num. 19. & 80.*
281 Amplia quinto in clerico qui si se obliget sine curatoris authoritate contractus non valebit. *Abruz. loquens in terminis dicti Cap. 78. in dicto §. nunc admonendi num. 23. quem sequitur Groff. in dicto §. 33. Comis. Castr. num. 46.*
282 Contrarium firmat *Cancer. cap. 1. de minor. 25. ann. num. 124.* Sed vide quæ scripsi *de effect. min. et. circa iudic. effect. 13. a num. 129. cum plur. seq. ad quę me remitto.*
283 Amplia sexto etiam si se obliget pro excarcerãdo patre *Abruz. vbi supra nu. 36.* loquens in ter-
284 minis dicti Cap. 78. & rationem dicit esse quia præter causam legitimam se obligandi requiritur solemnitas statuti *ex Afflict. Put. Cent. & Rot. post Cent. de Cens. decis. 18. nu. 17.* quæ in terminis loquitur. vide infra effect. 3.
285 Amplia septimo etiam si procurator minoris se obliget *Abruz. loco supra citato nu. 43.* vbi quomodo procedat? *Groff. in dicto §. 33. nu. 21. Ampliat. 1. Cancer. dicto Cap.*
286 *1. de minor. nu. 80.* vbi plures assignat rationes Primã quia ipse minor censetur contrahere argumẽto tex *in l. apud Julianum §. contractum ff. quib. ex cauf. in poss. eat.* Facit quod notant *Bartol. in dicta l. apud Iulianum §. fin. Campeg. de dot. p. 5. quæst. 108. Joan. Lup. in Rub. de Donat. inter vir. & vxor. §. 68. nu. 17.*
287 Secunda ratio est quia ille qui non potest facere actum per se, nec poterit per alium vt in *regul. potest quis per alium de regul. Jur. in 6.*
288 Tertia quia licet agat administrator seu procurator alicuius in

in effectu dominus agere videtur dicto § contractum notat Angel. post Din. in § actio autem in fine Inst. de action. alias ampliationes vide apud Cancer. Abruz. & Groß in locis supra citatis ne ex scriptis scripta faciam.

289 Fallit modo conclusio quod contractus factus a minore sine curatoris authoritate non valet, quando contractus esset vtilis ipsi minori, vt quia ex eo fieret locupletior quia tunc valebit licet se obligauerit absque curatoris authoritate Gl. in l. 2. ff. de acceptil. l. pupilli ff. de neg gest. l pupillus ff. de aut. tut. l 2. C. de Neg. gest. Mut. consuet. 31. num. 15. Depont cons. 1. num. 85. & 93. tom. 1. Tusch. Verbo Minor Concl. 264. Peres de Lar. in compend. vit. hom. cap. 28 nu. 25. Virgil. de legit. pers. pupill. cap. 1 n. 25. 26.

290 & quando dicatur factus locupletior? vide Carroc. cas. 27. Cenc. de Cens. quaest. 15. sub num. 16. vers.
291 huiusmodi & onus probandi minorem esse effectum locupletiorem ad eum spectat, qui cum illo contraxit Cenc. vbi supra vers. onus vero Muta consuet. 51. n. 36. & seq. vide infra effect. 2. vers. fallit quinto & effect. 3. limit. 9 n. 29 95 244

292 Vel quando se obligasset in rem suam, idest ad propriam vtilitatem & commodum fideiubẽdo pro suo procuratore Specul. in titul. de defens. §. iuxta vers. sed pone si de fideiussor. Roman. Fulgos. & Castr. in l. de die §. 1 ff. qui Satisd. cog. Carroc. de excuss. Bon. p. 2 quaest. 21. sub nu. 34. vide infra effect. 20. Fall. 1.

293 Vel pro se liberando a captiuitate hostium Giur. dec. 14. num. 61.

294 Et ratio supradictorum est quia facit quod quilibet maior faceret vt notat Carroc. supra.

295 Et ideo huic minori non competit restitutio vt post specul. Ang. Iacob. de Sancto Georg. Cuman. Bellamer. Rauenn. & Sforz. aduertit Carroc. loco citato nu. 35. vbi dicit
296 consideranda esse duo Primum quod in dicta l. de die §. 1. ponitur quod ille esset minor, non autem verbum aliquod quod curatorem haberet; vnde tanquam quid facti probari debet, secundum
297 est quod non videtur bona consequentia, fideiussit in rem suam m, ergo non restituitur; valebit inquit consequentia quod ex fideiussione in rem suam obligetur a principio efficaciter non autem quin detecta læsione postea non restituatur & num. 36. Carroc. limitat dispositionem l de die §. 1. vt
298 nô procedat stante statuto quod minor vel mulier non possit contrahere sine consensu proximiorum, nam hoc casu nec in rem suam contrahere potest non seruata forma statuti ex Tiraq. & Lambert. ab eo citatis sed cõtrarium infra.

299 Procedit etiam si sit pupillus quia potest contrahere & se obligare si ex tali contractu sibi prouenit commodum & vtilitas l. si Pupillus in principio ff. de neg. gest. l.

pupillus

pupillus §. 1. ff. de auth. tut. l. 3. ff de Vsuc. pro empt. Tiraq. de ll. connub. Gl. 8. num. 66. vbi multos alios allegat. *Conuers. in §. 1. Inst. de Auth. tut. a num. 31. & 28.*

300 Pupillus namque vbi agitur de sui fauore in contrahendo habet legitimam personam *Bald. in l. contra iuris vers. 2. noto ff. de pact. Depont. dicto cons. 1. num. 95. vers. hinc Bald. Virgil. dicto num. 6.* & pro

301 maiore habetur scripsi *supra vers. Aut maior infans*.

302 Supradicta limitatio procedit etiam si extaret statutum annullans contractum minoris celebratum absque certa solemnitate pro vt est Cap. Imp. Caroli 78. quia si contractus est vtilis ipsi minori etiam non seruata solemnitate ab ipso statuto requisita est validus *Mut. dicta Consuet. 31. num. 15. Virgil. dicto cap. 1. num. 26. Abruz. in §. nunc admonendi num. 61. Inst. quib. alie. lic. Cancer. cap. 1. de minor. 23. ann. num. 101. & 106. Bocc. super Const. March. Gl. 8. num. 19. Groß. super dicto §. 33. Comit. Castr. num. 56. Aret. & Imol in dicta l. 2. ff. de acceptil. Depont. dicto cons. 1. num. 86. 87. & 88. Bald. in l. neque C. de Contrah. & committ. Stip. Roman. & Paul. de Castr. in l. mutuo §. 1. ff. de acq. hered. Socc. in l. in conditionibus ff. de Cond. & demonstr.*

303 *&* Roman. loquitur in statuto prohibente mulierem contrahere sine certa solemnitate, & dicit idẽ esse quod in minore *Tiraq. de ll. Conn. Gl. 8. num. 56. cum multis seq.* vbi postquam adduxit varia argumenta pro opinione contraria

304 tandem *num. 65. & seq.* residet cũ opinione quod valeat contractus & ad confirmationem suæ opinionis adducit multa media, & nonnullos DD. in *num. 61. Grat. cons. 46. lib. 1. Seraff. priu. 83 num. 50. scripsi in Omissi. post tract. de eff. sect. min. at. circa iudic. vers. & quid si obtinuit sententiam in sui fauorem* quidquid in contrariũ dicat *Carroc. de Excuss. bon. p. 2. quæst. 21. num. 36. & vide infra effect. 3. nu. 209. limit. 9.*

305 Intellige si constat euidenter de vtilitate & commodo minoris quia in dubio deficiente solemnitate contractus non præsumitur vtilis *Virgil. dicto num. 26. & Boccac. loco citato num. 51.*

306 Secundo intelligit *Boccac.* quãdo tempore contractus vel litis nihil fuit oppositum, sed si fuit oppositum quod mulier vel minor non potest contrahere vel agere sine solemnitate tunc actus non valet, sed hæc intelligentia mihi non placet quia destruit limitationem.

307 Fallit. 2. quando minor se obligasset causa dotis, in qua minor potest se obligare sine curatoris authoritate, & decreto *l. 1.*

308 *C. si adu. dot.* & generalis dispositio non comprehendit causam dotis *Menoch. consil. 242. num. 1. & sub num. 14. Grimell. dicta decis. 10. num.*

num. 65. & 66. *Carpan. super statu. mediol.* Cap 278. *sub num.* 180. *Al-rograd. cons.* 95. *num.* 78.

309 Contrarium dicit *Surd. cons.* 191. *num.* 22. vbi etiam quod pro soluendo dotali debito bona minoris non possunt vendi vel obligari sine debitis solemnitatibus, licet inquat quod maritus recipiẽdo dotem quamuis minor possit obligare omnia bona, & vide infra *effect.* 23. & 8.

310 Fallit 3. in stipulationibus quia minor potest stipulari absque tutoris authoritate *l.* 1. *C. de Auth. prast. l. neque* C. *de contrah. & commit. Stip.* §. *pupil lus* Inst. *de inut. stipul* §. 1. *Inst. de Auth. tut.* Apont. *dicto cons.* 1. *num.* 89. *Virgil. de legit. pers. pupill.* Cap. 1. *sub num.* 25. *Conuers. Inst. de Aut. tut. num.* 3.

311 Non tamen procedit in contractibus, in quibus mutuæ stipulationes nascuntur nam qui cum his contrahunt obligantur ad inuicem, pupilli non obligantur dicto §. 1. *Inst. de aut. tut. Virgil. sub dicto num.* 25. *Depont. dict. cons.* 1. *num.* 93. *Conuersan. supra num.* 8. *scripsi supra. vers.* & *licet.*

312 Fallit 4. quando ipse minor est adultus & curatore caret quia potest contrahere & ex stipulatione obligari *l. puberes ff. de verb. oblig. l. si curatorem habens in fine C. de in integr. rest.* Laur. de Rin. *cons.* 51 *num.* 1. *Roman. cons.* 118. *num.* 4. Connan. *de pact.* Cap. 13. *nu.* 35. *scripsi supra vers. aut adultus curatorem non habet. Vela. Differt.* 5. *nu.* 23.

313 Fallit quinto si contraheret alieno nomine vt procuratorio *Roman.* & Alex. *in l. quoties de in ius voc.* Angel. *in l. quamuis de acqui hared.* Grat. *cons.* 46. *circa finem lib.* 1. *Serafin. priuil.* 85. *nu.* 17. *Paris. cons.* 98. *num.* 35. & *cons.* 99. *nu.* 35. *lib.* 1 *Ruin cons.* 53. *num.* 16. *lib.* 2. *Bertaz. Clauf.* 7. *Glos.* 19. *num.* 13. *Abruz. in* §. *nunc admonendi nu.* 72. Inst. *quib. ali. lic. vel non* vbi alios allegat, & adducit rationem Narb. *de at. ad om. hum. act. requis. Ann.* 14. *quast.* 8. *num.* 10. Bocc. *super Const.* Marth. Gl 8 *nu.* 47. *Scripsi eff.* 3.

314 Fallit sexto quando adesset cõsuetudo vel statutum permittens minorem posse contrahendo se obligare absque authoritate sui tutoris *Petr. Rauen. in tract. de consuet. num.* 189. *Piagg. in eodem tract. de consuet. quast.* 11. *nu.* 392. *Conuers. Inst. de Aut. tut. num.* 29. Et ratio

315 est quia consuetudo & statutum potest eos ligare quando de eis meminit expresse *Scripsi infra eff.* 3 & *de eff. min. ata. circa iudic. Macerat. var. Resol. lib.* 3. *Resol.* 40. *a nu.*

trahere l. si quis post. & l. qui a latro-
nibus ff. de testam post Bald. & alios
Anend. de Met lib. 2. cap. 46. nu. 35.
& seq.

522 Solummodo illi contractus ab
eis facti sunt nulli, quando esset
carcerati vt tales contractus face-
rent vt est casus in dicta l. qui in car-
cerem ibi qui in carcerem quem detru-
sit, vt aliquid ei extorqueret quicquid
ob hanc causam factum est, nullius mo-
523 menti est. qui textus procedit in
odium carcerantis qui contractũ
a carcerato in eius fauorem ex-
torsit, ita dixerunt Gotofred. &
comm. DD. in dicta l. qui in carcerem
Gutter. de Iuram. confirm cap. 17. nu.
21. Auend. dicto cap. 46. nu. 26. &
seq. & nu. 29. Olea de Cession. tit. 3.
qu. 1. num. 7 & 8. Duran. Dec. 273.
524 nu. 5. & nu 7. dicit quod fideius-
soria obligatio facta pro carcera-
to ad fauorem illius qui iniuste
fecit carcerare est nulla & nu 10.
inquit quod obligatio patris vel
525 matris etiam cum iuramento pro
liberando filio iniuste carcerato
non tenet ad fauorem illius qui
filium iniuste carcerari fecit &
nu. 13. & 14. dicit Duran. quod
526 licet regulariter valeat contra-
ctus ab iniuste carcerato factus
cũ tertio, qui eum in carcerem nõ
detrusit, nec fuit detrudentis
particeps tamen si ille tertius nõ
contrahit cum carcerato ad pro-
prium commodum principaliter
& ex proprio motu sed ex instan-
tia aut ad commodum illius qui
carceratum iniuste detinet non
valet & ideo contractus factus a
527 carcerato pro aliqua causa vel de-
licto est validus si contrahit pro

alia diuersa causa etiam cum ipso incarcerante, ita declarando *tex, in dicta l. qui in carcerem* dixerunt *Innoc. in c. cum locum, num 2. de spons.* quem *sequitur Abb. ibidem nu. 9. & in c. Dominus nu 3. de secund. Nupt.* vbi in terminis matrimonij loquendo dicit si eo casu matrimo-
528 nium factū in carcere tenet quod requirit maiorem libertatem, fortius tenebunt alij contractus in carcere gesti *Innoc. sequūtur ibidem Host. lo Andr. Præpos. & alij per Gutier. de Jur. confirm. dicto cap 57. nu 4. Sanc. de Matr. lib. 4. disp. 12. num. 6. Afflic. dec. 246. num. 4. Cefal. consl. 654. num. 50. tom. 5. Bald. cons. 350. nu. 1. & 2. tom. 3*; ibi Item dico *quod licet quis esset in carcere vel in alia constrictione si carcer non esset adhibitus ad hoc vt testetur sed ob aliam*
529 *causam valet testamentum*; nam locus non est modus infringendi testamenta, sed metus & compulsio *Mantic. de coniect. vlt. vol tit. 7. lib 2. num. 2.* alios citat *Mongol. de Met. cap. 2. §. 6. nu. 11. Hermosill. ad Lap. Gl. 1. l. 56 tit. 5 p. 5. vers. idem si contrahat cum detrudente tom. 2. fol. mihi 273. nu 112.*
530 Supradicta procedunt etiam si iniuste, & indebitè fuerit carceratus; adhuc enim contractus ab eo factus cum eodem incarcerante ab aliam causam quam fuisset carceratus valet & tenet *Præposit. in dicto c. cum locum nu. 12. Gutter. dicto cap. 57. num. 5. post alios Sanc. vbi supra lib. 4. disp. 12. num. 11. vers.*

& confirmatur amplius & num. 13. vers. quod quidem verè est Tancred, de Matr. disp. 12. nu. 4. & seq. ta. l. post Jacob. de Arct. in l qui neque §. 1. ff. de verb. signif. Idem dixit *Bald. in quæst. de Schismate super. Rub. C. si quis aliq test. prohib n. 26 in fine Alex. cons. 127. num. 2 tom. 5. bene Christophorus de Castellion. cons. 13. nu. 28.*
531 *& 29.* Vnde multo magis erunt validi contractus quando iuste processit carceratio *Bartol. et. cōm. DD. in dicta l. qui in carcerem Farinac post alios de Carcer & Carcerat. quæst. 35. nu. 29. vers. si vero carceratio est iusta & in Fragm. Crim. p. 2. verbo metus. nu. 21. Sanc. de Matri. lib. 4. disp. 8. nu. 9. Nouar. qq. for. 138 nu 12. lib 1. Cancer. p. 3. Var. resol. cap. 1. de act & obligat. nu. 39. Ranch. ad*
532 *Guid. Pap. decis. 353.* vbi ita Seruari testatur *Gratian. cap 479. nu. 30. tom. 3.* & in Senatu Neapol. decisum testatur *Staiban. Resol. 75.*
533 *nu. 2. 3. 4. & seq.* Alios cumulat *Auend. de Met. dicto cap. 46. nu. 29. Rot. Roman. in recollectis per Merlin. de pignor. decis. 321. nu. 4 & dec. 108*
534 *nu. 5.* vbi quod hæc est conclusio receptissima, & passim in Rota amplexa *& nu. 7.* post alios fir-
535 mat pro iustitia dictæ carcerationis esse præsumendum vsque quo apertissime ex aduerso opponātur uiolentæ probationes *per tex. in l. non est verisimile 23. ff. de eo*
536 *quod met caus.* Ibi *Sed huiusmodi præsumptioni debet apertissimas probationes violentiæ opponere.*

De-

Quis vero fuerit carceris inuẽtor, vnde dicatur carcer, & an carcerati conferuent nomen, & arma? videndus est omnino doctissimus Laurentius Mariconda in suo subtilissimo, & nunquam satis laudato propugnaculo veritatis *p.p.nu.197.& seq.& p.3. num. 3.4. & 5.* & præter allegatos ab eo vide *Bonadill.in politic.lib.3.cap. 15.num.1.* quem citat & sequitur *Nouar. to. 2. de gran. vassall, grau. 171.num.4.5. & 6.*

Quotuplex vero sit carcer vide *Depont de pot. Proreg.Titul.1. §. 5.num.20.*

Et scias quod fabrica Domus carceris ad Rẽpublicam pertinet Custodia vero carceratorum ad Regem *Auend de exeq. mand. Reg. p.p.cap 20.sub nu. vers. tamen.*

537 Decimo limita quando metu cõtrahens & iurans fuisset a principio protestatus de tali metu *Crot.cons.53.nu.15.lib.1. Ruin.cons. 122. num. 24.& 27.in fine vol.4. Bald in l fin.vers.quinto potest sperni ff.qui satisd.cog.* *Plot.in l si quando §.3.num 18. C.vnde vi Couar. in Epit. de Sponsal. p.2.cap.3.§. 5. nu. 3. Natt.cons.451.nu.24.Surd. dicto cons. 27.num. 20. Serafin. priu. 110. nu. 12.*

538 Sed aduertendum est quod ista protestatio debet palam fieri ad hoc vt annullet dictum iuramẽtum ipso iure, & non sit opus eius absolutione *Cran.cons.120.n. 3. Serafin.dicto nu.17.*

539 Quod intellige quando ista protestatio potuit palam fieri, alias iuuat etiam protestatio clandestina *Dec.in l.in omnibus causis ff. de regul.Iur. Felin in c si vero num. 8. de Iur.Iurand.Serafin. dicto num. 17. Natt.cons 418.num 22.* ad materiam vide *Graff. exc. 11.a num. 71. Abruz in §.accidit aliquando sub nu. 40, Cancer.c. 1, de minor, sub nu. 35. & 36.*

540 Vndecimo fallit quando iuramentum esset interpositum per dolum & metum, quia tunc esset ipso iure nullum & ita iurans posset contrauenire nulla petita absolutione *Iason in Auth. Sacramenta puberum nu.30. C.si adu. vendit. Menoch cons. 1. num. 102. lib.1. Alb.cons.77.nu.17.lib. 1. Hond.cons. 9.num.32.lib. 1.*

541 Duodecimo limitatur quando iuramentum interponeretur in contractibus, in quibus metus eos irritat ipso iure *Anchar. cons. 275. col.1. Felin.in c si vero num. 8. de Iur. Iur.*

542 Decimo tertio fallit in coactione præcisa, & non conditionali *DD.in c.verũ de despõs.Impub.Felin. in dicto c. si vero in vltimis verbis Gram.cons.100.num.17.in Ciuil.Serafin.priu. 110.num.18.*

543 Quæ vero dicatur coactio precisa seu absoluta? ponunt *DD. & præcipue Butr.num, 12.in c sacris de his quæ vi met. caus.fiunt.*

544 Decimo quarto fallit in iurisdictione proroganda, in qua si in-

interuenit iuramentum metu ex-
tortum est nullum ipso iure *l. 2.*
ff de Iudic. Graff. dec. aur. p. 9. lib. 2.
cap. 17. nu. 14.
545 Decimo quinto fallit in voto
Graff. vbi supra penes quem alias
limitationes.
546 Et redeũdo vnde digressi fu-
mus limitatur octauo principalis
limitatio, quando iuramentum
fuisset interpositum ex falsa cau-
sa, quia tunc iuramentum non
obligat iurantem *Paris cons. 96.*
num. 74. lib. 1. Gabr. in titul. de minor.
concl. 5 nu. 40. Serafin. priu. 83. nu.
71. Andriol Contr. 136. nu. 11. & nu.
547 12. idem dicit si causa expressa
partim sit vera & partim falsa *Boe.*
super. Const. March Gl. 2. nu 50. Me-
noch. cons. 91. nu. 43. Afin de exequut.
548 *§. 9. Cap 322. nu. 7.* Et ratio potest
esse quia iuramentum æquipara-
tur sententiæ *l. sed si possessori § fin.*
ff. de Iur. Iurand. Afin. dicto § 9. Cap.
360. num. 4. l. doctori C. de reb. cred.
Dambod in Enchir. par. vel simil. ver-
549 *bo sententia* & sententia lata ex fal-
sa causa est nulla *l. fere egressæ & l.*
tutor si petitus de tut. & Cur. dat. ab
his l. Thais ancilla § sub ventum de fi-
deic. lib. l. 1. § hæc verba ne ius fiat
et, Abb in c. inter cæteras col. 4 in prin.
& in c. sit nobis num. 4. de sent. & re
Iudic. Ioan. de Amic. cons. 26. num. 13.
Corn. cons. 132. col. fin. in fine vol.
2. & cons. 185. col. pen. in princ.
vol. 4. Gozzad. cons. 2. nu. 24. Serafi.
priu. 83. nu. 72. Simoncell. de decret.
lib. 3. titul. 8. nu. 181.

550 Sicut contractus ex falsa causa
non obligat, quia falsa causa vi-
tiat contractum *Sp. Testa alleg. 13.*
nu 44. 45. 46.
551 Fallit nono quãdo non iurauit
ipse minor, sed eius tutor quia
554 iuramentum tutoris non nocet
pupillo etiam proximo puberta-
ti, ita vt non possit petere resti-
tutionem in integrum si reperia-
tur læsus *Alex cons. 21. num. 14. &*
15. vol 5. Corn cons. 178 in fine vol.
3 Gl. in l. tutor in princ ff. de Iur. Iu-
rand. Serafin. priu. 83. nu. 78. Cagnol.
in l. 2 nu. 108. de resc. vendit. Bon. de
virt Iuram cas. 43 in fine Afin. dicto
§. 9. Cap. 135. vers. 5. limitatur Mãc.
de Iur. p. 4. effect. 3. nu 6.
555 Decimo fallit quando prius
iurauit generaliter non impugna-
re contractum a se deinde facien-
dum, quia ex tali iuramento con-
tractus postea factus non valida-
tur *Paul de Castr in l. si quis mihi bo-*
na nu. 2 ff. de acq. hered. Afin. dicto §.
9. Cap. 354. num. 1. Alberic. in Auth.
Sacramenta puberum Afflict. in c. 1.
§. item Sacramenta in 3 not nu. 3. de
pac. Iur firm. vide Balth. Thom. trac.
9. de tut. tit. 19. nu. 922. & seq.
556 Quid e contra scilicet si primo
faciat cõtractum & postea iuret?
non valet contractus *Ian. de Cit-*
real. Cap. 1. nu. 50. vers nono facit vbi
557 si testis primo deponat & postea
iuret nõ valet eius dictum *Afflic.*
in dicto § item Sacramenta in 3. not.
nu. 4. vbi loquitur in puncto, &
558 dicit quod credit quod hæc opi-
nio

nio non procedat Secundum Canonistas, & vide *eundem in 5. not. nu. 1. & 2. & vide quæ scripsi supra num. & Thomas supra nu. 924.*

559 Vndecimo fallit, quando minor non iurauit, sed tantum dixit quod vult vt scriptura priuata habeat vim instrumenti iurati, quia per iuramentum relatiuum nō retinet vim instrumenti iurati *Abb. & Butr. in c. ab examinato n. 23. de præscript. Cott. in mem. verbo dictum iuramentum Socc. cons. 99. nu. 3. vol. 3 in l. gallus §. credendum vbi etiam Iason. col. 3. ff. de lib. & posth. Tiraq. de ll. connub. Gl. 7. nu 120. Io. de Plat. in l. fin. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 11. Couarr. in c. quamuis in princ. primæ partis nu. 6. Asin. dicto §. 9. Cap. 130 vers. quia limitatur.*

560 Fallit duodecimo quando iuramentum fuit interpositum dolo aduersarij, quia tale iuramentum non roborat contractum, ex quo est nullius momenti *Salic. in l. si alterius nu. 3. C. si min. se maior. dix. Asin. dicto §. 9. Cap. 130. vers. sexto limitatur. DD. in Auth. Sacramenta puberum & in c. cum contingat & in c. 2. de pact. in 6. Gabr. cons. 13. n. 5. lib. 1. Canalc. dec. 9. nu. 3. p. p. Afflict. in dicta §. item Sacramenta puberum nu. 5. Manc. de Iur. effect. 1. quæst. 1. n.*
561 *1. & nu. 2.* Ampliat siue dolus re ipsa, siue ex proposito interueniat scripsi supra nu.

562 Fallit decimo tertio quando iuramentum esset præstitum calore iracundiæ *Roman. Singul. 508. per tex. in l. 1.* di, proficit tamen *per tex. in c. sicut* di & vide infra *rand. vbi Ioa. ... ndo* debeat peti *in 1. Ampliat. nu. 1. Lun. in addit. de regul. Iur. c. si quis in addit. ad l. 3. ff. de diuort. l. si filia* peti ante *sulto calore C. de inoff. testa.* in ante *ntij C. de Iur. Iura. l. famosi* que *breuum linguæ ff. ad l. Iul. Maiesta quicumque §. diuortio de penit. d.* is *Andr. Butr. & Pan. in dicto c. si Abb. in c. si verum num. 7. eodem titulo Felin. in dicto. c. sicut num. 3. Ioann. de Filu. in tract. de Iur. Iurand. in 3. p. nu. 26. Tiraq. de pæn. caus. 1. nu. 26. post hos & alios Asin. de Exequ. §. 9. Cap. 323 per tot. vbi multa Bal. Thomas tr. 9. de tut. tit. 19. a nu. 845 Batard. ad Clar in §. homicidium nu. 20. & quæst. 60. nu. 36. quæst. Iur. diuers. folio mihi 330. num. 21.* Et ac-
563 tus facti calore iracundiæ an & quando valeant & quid fauore Ecclesiæ scripsi remissiue *in ratiocinationibus post trac. de effectib. Iuramt. nu. 204. & 205.*

564 Fallit decimo quarto quando per ipsum minorem fuisset obtenta absolutio a iuramento, quia tunc posset dicere de nullitate ipsius contractus, & obtinere restitutionem in integrū *Alex. cons. 17. nu. 3. vol. 3. Balzar. post alios in c. 1. §. item Sacramenta num. 19. de pace*
565 *Iur. firm.* vbi dicit quod est necessaria hæc absolutio, tam si minor contradicat agendo, quam excipiendo, quia contrauenire quis
566 dicitur contractui tam insistendo

quam

statutum respiciens fauorem minorum ne scilicet circumueniantur aut decipiantur contrahendo sine curatore aut iudice in consequentiam non principaliter respicit fauorem publicum, quia
481 publice interest ne quis re sua male vtatur idem dicit *num.* 57 *in fine* idem tenet etiã *Gabr. pereir. a Castr dec.* 28. *num.* 5. *circa finem &* *Marescott. var. resol lib.* 2. *cap.* 84. *nu.* 10. dicit quod quamuis statutum annullet iuramentum interpositum in aliquo contractu sine certis solemnitatibus, tamen est necessaria absolutio a iuramento nisi constet euidenter quod sit locus statuto vel nullitas & iniustitia contractus sit detecta antequam alius agere incipiat, secus si non sit detecta quia tunc is, qui iurauit non potest propria auctoritate iuramentum contemnere, sed debet obtinere prius absolutionẽ & ita sunt intelligendi omnes supradicti DD. dicentes absolutionem non requiri quando scilicet ex facie ipsius met contractus apparet solemnitates statuti non interuenisse. videndus omnino circa supradicta *Boccac. super Const. March. Gl.* 6. *a num.* 117.

Et licet etiam ipse *Serafin. dicto num.* 79. *vers. contra ista* adducat varia iura & argumenta, quæ videntur impugnare supradictam conclusionem, & *Manc. supra a nu.* 25. contrarium firmet, nihilominus ab ea nullo modo est recedendũ,
482 ex quo sunt infiniti propè DD. qui tenuerunt valere tale statutũ vltra nominatos, & ipse *Serafin. ibidem & num. seq.* adducit argumenta pro magis communi quam nos tenemus.

Et retenta dicta prima opinione, quæ re vera communior est,
483 eam limitabis vt procedat solum quando simpliciter est iuratum super contractu, secus si vltra iuramentum confirmatorium minor tactis scripturis iurasset se esse maiorem, ex quo tunc nullo modo probare potest minorem ætatem *l. si alterius. C. si min. se maior. dix.* & per consequens non
484 posset se lætari statuto *Serafin. priu.* 83. *num.* 81. vbi dicit ita omnes tenere, & præcipue *Paul. de Castr. cons.* 53. *vol.* 2. *Abb. cons.* 72. *num.* 2. *lib.* 1. vide quæ scripsi supra.

485 Imo si statutum faceret mentionem de iuramento assertorio illud etiam annullando, non cõpræhenderet iuramentum præstitum tactis scripturis *Serafin. dicto num.* 81. *vers. quinimo Grat. cons.* 46. *lib.* 1.

486 Secundo limitabis præcedentem limitationem quando minor confiteretur contractum cum eo factum esse verum, & legitime factum sine vllo vitio vel fraude; tunc enim cõtractus firmatur iuramento, & sic isto casu non obstante prædicto statuto procedit principalis limitatio, hoc est vt contractus factus per minorem medio

medio iuramento sit validus & quia ipsi actori obstaret dispositio statuti, id eo debet recurrere ad denunciationem Euangelicam, vt per eam compellatur ad obseruationem contractus, quia aliter faciendo ipse minor moraretur in peccato *Abb in c. cum contingat de Iur Iurand. Bolognett. in l. omnes populi nu. 97. ff de Iust. & Iur. Serafin priu. 83. num. 82. Manc. de Juram. p. 4. effect. 1. quaest. 4. nu. 15.*

487 Sed haec sublimitatio non procedit stante *capit. R. & Imp. Carol. 78* ibi che de cetero tali contracti facti cum minuri etiam cũ iuramento sine authoritate curatoris vel iudicis siano ipso iure nulli & presumanosi esiri stati facti cum dolo & fraudi non obstanti che lo minuri in lo contractu iuralsi lu contrariu.

488 Et licet aliqui dixerint quod statutum posit tollere obligationem, quae acquiritur parti ex cõtractu iurato, nihilominus non potest tollere obligationem prouenientem ex contractu, quę acquiritur Deo *Paul. de Castr. in l. non dubium C. de ll & cons. 305. vol. 2. Gozzad. cons. 16. nu. 16. Couar. in c. quamuis pactum in 2. p. nu. 8. de pact. in 6.*

489 Nihilominus cõtrariũ tenuerũt *Bald. in l. omnes populi ff. de Iust. & Jur. Abb. in c. cum contingat de Iur. Iurand. Bolognett. in dicta l. omnes populi nu. 97. vers. aut minor allegat Serafin. priu. 83. nu. 83. & 84. in fine.*

490 Limitatur septimo principalis fallentia quando minor minis vel metu & non libere iurasset quia tunc tale iuramentum non est obligatorium saltim quantum ad effectum vt ex eo exigatur quia minor ita iurans non obligatur iuramento vel saltim debet facillimè concedi relaxatio *Bald. in c. 1. § item Sacramenta in vlt. col. post Gl. ibi de pac. Iur. firm. Paul. de Castr. in Auth. Sacramenta puberum vbi Iason nu. 32. & 60. C. si adu. vendit. Afflict. decis. 393. num. 10. Gramat. dec. 103. nu. 60. & seq. Serafin. priu. 83. num. 75. Grass. de except. exc. 11. nu. 63. Afflict. in dicto § item Sacramenta num. 5. & 6. de pac Iur. firm. bene Buratt. dec. 75. nu 16. Balsbass. Thomas. tr 9. de Tut. tit. 19 a nu 819.*

491 Et licet aliqui tenuerint quod tale iuramentum sit nullum ipso iure, pro vt *Gl. in c. 1. § item Sacramenta verbo querimonia de pac. Jur. firm. Serafin priu. 119. num. 4. & 5. DD. in Auth. Sacramenta puberum C. si adu. vend. vbi Iacob nu. 8. & Aretin. nu. 6. Grat. cons. 71. nu. 11. Medic. Exam. 17. nu. 58. Gram. cons. 91. nu. 4. Afin. de Exeq. § 9. cap. 328. nu. 1. & seq. Brun. a sol. quaest. 22. num. 51. Afflict. dec. 263. num. 2. Ruin. cons. 98. nu. 25. & cons. 170. nu. 18. lib. 6. Rimin ald. Jun. cons. 5. nu. 135. & 136. Menoch. cons. 634. nu. 26. lib. 7. Jas. in dicta Auth. Sacramenta puberum nu. 60. Socc. Jun. cons. 144. nu. 34. lib. 1. Cranett. cons. 111. num. 12. Natt. cons. 451. nu. 27. lib. 2. Menoch. cons.*

1. nu.

1.nu.302. lib. 1. & conf. 426. num.
36. lib. 5. Auend. de Met. lib. 2 cap.
7 num 43. & 69. & num. 71. decla-
rat Sarm. in trac. de reddit. Eccl. cap.
4. num. 6. & 7. Butr. conf. 45. num. 1.
vbi Cabbel. in addit lit. B. Serafin.
priu. 110 num. 8. Felin. in c. peruenit
il. 1. num. 2. de Jur. Iurand. Brun. a fol.
in compend resol prop. Iur. in Verbo iu-
ramentum non dolo in fine vbi alios
allegat, Peregr. conf. 73. num. 41. qui
492 ponit rationem quia de iure exi-
gitur iuramentum ſponte præſti-
tum *c. 2. de pact. in. 6. Abb in c. cum*
contingat num. 3. de Jur. Iurand. vbi
etiam Alciat. num. 9. & 10.

Et poteſt alia aſſignari ratio
quia, vt ſupra ſcripſi, iuramen-
493 tum non poteſt ſupplere plures
defectus, ſcilicet minoris ætatis
& metus *Socc. in l. 1. §. ſi quis ita nu.*
10. ff. de verb. oblig. Ruin. conf. 98.
nu. 7. lib. 1. Socc conf. 48. nu. 18. vol.
1. Bellon. conf 4. nu. 4. Cefal. conf. 409.
nu. 44. Menoch. conf. 29. num. 39. &
40 Riminal Iun. conf. 569. nu. 246.
& in Rub. Inſt quib. alien. lic. vel nõ
num. 440. Surd. dec. 154. num. 12. &
conf. 313. num. 27. Saler conf. 34. §.
4. nu. 30. Medic. Examin. 3. num. 15.
Menoch conf. 29. nu. 40.

494 Et in tantum hoc eſt verum vt
à tali iuramẽto non ſit opus ali-
qua abſolutione *Corn. conf. 1 r. col. 6*
in fin. lib. 3. Serafin. dicto priu. 110. nu.
6. Aret vbi ſupra n. 7. Iaſon in Auth.
Sacramenta puberum nu. 29. C. ſi adu.
vend. Afflit. dec. 322. nu. 6. & deciſ.
393. nu. 11. Menoch. conf. 1. nu. 302. &
conf. 1153. nu. 46. Zabbar. conf. 137.
col. 2. Seuerin. Reſolut. 7. ſub nu. 8. poſt
99. for Nouar. lib. 2.

495 Tamen quod metus non an-
nullet ipſo iure iuramentum in-
terpoſitum in contractu, ſed eſt
obligatorium, & quod ſit opus
abſolutione tenuerunt *Bald. in c.*
verum num. 2. de Iur. Iurand Ruin.
conf. 105. col 2. vol. 1. Alex. conf. 93.
nu. 5. vol. 5. Serafin. priu. 110. nu. 7. &
8. Iacob in dicta Auth. Sacramẽta pu-
berum num. 9 eſt teſt. in c. 1. & in c.
verum de Iur. Iurand. Buratt. deciſ.
75. ſub num. 15. Anan. in c. cum con-
tingat nu. 15. de Iur. Iuran. Gail. lib. 2.
pp. Obſ. 93. num. 4. Capr. Regul.
87. num. 120. Peregrin. conſil. 73.
nu. 39 c. debitores & c. verum de
Iur. Iurand. vbi ſcrib. Io. Monac. Ioa.
Andr. Gemin. Franc. & Natt. in c. quã-
uis pactum de pact. in 6. Abb. in c. cũ
contingat. in 3 not. vbi Scrib. de Iur.
Iurand. Menoch. conf. 917. num. 7. lib.
10. Natt. conf. 450. nu. 27. lib. 2. Fa-
rina. quaeſt. 35. nu. 8. & ſeq. Gail. Obſ.
42. li. 2. to. 4. cõ. op. tit. de Met. cap. 1.
Ricc. t. 1. in prax. abſ. a iur. dec. 340.
verſ. quamuis Aſin. de Exeq. §. 9. Cap.
328. nu. 14. 15. & ſeq. Felin. in c. per-
uenit il. 1. num. 2. de Iur. Iuran. & in c.
Si vero nu. 8. eodem titul. Burſat. conſ.
72. nu. 25. lib. 1. Bernard. Diaz Regu.
384. Graff. com. op. lib. 1. cap. 7. quaeſt.
11. Afflict. deciſ. 322. & 263. vbi Vr-
ſill. & Piſan in addit. Auend. de Met.
lib. 2. cap 7. nu. 42. Graff. ex. 11. nu. 63
496 *& num. 65.* dicit quod iſta opinio
ſeruatur in Regno *Fõtanell. de pact.*

pars

Nupt.Clauf.7.Gl.2.p.7.num.2.vbi
497 *num.4.* quærit quid faciendum si pars egerit absolutione non petitæ? Sicut etiam non rescindit cõ-
498 tractum ipso iure, sed ope exceptionis *Graff de Except.exc.11.num.60. Castil. dec. 63. & in addit.*

499 Non nulli has opiniones inter se discrepantes, ita conciliant Aut iuramentum metu interponitur super contractu à iure reprobato, Aut non, primo casu est nullum ipso iure & non est opus aliqua absolutione, & ita procedit prima opinio, secundo casu procedit secunda opinio, hæc conciliatio colligitur ex dictis per *Ruin. conf. 170. num. 18. vol. 1. Afin. dicto cap. 328. Serafin. dicto priu. 110.nu.7.& priu. 83.nu. 44. Castr.conf.455. Auend. supra nu.44*

500 Vel alio modo possunt conciliari quod prima opinio procedit de iure ciuili, secunda vero de iure Canonico *Capr.regula supradicta nu.123. Innoc.in c. venerabilis de Elect. & in c.ad aures quod met.cauf. Serafin.dicto priu.110. num. 8. Graff.*
501 *exc. 11.num.63.64.* vel prima opinio procedit quando metus est talis quod ei resisti non potest secunda quando iuraret per metum & vim compulsiuam, cui de facili posset obuiari *Abb.conf.77. nu. 17. Serafin.dicto num. 8. Mongol. de Met.cap. 9.num.10. de metu leui* vel vltimo distinguas vt per *Afflict. dec. 263.*

502 Ego non recederem a secunda opinione quæ in foro conscientiæ est verissima & tutissima secundũ *Bald.in c.si vero aliquis nu. 3. de Iur. Iurand. vbi etiam Felin. num.*
503 *8.* & de Iure canonico est indubitata quod ius est seruandum ad dicta per *Graf.comm.opin.quaest. 11.folio mihi 121.Lanar.conf.1. num. 13. Alciat in c.cum contingat nu. 226. de Iur.Iurand.Iacob. in Auth. Sacramenta puberum C si adu.vẽdit. Surd. conf. 2.num.30. Auend. de Metu loco citato nu.71.*

504 Qua retenta limita primo in minore vt supra.

505 Limita secundo vt non proce dat in contractu dotis metu promissæ quia iuramẽtum super eo interpositum est nullum ipso iure *l. si quis mulier §. si dos ff. de his quæ vi metus.ca.si.l.pen vbi DD. ff. quod met. cauf. Bald.nouell. de dote p. 16. priuileg 39. Carbo. in practic. lib. 1. c. 2.nu.33. Goffred in sum.tit. de his quæ vi met.ca si. Serafin priu.110. nu.10. Graff dec. aur. p.p.lib. 2.cap.17. nu.14.*

506 Tertio limita quando iuramẽtum per metum interponitur per iudicem, tutorem, vel similem præstantem suam authoritatem vel decretum, quia tunc est nullum ipso iure *l. 2. in fin. ff. aut.tut. Goffred in sum.tit.de his quæ vi met.ca si.*

507 Quarto limita in contractibus innominatis, in quibus est locus pænitentiæ *l.si pecuniam ff.de cond.*
508 *cauf.dat.Sarment.de reddit.Eccl.cap.*

M 4.nu.

4. *nu.* 8. vbi adducit optimam ra-
tionem, quia si pænitentia super-
ueniens annullat huiusmodi con-
tractus, quanto magis pæniten-
tia & non voluntas præcedens,
& non est dubium quod isto casu
509 iuramentum, licet dignius tam-
quam accessorium sequatur na-
turam contractus super quo in-
terponitur *Auend. de Met. lib. 2.*
cap. 19. *sub num.* 78. *Manc. de Iuram,*
p. 4 *effect.* 7. *&* 8.

510 Quinto limita quando iuramē-
tum metu interponeretur super
contractu a iure improbato, vt
est contractus vsurarius vel alie-
nationis rei Ecclesiæ quia tunc e-
tiam esset nullum ipso iure & nō
esset opus aliqua absolutione
Abb. in c. cum contingat. col. 1. de Iur.
Iuran. Felin. in c. 2. & in c. si vero. n. 8.
de Iur. iur. c. 1. 1 *seq.* 6. *Goffred. in sum.*
tit. de his quæ vi met. caus. fiūt Graff.
in decis. aur. p. p. lib. 2. *cap.* 17. *nu.* 14.

511 Sexto limita quando iuramen-
tum interponeretur super māda-
to, vt quia principalis metu con-
stituisset procuratorem *Host. in c.*
Abbas. n. 18. *de his quæ vi met. caus.*
fi. vbi DD. maximo Pan. Sarm. in tract.
de reddit. Eccl. cap. 4. *num.* 8. *l.* 2. *ff. de*
Iudic. Surd. cons. 37. *nu.* 20. *lib.* 1.

512 Septimo limitatur si iuramentū
interponatur super matrimonio
metu contracto *c.* 1. *c. cum locum &*
c. veniens il. 2. *de desp. impub. l. si pater*
ff. de rit. nup. Gaill. pp. obs. lib. 2. *obs.*
93. *nu.* 6. vbi allegat concordan-
tes, *c. vbi non est.* 30. *qu.* 2. *Goffred.*
in sum. tit. de his quæ vi met. caus. fi.
num. 5. *c. significauit de eo qui dux. in*
mat. Couar. in. Epit. de Spons. p. 2. *cap.* 3
§. 5. *in princ. Surd. cons.* 37. *nu.* 20. *et*
28. *Felin. in c. si vero nu.* 8. *de Iur. Iu-*
rand. Graff. decis. aur. p. p. lib. 2. *cap.* 17
nu. 14. Graff. *exc.* 11. *sub n.* 60. *Auēd.*
de met. lib. 2. *cap.* 19. *a num.* 76. vbi
post Sanc. & alios pluribus ratio-
nibus probat.

513 Octauo limita vt non procedat
quo ad Deum quando iurans tē-
pore iuramenti non intendit se
obligare *Io. Andr. Card. Abb. &* Fe-
lin. nu. 8. *in c. si vero. de Iur. Iurand.*
Bero. cons. 22. *nu.* 42. *vol.* 2. *Serafin.*
514 *priu.* 110. *n.* 16. vnde contraueniēs
tali iuramento non peccat mor-
taliter, pro vt peccaret si contra-
ueniret iuramēto voluntariè præ-
stito est tex. expressus *in c. verum*
de Iur. Iura. Felin. dicto nu. 8. *Serafin.*
515 *dicto nu.* 16. Et isto casu statur di-
cto illius qui iurauit *c. significasti.*
il. 1. *de homic. Felin. loco citato* & ra-
516 tio potest assignari, quia cum hoc
consistat in animo & conscientia
illius, qui ita affirmat, declaratur
per propriam simplicē, & puram
eius assertionē absq; aliquo iura-
mento *Gl. in. §. sed ista in vers. alia*
Inst. de action. vbi etiam Aretin. in 10
Roman. cons. 398. *nu.* 5. *vbi Mandos.*
in addit. lit. E. Alciat. de præsumpt. re-
gul. 3. *præs.* 16. *n.* 1. *Viu. decis.* 443. *nu.*
14. *& in com. op. opin.* 112. *nu.* 4. *Surd.*
cons. 307. *nu.* 3. *Menoch. de Arb. Casu*
186. *nu.* 5. *Hond. cons.* 55. *num.* 62. *&*
cons. 96. *num.* 17. *lib.* 1. *Iason. cons.* 84.
nu. 18.

nu 18. *lib.* 1. *Marsil.in Rub. de pro-*
bat.nu. 122. *Gallia cons* 36. *num.* 33.
517 Quæ ratio limitatur quoties-
cunque contra eum, qui vult iu-
rare excaret aliqua iuris præsum-
ptio; quia tunc non statur eius
dicto etiã in ijs quæ consistunt in
animo *Bartol.in l inter omnes §.recte*
ff de furt. Alex *cons.* 71.*n.* 2.*uol.*1. *In-*
noc.in c.eos qui.de tempor.ordin.Surd.
cons 135.*nũ.*8 *lib.*1.*&* *dec* 153. *num.*
5. *Menoch dicto cons.*186.*nu.*6.*Felin.*
*in c.*4. *de homic.* Marsil. *cons.* 7. *nu.*
7.*&* *cons.*9.*nu.* 36.

518 Nono limita in contractu qui
fuit celebratus in carcere metu
carcerum *l qui in carcerem ff quod*
met.caus. *Abb in c.*2.*num.* 19. *quod.*
met.caus. *Roland.cons.* 1 *num.* 41. *&*
seq.vol 1.*Natt cons* 451.*nu.* 15.*lib.*
2.*Socc.Iun cons.* 77.*n.*38 *lib.*1.*Surd.*
cons 37.*num.*20.*&* 23. *Card.cons.*
137.

549 Contrarium quod isto casu re-
quiratur absolutio a iuramento
*Farin.de Carcer.&Carcera quæst.*35.
*nu.*12.*Balthaß.* *Thomas.tr.*3.*tit.* 19.
de tut.& *Cur nu.*2412. *Marc.An-*
gel. Leon.de præp. Iud.præpar. 12.*nu.*
520 26.*ubi nu.*27. inquit quod iura-
mentum dicitur metu extortum
si fuerit interpositum super actu
meticuloso.

521 Et aduerte quod carcerati de
iure non prohibẽtur valide con-
trahere *l.si quis post.& l.qui a latro-*
nibus ff. de testam post Bald. & alios
*Auend.de Met lib.*2.*cap.*46.*nu.* 35.
& *seq.*

522 Solummodo illi contractus ab
eis facti sunt nulli, quando esse-
carcerati vt tales contractus face-
rent vt est casus *in dicta l.qui.in car-*
cerem ibi *qui in carcerem quem detru-*
sit, vt aliquid ei extorqueret quicquid
ob hanc causam factum est nullius mo-
523 *menti est.* qui textus procedit in
odium carcerantis qui contractũ
a carcerato in eius fauorem ex-
torsit, ita dixerunt *Gotofred.&*
comm. DD. in dicta l. qui in carcerem
Gutter. de Iuram.confirm cap. 17. *nu.*
21. *Auend.dicto cap.* 45.*nu.* 26. *&*
seq. & nu 29. *Olea de Cession. tit.*3.
*qu.*1.*num.*7 *&* 8, *Duran. Dec.*273.
524 *nu.*5. *& nu.*7. dicit quod fideius-
soria obligatio facta pro carcera-
to ad fauorem illius qui iniuste
fecit carcerare est nulla & nu 10.
inquit quod obligatio patris vel
525 matris etiam cum iuramento pro
liberando filio iniuste carcerati
non tenet ad fauorem illius qui
filium iniuste carcerari fecit &
nu. 13. & 14. dicit Duran. quod
526 licet regulariter valeat contra-
ctus ab iniuste carcerato factus
cũ tertio, q eum in carcerem nõ
detrusit, nec fuit detrudentis
particeps tamen si ille tertius nõ
contrahit cum carcerato ad pro-
prium commodum principaliter
& ex proprio motu sed ex instan-
tia aut ad commodum illius qui
carceratum iniuste detinet non
valet & ideo contractus factus a
527 carcerato pro aliqua causa vel de-
licto est validus si contrahit pro

alia diuersa causa etiam cum ipso incarcerante, ita declarando tex. *in dicta l. qui in carcerem* dixerunt *Innoc. in c. cum locum num. 2. de spons. quem sequitur Abb. ibidem nu. 9. & in c. Dominus nu. 3. de secund. Nupt.* vbi in terminis matrimonij loquendo dicit si eo casu matrimo-
528 nium factũ in carcere tenet quod requirit maiorem libertatem, fortius tenebunt alij contractus in carcere gesti *Innoc. sequũtur ibidem Host. Io. Andr. Praepos. & alij per Gutier. de Jur. confirm. dicto cap. 57. nu. 4. Sanc. de Matr. lib. 4. disp. 12. num. 6. Afflic. dec. 246. num. 4. Cefal. cons. 654. num. 50. tom. 5. Bald. cons. 350. nu. 1. & 2. tom. 3.* ibi item dico *quod licet quis esset in carcere vel in alia constrictione si carcer non esset adhibitus ad hoc vt testetur sed ob aliam*
529 *causam valet testamentum*; nam locus non est modus infringendi testamenta, sed metus & compulsio *Mantic. de coniect. vlt. vol tit. 7. lib. 2. num. 2.* alios citat *Mongol. de Met. cap. 2. §. 6. nu. 11. Hermosill. ad Lop. Gl. 1. l. 56. tit. 5 p. 5. vers. idem si contrahat cum detrudente tom. 2. fol. mihi 273. nu 112.*

530 Supradicta procedunt etiam si iniuste, & indebitè fuerit carceratus; adhuc enim contractus ab eo factus cum eodem incarcerante ab aliam causam quam fuisset carceratus valet & tenet *Praeposit. in dicto c. cum locum nu. 12. Gutter. dicto cap. 57. num. 5. post alios Sanc. vbi supra lib. 4. disp. 12. num. 11. vers. & confirmatur amplius & num. 13. vers. quod quidem verius est Tancred. de Matr. disp. 10. nu. 4. & seq. tal. post Jacob. de Arct. in l qui neque §. 1. ff. de verb. signif.* Idem dixit *Bald. in quaest. de Schysmate super. Rub. C. si quis aliq test. prohib. n. 26 in fine Alex. cons. 127. num. 2 tom. 5. bene Christophorus de Castellion. cons. 13. nu. 28.*
531 *& 29.* Vnde multo magis erunt validi contractus quando iuste processit carceratio *Bartol. et cõm. DD. in dicta l. qui in carcerem Farinac post alios de Carcer & Carcerat. quaest. 35. nu. 29. vers. si vero carceratio est iusta & in Fragm. Crim. p. 2. verbo metus. nu. 21. Sanc. de Matri. lib. 4. disp. 8. nu. 9. Nouar. qq. for. 138 nu. 12. lib. 1. Cancer. p. 3. Var. resol. cap. 1. de act. & obligat. nu. 89. Ranch. ad*
532 *Guid. Pap. decis. 253.* vbi ita Seruari testatur *Gratian. cap 479. nu. 30. tom. 3.* & in Senatu Neapol. decisum testatur *Staiban. Resol. 75.*
533 *nu. 2. 3. 4. & seq.* Alios cumulat *Auend. de Met. dicto cap. 46. nu. 29. Rot. Roman. in recollectis per Merlin. de pignor. decis. 821. nu. 4. & dec. 108*
534 *nu. 5.* vbi quod haec est conclusio receptissima, & passim in Rota amplexa *& nu. 7.* post alios fir-
535 mat pro iustitia dictae carcerationis esse praesumendum vsque quo apertissime ex aduerso opponãtur uiolentae probationes *per tex. in l. non est verisimile 23. ff. de eo*
536 *quod met caus.* Ibi *Sed huiusmodi praesumptioni debet apertissimas probationes violentiae opponere.*

De-

Quis vero fuerit carceris inuẽtor, vnde dicatur carcer, & an carcerati conseruent nomen, & arma? videndus est omnino doctissimus Laurentius Mariconda in suo subtilissimo, & nunquam satis laudato propugnaculo veritatis *p.p.nu.197.& seq.& p.3. num. 3.4.& 5.* & præter allegatos ab eo vide *Bonadill.in politic.lib.3.cap. 15.num.1.* quem citat & sequitur *Couar. to. 2. de grau. vassall, grau. 171.num.4.5.& 6.*

Quotuplex vero sit carcer vide *Depont de pot. Proreg. Titul.1. §. 5.num.20.*

Et scias quod fabrica Domus carceris ad Rẽpublicam pertinet Custodia vero carceratorum ad Regem *Auend de exeq. mand. Reg. p.p.cap 20.sub nu. verf. tamen.*

537 Decimo limita quando metu cõtrahens & iurans fuisset a principio protestatus de tali metu *Crot.cons.53.nu.15 lib.1. Ruin.cons. 122. num. 24.& 27.in fine vol.4. Bald in l.fin.vers.quinto potest sperni ff.qui satisd.cog. Plot.in l si quando §.3.num 18. C. vnde vi Couar. in Epit. de Sponsal. p.2.cap.3.§. 5. nu. 5. Natt.cons.451.nu.24.Surd. dicto cons. 27.num. 20. Serafin. priu. 110. nu. 12.*

538 Sed aduertendum est quod ista protestatio debet palam fieri ad hoc vt annullet dictum iuramẽtum ipso iure, & non sit opus eius absolutione *Cran.cons.120.n. 3. Serafin.dicto nu.17.*

539 Quod intellige quando ista protestatio potuit palam fieri, alias iuuat etiam protestatio clandestina *Dec.in l.in omnibus causis ff. de regul.Iur. Felin in c si vero num. 8. de Iur. Iurand. Serafin. dicto num.17. Natt. cons 418.num 12. ad materiam vide Graff. exc. u.a num. 71. Abruz in § accidit aliquando sub nu. 40, Cancer.c. 1, de minor, sub nu. 35. & 36.*

540 Vndecimo fallit quando iuramentum esset interpositum per dolum & metum, quia tunc esset ipso iure nullum & ita iurans posset contrauenire nulla petita absolutione *Iason in Auth. Sacramenta puberum nu.30. C. si adu. vendit. Menoch.cons. 1. num. 302. lib.1. Alb.cons.77.nu.17.lib. 1. Hond.cons. 9.num.32.lib.1.*

541 Duodecimo limitatur quando iuramentum interponeretur in contractibus, in quibus metus eos irritat ipso iure *Anchar. cons. 275. col.1. Felin.in c si vero num. 8. de Iur. Iur.*

542 Decimo tertio fallit in coactione præcisa, & non conditionali *DD.in c.verũ de despõs.Impub. Felin. in dicto c. si vero in vltimis verbis Cram.cons.100.num.17. in Ciuil. Serafin.priu. 110, num.18.*

543 Quæ vero dicatur coactio præcisa seu absoluta? ponunt *DD. & præcipue Butr. num. 12. in c sacris de his quæ vi met. caus. fiunt.*

544 Decimo quarto fallit in iurisdictione proroganda, in qua si in-

interuenit iuramentum metu extortum est nullum ipso iure *l. 2. ff de Iudic. Graff. dec. aur. p. p. lib. 2. cap. 17. nu 14.*

545 Decimo quinto fallit in voto *Graff. vbi supra* penes quem alias limitationes.

546 Et redeũdo vnde digressi sumus limitatur octauo principalis limitatio, quando iuramentum fuisset interpositum ex falsa causa, quia tunc iuramentum non obligat iurantem *Paris cons. 96. num. 74. lib. 1. Gabr. in titul. de minor. concl. 5 nu. 40. Serafin. priu. 83. nu. 71. Andriol. Contr. 136. nu. 11. & nu.*
547 *12.* idem dicit si causa expressa partim sit vera & partim falsa *Boe. super Const. March Gl. 2. nu 50. Menoch. cons. 91. nu. 43. Asin de exequut.*
548 *§. 5. Cap 322. nu. 7.* Et ratio potest esse quia iuramentum æquiparatur sententiæ *l. sed si possessori § fin. ff. de Jur Iurand. Asin. dicto § 9. Cap. 360. num. 4. l. doctori C. de reb. cred. Dambod in Enchir. par. vel simil. ver-*
549 *bo sententia* & sententia lata ex falsa causa est nulla *l. seia egressa & l. tutor si petitus de tut. & Cur. dat. ab his l. Thais ancilla § sub ventum de fideic. lib. l. 1. § hæc verba ne ius fiat. et, Abb in c. inter cæteras col. 4 in prin. & in c. sit nobis num. 4. de sent. & re Iudic. Ioan. de Amic. cons. 26. num. 13. Corn. cons. 132. col. fin. in fine vol. 2. & cons. 285. col. pen. in princ. vol. 4. Gozzad. cons. 2. nu. 24. Serafi. priu. 83. nu. 72. Simoncell. de decret. lib. 3. titul. 8. nu. 181.*

550 Sicut contractus ex falsa causa non obligat, quia falsa causa vitiat contractum *Sp. Tessas alleg. 13. nu 44. 45. 46.*

551 Fallit nono quãdo non iurauit ipse minor, sed eius tutor quia
554 iuramentum tutoris non nocet pupillo etiam proximo pubertati, ita vt non possit petere restitutionem in integrum si reperiatur læsus *Alex cons. 21. num. 14. & 15. vol. 5. Corn cons. 178 in fine vol. 3 Gl. in l. tutor in princ ff de Iur. Iurand. Serafin. priu. 83. nu 78. Cagnol. in l. 2 nu. 108. de resc. vendit. Bou. de virt Iuram cas. 43 in fine Asin. dicto § 9. Cap. 135. vers. 5. limitatur Mãc. de Iur. p 4. effect. 3. nu 6.*

555 Decimo fallit quando prius iurauit generaliter non impugnare contractum a se deinde faciendum, quia ex tali iuramento contractus postea factus non validatur *Paul de Castr in l. si quis mihi bona nu. 2 ff. de acq. hered. Asin. dicto § 9 Cap 354. num. 1. Alberic. in Auth. Sacramenta puberum Afflict. in c. 1. § item Sacramenta in 3 not nu. 3. de pac. Iur firm. vide Balth. Thom. trac. 9. de tut, tit. 19. nu. 912. & seq.*

556 Quid e contra scilicet si primo faciat cõtractum & postea iuret? non valet contractus *Ian. de Cit. real. Cap. 1. nu. 50. vers nono facit* vbi
557 si testis primo deponat & postea iuret nõ valet eius dictum *Afflic. in dicto § item Sacramenta in 3. not. nu. 4.* vbi loquitur in puncto, &
558 dicit quod credit quod hæc opi-

nio

nio non procedat Secundum Canonistas, & vide *eundem in 5.not. nu. 1. & 2. & vide quæ scripsi supra num. & Thomas supra nu. 924.*

559 Vndecimo fallit, quando minor non iurauit, sed tantum dixit quod vult vt scriptura priuata habeat vim instrumenti iurati, quia per iuramentum relatiuum nõ retinet vim instrumenti iurati *Abb. & Butr. in c. ab examinato n 23. de præscript. Cott. in mem. verbo dictum iuramentum Socc. cons. 99. nu. 3. vol. 3 in l. gallus §. credendum vbi etiam Iason. col. 3. ff. de lib. & posth. Tiraq. de ll. connub. Gl. 7. nu 120. Io. de Plat. in l. fin. C. de vend. reb. Ciuit. lib. 11. Couarr. in c. quamuis in princ. primæ partis nu. 6. Afin. dicto §. 9. Cap. 130 vers. quia limitatur.*

560 Fallit duodecimo quando iuramentum fuit interpositum dolo aduersarij, quia tale iuramentum non roborat contractum, ex quo est nullius momenti *Salic. in l. si alterius nu. 3. C. si min. se maior. dix. Afin. dicto §. 9. Cap. 131. vers. sexto limitatur. DD. in Auth. Sacramenta puberum & in c. cum contingat &*
in c. 2. de pact. in 6. Gabr. cons. 13. n. 5. lib. 1. Canalc. dec. 9. nu. 3. p. p. Afflict. in dicta §. item Sacramenta puberum nu. 5. Manc. de Iur. effect. 1. quæst. 1. n.
561 *1. & nu. 2.* Ampliat siue dolus re ipsa, siue ex proposito interueniat scripsi supra nu.

562 Fallit decimo tertio quando iuramentum esset præstitum calore iracundiæ *Roman. Singul. 508.*
per tex. in l. 1. C. ad l. Iul. Maiest. & per tex. in c. sicut ex literis de Iur. Iurand. vbi Ioa. Andr. Duen. Regul. 292 in 1. Ampliat. nu. 1. l. quicquid calore de regul. Iur. c. si quis iuratus 2. qu. 3. l. 3. ff. de diuort. l. si filia ibi si non consulto calore C. de inoff. testa. l. si non cõuitij C. de Iur. Iura. l. famosi vers. lubricum linguæ ff. ad l. Iul. Maiest. in c. quicumque §. diuortio de penit. d. 1. Ioa. Andr. Butr. & Pan. in dicto c. sicut Abb. in c. si verum num. 7. eodem titulo Felin. in dicto. c. sicut num. 3. Ioan. de Silu. in tract. de Iur. Iurand. in 3. p. nu. 26. Tiraq. de pæn. caus. 1. nu. 26. post hos & alios Afin. de Exequ. §. 9. Cap. 323 per tot. vbi multa Bald. Thomas tr. 9. de tut. tit. 19. a nu. 845 Batard. ad Clar. in §. homicidium nu. 20. & quæst. 60. nu. 36. quæst. Iur. diuers. folio mihi 330. num. 21. Et ac-
563 tus facti calore iracundiæ an & quando valeant & quid fauore Ecclesiæ scripsi remissiue *in ratiemationibus post trac. de effectib. Inimic. nu. 204. & 205.*

564 Fallit decimo quarto quando per ipsum minorem fuisset obtenta absolutio a iuramento, quia tunc posset dicere de nullitate ipsius contractus, & obtinere restitutionem in integrũ *Alex. cons. 87. nu. 3. Vol. 3. Balzar. post alios in c. 1. §. item Sacramenta num. 19. de pace*
565 *Iur. firm.* vbi dicit quod est necessaria hæc absolutio, tam si minor contradicat agendo, quam excipiendo, quia contrauenire quid
566 dicitur contractui tam insistendo

quam

quam resistendo *Balzar. supra Alvarot. in dicto §. item Sacramenta nu. 7. Abruz. in §. nunc admonendi* qui loquitur in terminis *Cap. 78. Imp.*
567 *Caroli* & dicit quod requiritur absolutio, sed vide scripta supra *num. 465. & infra num. 569.*
568 Minor namque debet petere absolutionem a iuramento quando venit contra contractum iuratum sed non Ecclesia *Practicabilia Eccl. quaest. 47. num. 11. & 2. Intrigl. singul. 172. num. 2. lib. 2. Natt. consil. 144. lib. 1. decis. perus. 18 nu. 10. p. p.*
569 Etiam si statutum praesupponat iuramentum minoris dolo & metu extortum & contractum nullum faciat ob nō seruatas solemnitates *Ciarlin Contr. 118. nu. 13.*
570 *& nu. 14.* dicit rationem esse quia iuramentum metu & dolo extortum est obligatorium quia voluntarium secundum quid & obligat ad eius obseruantiam secundum quid, nisi sit de re turpi vel impossibili donec a competente iudice fuerit causa cognita relaxatū; vnde infert *Ciarl. supra sub num. 14.*
571 quod si a statuto annulletur iuramentum & cassetur ob defectum solemnitatum adhuc iurans ligatur iuramento antequam absoluatur,
572 quia iuramentum est res spiritualis circa quam statuentes nihil potuerunt in hoc statuere quin contrauenieus fiat periurus antequam a Iudice Ecclesiastico habilitetur & *num. 16. & seq. Ciarlin.* impugnat *Bart.* distinctionem
573 de statuto loquente in personam & in rem vt primo casu non ligetur iuramento, secundo sic vt videre est per eum. & vide *a nu. 22. cum plur. seq. & scripsi supra a n. 462.* licet contrarium dicat *Bonsor. super dicto cap. Imp. Carol. 78.* vbi ampliat etiam si vltra iuramentum promissorium fuerit interpositū assertorium & etiam si iurauerit se esse maiorem *ex Curt. Sen. consil. 118. & 119. & Cor. consil. 2. lib. 2.*
574 Et aduerte quod absolutio a iuramento non conceditur minori pro modica laesione *Afflict. in consit. obscuritatem num. 32. Alex. consil. 118. nu. 2. in fine vol 7. Balzar. dicto num. 19. Serafin. dicto priu. 81. num. 9. vers. secundo tamen Abb. in c. cum contingat. num. 23. de Iur. Iur. & consil. 71. col. 1. p. p.* Nam absolu-
575 tio non conceditur, nisi subsistēte aliqua iusta causa *c. quāto de Iur. Iurand. Donad. de Renuc. cap. 8. nu. 19. & 28. Triuis. dec. 64. num. 54. lib. 2.* Et si non adest causa dispen-
576 sandi non solum Episcopus, verum etiam neque Papa potest dispensare a Vinculo iuramēti *Bart. in l. 2. ff. de Iudic. & in l. multum ff. de cond. & dem. Afin. in prax. §. 7. Cap. 5. limit. 103. num. 5.* vbi citat *tex. in c. ex parte de Conceß. preb.* &
577 ideo si ex parte iurantis adest enormis laesio tunc si petitur absolutio a iuramento indistincte est concedenda *Corn. consil. 166. col. 2. post medium vol. 1. Natt. consil. 631. lib. 4. Bologn. consil. 44. col. pen. vers.* cum

num fraus Serafin priu 8 3.*num* 107.
*Purpurat,conf.*4 5 6.*nu.* 24. *lib.* 2 Et
578 de tali enormi læſione debet cõ-
ſtare ſummarie *Gemin.conf.* 16 *in*
*fine Abb conf.*8.*col.pen.& fin. & cõſ.*
12.*lib.* 2. *Ferrett.conf* 147.*nu.* 2.*lib.*1.
579 Et ſtante læſione non ſolum
poteſt Epiſcopus abſoluere iurã-
tem læſum a iuramento , verum
etiam eius vicarius *Bald.conf* 460
vol. 5. *Balzar. dicto num.* 19. *Alb.*
conſ. 342. *num.* 34. *lib.* 2.
580 Et epiſcopus relaxando iura-
mentum dicitur illud relaxare
authoritate Papæ *Bald conſ.* 328.
*num.*5.*vol.*3.*Balzar. dicto num.*19.
581 Quæ vero requirantur in ex-
peditione abſolutionis a iura-
mento ponit *Loffred conſ.* 12.*per*
*tot. Alb.conſ.*751.*num.* 2 *lib.*4.
582 Et talis abſolutio petenda eſt
ante litis conteſtationem ante
quam efficiatur periurus & ante
quam porrigatur libellus. *Marc.*
Angel. Leon. de præpar. Iudici lib. 2.
*præpar.*11.*nu.*2.*Donad.de Renunc cap.*
32.*nu.*217.*& dicto.cap.*8.*nu.*21.*&*
583 25.*vbi nu.* 26. notat q licet dicta
abſolutio habilitet perſonam ad
effectum agendi non obſtante iu-
ramento, non per hoc non tene-
tur ad obſeruantiam iuramenti
in contractu interpoſiti quia vi-
res ipſius non tolluntur per ipsã
abſolutionem, ſed per probatio-
nes factas vocata parte abſolutio
repletur, nec eſt neceſſe petere a-
liam abſolutionem, ſed ſufficit
prima quia licet fuerit conceſſa
ad finem agendi, proficit tamen
ad finem obtinendi & vide infra
nu. 641. & quando debeat peti
abſolutio etiam vide *Lun.in addit.*
*ad conſ.*14 *diuerſ ſicul. in addit. ad*
584 *num* 1. vbi quod debet peti ante-
quam controueniatur, item ante-
quam adeatur princeps eique
porrigatur memoriale, vbi etiam
dicit incurri periurium cum quis
tentat tantum iuramento con-
trauenire etiam ſi ſupplicationẽ
principi porrectam non præſen-
tauerit ſeu ea vſus non fuerit *Ma-*
reſc Var lib. 2.*cap.*94.*nu.* 1. *Carpan.*
ſuper Stat Mediol cap. 451. *a num.*
134. *Ricc. Collect.* 31. 43.
585 Et poſt periurium incurſum
non conceditur abſolutio & ob-
tenta non prodeſt *Balth. Thomaſ.*
*trac.*6.*de Tut.tit.*19.*num.* 317. *An-*
*ton. Nigr de except.cap.*15. *§.* 2. *num.*
17. *Alex conſil.* 17.*num.* 4.*vol.*3. *&*
conſ. 83.*num* 7.*lib.*5.*Poſt.de Manut.*
*Obſ.*68 *num.* 15. *Randenſ. conſ.* 29.
*num.*40. *lib.* 2. *Scacc de Iudic. Cauſ.*
Ciuil.lib. 2.*cap.* 2. *num.* 137. *Graſſ.*
de except. except. 12. *num.* 41. poſt
586 multos quos citat, niſi cum cau-
ſæ cognitione & p. c. *Bald. conſ.*
259.*in fin.vol.*2.*Balzar.in dicto §.*
item ſacramenta vide Thomaſ. ſupra
Dec. 21.*tr.* 9. *de abſolut. a iuramento*
num. 725. *Graſſ. ſupra ſcripſi de Citat.*
t.p.q. 19.*ſub num.*109.*&* *k.* 2. *in addi-*
dit.ad dictam quæſt. 19. *num.* 172.
& ſeq vbi a quo ſit concedenda
587 hæc abſolutio, circa quam quæ-
ſtionẽ vide *Ricc.coll.*3.241. *Sperel.*

dec. 83. num. 45. t. 1. & dec. 131. nu. 53. t. 2. Surd. cons. 317. num. 19. Afflict. dec. 220. num. 10. Rot. Gen. dec. 193. num. 12. Nigr. de exc. cap. 15. §. 2. num. 33. Post supra nu. 16. Franc. dec. 386. num. 6. p. p. Donad. dicto cap. 8. num. 28. & seq. vbi multa de periurio Carleual. de Iudic. *lib. 1. tit. 1. disp. 2. num. 198. Ventrig. in prax. rer. notab. de Absol. a iuram. Annot. 31. §. Unic. num. 2. & vide supra num 460.*

588 Ex supra dictis vers. & post in cursum videtur concilianda opinio tenentium quod in obtinenda absolutione a iuramento requiratur partis citatio quam tenuerunt *Abb. in c. 1. de Iur.* Iurand. *& cons. 12. num. 6. p. 2. Bocc. super Const. March. Gl. 2. num. 47. Alberic. in rub. C. de Usur.* Imol. *in Clement. dispendiosam vers. nota bene Gl. de* Iu*dic. Dec. in c. qua fronte in ult. col. de Appell* Graff. *dec. aur. p. 2. lib. 2. cap. 10. num. 8.* Poledor. *Rip. Obs. 150. Facchin. Contr. Jur. lib. 8. cap. 62. Medic. dec. 34. num. 15.* Hieronimus *de Leo decis. 94. num. 6. licet num. 9.* referat quandam distinctionem in iure non fundatur *Fontanell. dec. 447. num. 9. Brun. a sol. proposit. Iur. Verbo Citatio vers. Citatio non est necessaria Anich. de prau.* Instr. *cap. 4. nu. 8. & 21. Fider. de sen. cons. 300. in fine Calder. sibi contrarius in tit. de fer. cons. 1. Imol. in c. debitores col. 6. de* Iur. Iurand. *Alex. cons. 222. num. 8. vers. praeterea lib. 2. Guid. Papa dec. 140. Felin. in c. 1. de* Iur. Iurand.

589 vbi dicit hanc esse tutiorem opinionem *Hippolyt. in l de vnoquoque num. 173. de* Re Iudic. *Bero. in c. quoniam contra nu. 93. C. de probat. Imol. in c. 1. vbi etiam Felin.* dicit quod

590 ita Bononiae in practica obseruatur *de Jur. Iur. Curt. sen. cons. 43. nu. 27* Curt. iun. *cons. 153. num 8. Afflic. in practic. §. 7.* Cap. 5. *limit.* 103. *nu. 1. & 2. vt alij a me citati to. 1. de Cit. quaest. 17. nu. 30 & tom.*

591 Cum contraria quod imo non requiratur citatio, quam tenuerunt Triuis *decis. 64 nu. 1. 4. & 7. lib. 1. Marc. Angel. Leon. de praeparat.* Iudic. *praeparat 12. num 42. Donad. de Renunc. cap. 8. nu 14. Ciarl. cap 95. n. 32. Andreol. Contr. 3. n. 26. Ludouic.* Imol. *cons. 139 nu 8. Ludouic. Moret. cons. 87. sub nu. 10. Bocc. super Const.* March. *Gl. 2. nu. 44. & nu. 53.* dicit quod etiam Vicarius Episcopi potest absoluere p. non c. ad effectum agendi *Oldrad. cons. 120. Moc. de* Iuram. *p. 6. quaest. 1. nu. 11. Sbroz. de Vicar. lib. 2. quaest. 187. nu. 7. Calder. in tit. de* Iur. Iurand. *cons. 7. in fine* Paul. *de Castr. cons. 216. lib. 1. Crass. com. op. lib. 1. cap. 7. quaest. 15. vbi de communi Hond. cons. 9. num. 31. lib. 2.*

592 vbi de magis communi *Alciat. in c. cum contingat nu 125. de* Iur. Iurand. *vbi de communi Anich. de prauenti Instr. cap. 4 qu. 1. nu 8. & 11. Carleual. de Iudic. lib. 1. tit. 1. disp. 2. nu. 197.* Caren. *Resolut. 139 nu. 1. vbi nu. 2.* dicit rationem esse quia in concessione istius absolutionis ad effectum agendi nullum parti aduersae

uersae

uersæ paratur præiudiciũ & nu.
3. dicit quod talis absolutio est cõ
cedẽda etiã si fuerit iuratũ abso-
lutionẽ nõ petere & obtenta non
vti *Maresc. var resol. lib. 2. cap 84.*
nu. 19. Tiraq. in tract. res inter alios
593 *acta limit. 30. Asin. loco citato* vbi
alios allegat & testatur de com-
muni & alij a me citati *to. 1. de Cit.*
quæst. 19. nu. 106. & seq. & tom. 2
in addit. ad dictam quæstionẽ 19. nu.
156. & to. 3. in annot. ad dictam quæ-
594 *stionem* & in relaxatione a iura-
mento de non petendo absolu-
tionem a iuramento contractus
principalis quod non sit necessa-
ria citatio partis *Innoc. in c. debito-*
res de Iur. Iurand. Imol in Clem. di-
spendiosam de Iudic. Graff. dec. Aur.
p. 2. lib. 2. cap. 10. nu. 8. vers. exempli
gratia Vt scilicet prima procedat
595 post periurium incursum, se-
cunda vero periurio non incurso
95 Secundo modo possunt concilia-
ri hæ opiniones Aut petitur ab-
solutio ad hoc vt principalis cõ-
tractus tollatur, & cancelletur,
119 Ludens si dominum domus percutiat an puniatur? vide *Mut. super pragm. 33. de pæn. Lud. num. 23. & 24. Menoch. de Arb. Iudic. cas. 400.* si tempore quo luditur commictatur furtum in ipsa domo per quemcunque, minime domino competit actio furti *Graß. dicto effect. 22. num. 8.*

120 Ludens & alienam pecuniam vincens an possit molestari *Curt. Iun in l. singularia num. 20. ff. si cert. pet.*

121 Ludum tenens in domo an commictat barattariam, & incidat in pœnam & bannum *Stracc. de Assecur. Gl. 31.* & an peccet peccato scandali *R. Tancred. p. 2. moral. tom. 5. tract. 3. de Scandal. quæst. 12. tot.* & qui recipit
122 pecuniam pro candelis dicitur aleator, & qui causa emolumenti tenet ludum in domo *Iacob. de Aret. & Azon. in l. 1. ff. de aleat. Paris. de Lud. in princ. num. 46. Caccialup. quæst. 12. num. 65. & seq.* & qui
123 detinet ludum dicitur hostis publicus *Caccialup. de Lud. quæst. 4. num. 18.*

124 Ludens non continue sed aliquando non dicitur lusor *Mut. Consu. 72. num. 19.*

125 Ludens in ludo taxillorum vel cartarum si dicat pono istam postam, quæ est scutorum centum, & aliis teneret, si vinceret & reperiatur minor centum scutis nihil habere debet *Mata vbi supra num 25. vide Dian. Tract. Miscell. 16. lib. 2. Resol. 8. & Miscell. 17. Resol. 41.*

126 Lusor si faciat contractũ quod si amplius ludat sit obligatus soluere tot hospitali vel alicui, si cõtrouenia tenetur *Mut. Consuet. 18. num. 41. & super Pragm. de pæn. Ludent. num. 19. vbi per tot. multa ad materiam.*

127 Vltimo scias quod lusor non potest esse testis *Mut super Pragm. de pæn. Lud. num. 9. & Consuet. 72. num. 18. Baldaß. de Angel. in l. interdicimus nu. 2. C. de Sacr. Sanct. Eccl. Graff. effect. 22. num. 6.*

Et quod iurans non ludere si det aliis pecuniam ad ludendum pro eo dicitur periurus *Salicet. in l. interdicimus num. 1. C. de Episc. & Cleric. Pirr. Maur. de fideiuss. Cap. 58. num. 2.*

Et quæ actio detur prolado etiam stante promissione & obligatione *Io. Maria Nouar. Pragm. 1. Collect. 2. de Aleatorib.*

EFFE.

EFFECTVS TERTIVS

SVMMARIVM

1 *MINOR viginti quinque annis vendere non potest ubi de ratione.*

Amplia in tutore ut non possit bona immobilia pupilli alienare num. 2.

Limita a num 3.

3 *Minor potest retrouendere ex pacto preambulo cum testatore absque decreto & in num. seq. & nu. 9.*

Et an requiratur auctoritas tut. vel cur. num. 7. 8.

Amplia ut nec curare debeat restitutam sortem in aliud inuestiri num. 3.

5 *Minor potest absque decreto reuendere vigore retractus.*

6 *Minor quando emit prædium an possit apponere pactum de retrouendendo? & num. 10. cum seq.*

10 *Tutor solus sine iudicis decreto potest retrouendere & num. 11. & 12. de ratione.*

Contrarium num. 14.

11 *Actus factus ex necessitate non comprehenditur sub lege prohibente actum fieri.*

12 *Lex loquens de alienatione intelligitur de voluntaria non necessaria.*

13 *Legatum census annui an debeatur si antequam testator moriatur sit redemptus?*

16 *Rectores Ecclesiæ possunt censum retrouendere absque solemnitate. & num 17. de ratione.*

Sed an possint retrouendere tertio possessori animo faciendi fructus suos? à num. 20. cum seq.

18 *Bona Ecclesiæ possunt sine solemnitatibus alienari quando alienatio est necessaria & num. 19.*

29 *Reuenditiones in Regno animo faciendi fructus pro recmente extinctiue non translatiue respectu ipsius reuendentis facta dicuntur.*

34 *Minor potest in contractu census apponere pactum de retrouendendo & illud prorogare.*

35 *Minor an possit in contractu apponere pactum legis commissoriæ?*

36 *Pactum de retrouendendo requiritur in contractu subiugatario.*

Sed an non appositum habeatur pro apposito? num. 37.

38 *Testator si prohibet censum alienare non intelligitur prohibere sortem accipere. & num. 39. de ratione.*

40 *Bona minoris stabilia concurrentibus requisitis necessarijs possunt alienari.*

Et quæ sint requisita necessaria? a num. 42. cum plur. seq.

Bona minoris pretiosa quæ seruando seruari non possunt, alienari possunt num. 40.

41 *Bona minoris pretiosa non possunt alienari sine solemnitatibus requisitis in alienatione bonorum stabilium.*

43 *Authoritas tutoris debet statim in ipso negotio adhiberi non autem ex inter-*

interuallo, vel per epistolam. & cum cognitione causæ.

Et quando dicatur interposita? num 44.

45 Bona minorum non possunt sine causa alienari.

Et quæ dicatur causa iusta alienandi? a num. 46. cum seq.

Causa iusta an dicatur si res factæ sint deteriores propter bellum num. 50.

51 Tutor potest vendere bona minoris pro dotandis eius sororibus.

52 Tutor si non vendit bona pupilli ære alieno vrgente tenetur ad omnia damna, & interesse pupillo.

53 Bona minoris non possunt vendi pro soluendo ære alieno si potest ex bonis mobilibus solui & vide num. 54. 55.

56 Bona minoris minus vtilia vendi debent pro soluendo ære alieno.

Quid si sint vendita magis vtilia? num. 100.

57 Bona minoris magni valoris non possunt vendi pro soluendo ære alieno.

Intellige num. 58. & 59.

60 Decretum iudicis iusta causa venditionis interueniente requiritur in alienatione bonorum minoris, & num. 61. cum seq. vide num. 68 cum seq.

Alias venditio est nulla nec est necessaria restitutio num. 63. Amplia a num. 101. & a num. 141.

Limita a num. 178.

62 Decretum iudicis in alienatione bonorum minoris an debeat præcedere subhastationem vel subsequi?

64 Minor & eius hæres pro recuperatione bonorum alienatorum non solum possunt agere contra emptorem sed etiam cōtra quoscunque possessores particulares & vniuersales.

65 Decretum pro contractu ineundo a minore est stricti iuris & non potest extendi vltra quam in eo est expresse permissum. & sub num. 67.

66 Iudex si suo decreto permittit minorem conducere domum an dicatur consentire vt inuecta sint obligata pro pensione?

Et an possit hoc casu bona stabilia pro pensidne obligare? num. 67.

70 Decretum iudicis interpositum in alienatione bonorum minoris sine causæ cognitione est nullum.

Et de hac cognitione causæ aliunde constare debet, quam ex decreto num. 71.

Et an credatur iudici dicenti quod interuenerit causæ cognitio? num. 72.

73 Decretum statim interpositum in alienatione bonorum minoris præsumitur interpositum absque cognitione causæ.

Nisi causæ cognitio sit talis quæ possit incontinenti adhiberi nu. 74.

75 Decretum iudicis an præsumatur interpositum cum cognitione causæ? & num. 76. & 77.

78 Decretum iudicis an præsumatur interuenisse ex lapsu triginta annorū? & num. 79.

Et an præsumatur etiam causa decreti & sic etiam æs alienum a num. 80. vsque ad num. 85.

85 Decretum non præsumitur interpositum

situm pro vt de iure quando non probatur verum id super quo fundatur.

86 *Decretum iudicis tollit omnem suspicionem fraudis.*

Sed vt hunc effectum operetur quae requirantur? num. 87.

Sed non tollit praesumptionem laesionis num. 88.

Nec minus restitutionem in integrum num. 89.

90 *Decretum iudicis est indiuiduum.*

91 *Decretum iudicis interpositum in parte in totum vitiatur si est erratũ.*

Interpositum ex pluribus causis si vna est falsa totum negotium corruit num. 92.

Et si vna sit causa quae partim sit vera & partim falsa corruit in totum num. 93.

Et falsa causa illud vitiat siue sit expressa siue non dummodo ex actis constet num. 94.

Et debet interponi ad instantiã tutorum non autem emptoris num. 95.

Debet praecedere alienationem non subsequi num. 96.

A quo iudice debet interponi? a num. 97. cum seq.

Requiritur etiam in venditione rerum mobilium pretiosarum si seruando seruari possunt num. 101.

Quid si pater has res venales habuerit num. 102.

Retractus non datur ementi rem minoris absque decreto sub num. 109.

Retractus non competit ei qui non habet dominium rei coniunctae ibidem.

Quid si possessori est tentatum iudicium rei vendicatorium? ibidẽ

Quid si res fuit vendita cum pacto de retrouendendo? ibidem.

Quid si lis pendeat super inualiditate alienationis? ibidem.

Retractus an competat conductori ad longum, vel ad modicum tempus? ibidem.

103 *Tutor potest alienare bona quae seruando seruari non possunt.*

Et si talia bona essent medio tẽpore peritura potest illa vendere ante confectionem inuentarij, alias tenetur expectare congruum tẽpus, & vendere iusto pretio num. 104.

105 *Tutor tenetur primo vendere vetus frumentum & inde nouum, idem de vino ibidem.*

Nec tenetur expectare carestiã, nec tenetur mittere ad alia loca, sed in loco vbi extat vendere communi extimatione num. 105.

106 *Tutor dicitur in culpa si triticum quod triennio conseruatur ante tempus vendat non vrgente necessitate.*

107 *Tutor in ratiocinio debet ponere tempus praecisum quando vendidit frumentum, alias ad sui damnum inspicietur tempus quo pluries valuit.*

108 *Decretum iudicis non requiritur in alienatione pecuniae minoris, vbi de ratione.*

Limita a num. 135.

Intellige vt num. 109.

110 *Tutor tenetur dare pecuniam pupilli ad cambium, & ad honestum lucrum; & vide num. 112. & 123.*

Et

Et infra quantum tempus? num. 111.

113 Tutor potest sibi ipsi mutuare pecunias pupillares ad honestum lucrum.

114 Tutor conuertens pecunias pupillares in vsum proprium ad quid teneatur? num. 111. 115. & seq. & vide num. 134.

118 Vsura vsurarum & interesse als tertius interesse quando debeatur?

119 Tutor si non implicauit pecuniam pupilli, vt potuisset reparare imminentiam creditorũ pupilli an teneatur?

120 Tutor an teneatur si redditus ab eo empti ex pecunia pupillari sint deperditi?

121 Tutor si posuit pecuniam pupilli penes aliquem mercatorem ad partem honesti lucri & mercator fiat non soluendo an teneatur?

122 Tutor an possit continuare negotiationem quam pater pupilli exercebat?

124 Tutor an possit capere pecunias ad cambia?

An potius vendere bona pupilli? num. 125.

126 Tutor tenetur exigere credita sui pupilli etiam a se met ipso num. 127.

Alias si sua culpa sint effecta deteriora tenetur ad interesse num. 128.

Sed ad hoc vt teneatur ad interesse quid debet probare actor? num. 129.

130 Tutor si non facit ea quae facere debet, tenetur de omni eo in quo laesi sunt minores sicut si facit quae facere non debet.

131 Tutor tenetur facere pro pupillo quicquid bonus pater familias faceret pro se.

132 Tutor tenetur sibi ipsi soluere credita & in primis illa quae pariunt magnas vsuras.

133 Tutor an possit prorogare debitori pupilli tempus solutionis debiti praestitum?

134 Tutor si nomine suo proprio negotiauit pecunias pupillares ad quid teneatur pupillo?

135 Pecunia pupilli deposita ad comparationem praediorum non potest absque decreto alienari.

Contrarium num. 136. & vide num. 137. 138. & 139.

140 Pecunia destinata ad emptionem redditum an faciat fructus?

141 Minor etiam si veniam aetatis impetrauerit vel fuerit a statuto habilitatus non potest alienare absque decreto, & num. 142.

143 Minor doctor non potest sine decreto alienare stabilia.

144 Minor non potest alteri minori sine decreto vendere vel Ecclesiae num. 145.

Contrarium quo ad Ecclesiam num. 146. & 147.

Nec actionem personalem vendere num. 148.

Nec rem communem cum alio num. 149.

Nec rem quam bona fide possidet num. 150.

Nec rem quam pater venalem habuit num. 151.

Nec pro causa dotis alienare num. 152.

Nec

Nec fundum sterilem saxosum vel pestilentialem num. 154. & num. 222. & 231.

Nec pro soluendo debito fiscali vel testatoris numero 155. & 156.

157 Minor non post concedere stabilia ad longum tempus sine decreto.

158 Adultus siue habeat curatorem siue non, non potest alienare stabilia nisi si propter as alienum & cum decreto iudicis.

159 Minor si debitum remittat vel renuntiet iure sibi competenti vel desinat acquirere rem immobilem sibi legatam vel fideicommisso subiectam aut successionis iure delatam vel pradium disobliget decretum iudicis requiritur; & vide num. 160. & 161.

162 Minor si promittat se daturum rem immobilem requiritur iudicis decretum.

166 Venditio rerum minoris sine decreto delegari non potest.

167 Pater si alienet bona filij an requiratur decretum iudicis? & nu. 258. cum seq.

168 Decretum iudicis requiritur etiam in actu per procuratorem celebrando, licet in constitutione procuratoris interuenerit si non fuit constitutus pro certo actu celebrando.

169 Decretum iudicis requiritur etiã si illi qui contrahunt sint vxorati & per statutum permittatur eis bona sua & vxorum administrare vel per statutum sint effecti maiores perueniendo ad certam atatem.

170 Minor non potest annuos redditus vendere sine decreto.

171 Subhastatio an sit necessaria in alienatione bonorum minoris? & nu. 172. cum seq.

177 Minor an restituatur aduersus licitationem.

178 Principis rescriptum vel prasentia idem operatur quod iudicis decretum.

Sed an tunc minor restituatur? num. 179.

180 Minor si est princeps vel in suo territorio habet merum & mixtum imperium potest sine solemnitatibus alienare.

181 Minor an possit possessionem transferre sine solemnitatibus? & numero 182.

183 Minor an possit alienare fructus sine solemnitatibus? Amplia à num. 198. limita num. 201.

184 Fructus à solo separati sunt res qua seruando seruari non possunt.

Et inter mobilia connumerantur num. 185.

186 Fructus qui vltra triennium non conseruantur qui sint?

Et an vltra triennium in eis debeatur interesse? num. 187.

Vestimenta non durant vltra triẽnium sub num. 186.

188 Fructus pendentes inter immobilia connumerantur.

Limita num. 192. & seq.

Retractus habet locum si venduntur fructus pendentes sub numero 188.

189 Fructus feudi a solo separati non dicuntur feudales.

X Fru-

190 Fructus feudi pendentes possunt vendi hypothecari & obligari viuente vassallo in sui praeiudicium & nu. 191. de ratione.

192 Fructus fati in terris an connumerentur inter mobilia, & 193. & 194.

195 Fructus fati an possint a creditoribus locatoris adiudicari & num. 196. & 197.

202 Iuramentum confirmat alienationem nullam factam a minore.

203 Minor potest sine solemnitatibus vendere si ita fieri sit necessarium.

204 Minor an possit ex causa remunerationis donare stabilia vel res mobiles quae seruando seruari possunt sine decreto, & num. 205.

206 Sponsa minor an possit in dotem vel propter nuptias dare sponso stabilia sine decreto?

207 Minor potest sine decreto alienare si pater in testamento vel in actibus inter viuos id cauerit.

Et quid si testator iussit aut promisit se venditurum? numero 208.

209 Minor potest alienare sine solemnitatibus si alienatio est sibi vtilis & num. 210. cum seq.

Et haec vtilitas debet esse successiua num. 212. & vide num. 225.

Et an sit nulla volente minore? numero 210. 213. 218. & 241.

Et si obtineat nullitatem an possit poenitere num. 214.

Quid stante Capitulo Imp. Caroli 8 num. 215.

Contrarium a num. 216.

Et quid stante euidentissima vtilitate? num. 239.

221 Bona minoris an possint vendi pro eo alendo.

227 Minor non potest alienare pro habenda pecunia ex qua possit multum lucrari.

228 Fructus vna cum re sunt restituendi minori si alienatio est nulla, & num. 234., & 235. & nu. 237. de ratione.

Et quid stante bona fide? num. 236.

238 Necessitas requisita in alienatione bonorum minoris debet esse de praesenti & instantanea.

240 Bona Ecclesiae possunt alienari si alienatio est vtilis.

242 Minor petens nullitatem contractus an possit audiri ante pretij restitutionem? & numero 243. cum sequ.

Et an sufficiat sola oblatio? nu. 247.

245 Minor quando dicatur factus locupletior?

246 Pecunia quomodo probetur versa in vtilitatem accipientis?

247 Nullitas & rescissio quomo differunt circa audientiam & nu. 248. cum seq.

252 Petens nullitatem contractus subiugatorij auditur non solutis interusurijs.

253 Baro succedens in feudo iure proprio petens subiugationem non afficere

feudum auditur nō solutis interusurijs.

Sed executio instrumenti non potest impediri num. 254.

Sed an si subiugatio sit declarata non afficere sint restituenda interusuria soluta ? num. 255. & 256.

257 Minor maior factus potest alienationem tacite & expresse ratificare.

Et quid stante Capit. Imp. Car. 78. ibidem.

263 Molendina solo affixa an possint a minore alienari sine solemnitatibus ? & numero 264. & vide a numero 277.

Et quid a patre num. 269.

265 Feudum non constituitur nisi super immobilibus.

266 Feudum constitui potest super molendinis solo affixis.

267 Census constitui potest super molendinis.

268 Emphiteusis constitui potest super molendinis.

270 Mola molendini in solo affixi non sunt mobiles.

Tegula domus quandiu sunt applicata non sunt mobiles ibidem.

271 Molendina quæ ad instar nauium super flumine ambulant possunt a minore sine solemnitatibus alienari ubi de ratione.

Amplia etiam a tutore & Prælato num. 270.

273 Census non potest constitui super molendinis, quæ ad instar nauium sunt.

274 Retractus non habet locum si vendantur molendina quæ ad instar nauium sunt.

275 Molendina quæ ad instar nauium sunt veniunt in legato mobilium.

Et soluto matrimonio statim sunt restituenda num. 276.

278 Minor si contrahat procuratorio nomine vel ut hæres non requiruntur solemnitates alias necessaria & num. 279.

280 Creditor pupilli potest vendere rē sibi obligatam sine solemnitatibus, & numero 282. & 283. de ratione.

Et quomodo procedat ? numero 281.

284 Decretum iudicis an requiratur quando inter fratres minores alienatur spes fidei commissi reciproci ?

285 Minor plenarie habilitatus ad omnia negotia & contractus vel dispensatus in aliquo actu particulari potest sine solemnitatibus alienare.

286 Princeps potest habilitare minorem ad contrahendum.

287 Dispensatus à principe ad vendendum non potest obligare.

288 Dispensatio emanans a principe in dubio intelligitur, vt sit conformis iuri communi.

289 Dispensatus in vno non dicitur dispensatus in alio.

290 Dispensatio non extenditur ad defectus suppressos, & ad non expressa in precibus.

291 Dispensatio concessa minori ad alienandum pro debitis præteritis non extenditur ad debita contrahenda nec ad debita alterius.

292 *Dispensatio si postulat necessitatem debet esse de praesenti.*

Dispensatio non extenditur ad casus in quibus militat maior ratio dispensandi sub num. 292.

293 *Dispensatio si est nulla propter obreptionem vel subreptionem, vel quia non comprehendit causam, pro qua facta est alienatio actio conseruatur ipsi minori.*

294 *Dispensatio principis quae emanauit ad integrandum defectum minoris aetatis non supplet defectum laesionis enormissimae in pretio.*

295 *Dispensatio est stricti iuris, & non extenditur ad id quod minus est.*

296 Minor habilitatus ad vnum actū in caeteris reputatur minor.

297 *Licentia de vendendo bona pupilli intelligitur seruatis solemnitatibus.*

298 *Princeps si concedit licentiam vendendi rem pupilli licet non requiratur decretum nihilominus causa vendendi coram ipso iudice inquiri debet.*

299 *Minor qui obtinuit licentiam vendendi a principe debet apud praesidem, probare subesse aes alienum.*

300 *Minor potest alienare si res fuit ei acquisita eo pacto vt alienetur.*

301 *Minor in quibus causis possit sine decreto alienare? & num. 302. cum seq.*

307 *Tutor si res pupilli fuit alteri legitime vendita & emptor in tempore non soluit pretium potest sibi res illas retinere & pretium soluere & num. 308. de ratione.*

309 *Minor si promisit de Euictione an teneatur? stante nullitate venditionis.*

Quid de fideiussore? num. 310.

Quid si tertius alienet rem personae prohibitae & nomine eiusdem personae prohibitae promittat de euictione num. 311.

Quid si iste alienet nomine personae prohibitae, & nomine proprio promittat de euictione? num. 312.

313 Haeres *minoris qui fecit contractū nullum nomine ipsius minoris non potest dicere de nullitate contractus.*

314 *Nullitas non potest tentari a iudice, qui eam tulit & successit in locum illius qui eam potest dicere nullam.*

315 *Minor potest restitui aduersus alienationem rei suae & si omnia solemniter interuenerint quando adest laesio.*

Et quanta debet esse? nu. 316.

Nisi illam confirmauerit num. 317.

Sicut etiam restituitur aduersus alienationem rei quae fuit suorum maiorum, num. 318. & de ratione num. 319.

320 *Minor existens in vno loco non potest alienare bona sita in alio loco sine solemnitatibus illius loci.*

321 *Minor an possit emere bona immobilia sine decreto.*

322 *Minor potest sine auctoritate tutoris & curatoris retrahere & num. 323. de ratione.*

324 *Minor potest vendere rem retrahendam absque decreto.*

Princeps an possit validare contractum sine solemnitatibus factum sub num. 325.

Princeps ex sua amplissima potestate potest contractum nullum conualidare

lidare sub num. 324.

De potestate ordinaria non potest inualidam scripturam validam facere in praeiudicium tertij ibidem,

Confirmans actum ipso iure nullum eumdem actum facere dicitur ibidem.

Quando confirmat cum clausula plenitudinis potestatis vel ex certa scientia vel cum clausula non obstante vel est secunda iussio facit actum de inualido validum ibidem.

Potest reconualidare acta, & processus nullis refectis expensis partis ibidem.

Intellige vt ibi.

Et quid de processu facto sine causa cognitione ibidem.

Nullitas defectu citationis est insanabilis ibidem.

Deducta in iudicio non potest per principem sanari ibidem.

Instantia non possit per principem prorogari post quam peremptio est in iudicio deducta ibidem.

Princeps potest sententiam nullam confirmare & ratificare ibidem.

Non potest testamentum nullũ defectu solemnitatis in praeiudiciũ venientium ab intestato confirmare ibidem.

325 *Doctores qui remissius tractant de alienatione bonorum minoris vbi etiam de Consuetudine Panormitana.*

TErtius effectus minoris ætatis quo ad contractus qui venit consecutiue ad præcedentem est vt minor viginti quinque
1 annis non possit vendere cum vendere nihil aliud sit quam alienare *l. alienatum vbi communiter DD ff. de verb. sign.* si ergo minores viginti quinque annis non possunt alienare vt supra effectu precedenti probaui, ergo nec etiam possunt vendere *Mozz. de Contrac. titul. de empt. & vend. cap. de personis quæ possunt emere vel non num. 9. Mantic. de Tacit. & ambig. conuent. lib. 4. tit. 6. per tot. Tusc pp. conclus. lit. V. concl. 69. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæst. 2. cap. 18.* Narb de æt. ad omn. human. act. requis. Anno. 25. *quæst. 6. Onnat. de contrac. Tract. 2. disp. 4. sect. 3. num. 50. & seq. & sect. 4. & sect. 5. sub num. 71. Olea de Cession. Iur. titul. 2. quæst. 1. num. 1. Griuell. decis. Dolan. 10, num. 23.* & maxime si minor venderet sine solemnitate statuti esset nulla venditio, & licet rem tradiderit nihilominus remanet dominus rei venditę & si res perit non perit periculo ipsius minoris quia non remanet dominus de iure communi sed de iure speciali *Gl. diuer. DD. super. Cap Carol. 78. vbi dicit vid. l. si pignus C. de pign. act. & Ias. in l. 1. col. 14. C. de Iur. Emph. Vers. ad veritatem scripsi eff. 2. a num. 2.*

Quid dicendum de possessione? quod possessio transeat in secum contrahentem *Cepoll. cons. 4. col. 1. in Crim. Becc. consil. 21. in fine* qui testatur de communi sed

Boniorn.

Boulorn. super dicto cap. Imp. Carol. 78. dicit quod hæc opinio videtur contra Gl. in l. si patronus §. patronum vers. fauiana si quid in fraud. patron. & DD. in l. 1. §. si vir vxori de acq. possess. & vide Giurb de succ. feud. §. 2. Gl 9. a num. 54.

2 Idem dicendum de tutore vt non possit bona immobilia minoris alienare Barbos. post multos in l. non solum num. 2. C. de præd. & alijs reb.

3 Fallit quando ex pacto suorũ antecessorum tenetur vendere vt puta si eo pacto à parentibus, vel a testatore aliquo cui minor successit res fuisset comparata, vt teneretur eam infra certum tempus retrouendere; tunc & si non perfectæ ætatis existat recte poterit minor etiam non assentientibus curatoribus in pacti consequentiam pretio recepto retrouenditionem perficere, etiam si in emptione a patre facta nulla de hærede fuerit facta mentio Simoncel. de Decret. lib. 2. Tit. 6. Inspect. 1. num. 2. l. 1. & l. prædium C. quand. decr. opinion est l. magis puto §. si pupillus stipulanti ff. de reb. eor. Mauf. de Caus. exec. limit. 11 sub nu. 74. vers. amplia hunc casum Narb. dicta quæst. 6. num 3. & ad DD. ab eo citatos addo Cyriac. Contr. 257. num. 2. & Contr. 308 num 52. 53. & 54. Giurb. super Consuet. Mess. Cap. 10. Gl. 10. num 11. & dec. 69. num. 5. 6. & 7. quem citat & sequitur Hermos. ad Lop. Gl. 7. l. 4. tit. 5. p. 5. num. 31. idem Giurb. dec. 79 sub num. 27. vers. imo solus minor vbi inquit quod solus minor qui rem suam sine iudicis auctoritate alienare non potest, censum annuum reuendere sine decreto potest ex Monter, Dec. 1. per totam vbi etiam quod nec curare debet censuarius restitutam sortem in aliud inuestiri Barbos. in l. si probare potes C. quand. decr. op. non est Groff. ad Const. Comit Castr. §. 33. num. 57. Fontan. decis. 539. num. 11. & seq. ex Amat. & alijs post Cagnol. Simonc. Boccac. Magon Manent. & Milan. Mut. Consuet. 51 num. 18. licet
4 dicat cautius esse vt interueniat decretum, idem dicit Mauf. supra & Consil. 26. num. 191. Muta lo-
5 quitur de reuenditione facienda ex dispositione statuti, puta vigore retractus & dicit quod in ea non requiritur iudicis decretum, idem dicit Groff. vbi supra Peres de Lar. in Compend. vit. hom. cap. 23. num. 22. & 23. Tiraq de Retrac conuent. §. 1. Gl. 6. num. 28. vbi etiam
6 an minor cum emit possit apponere pactum reuendendi, de qua re videndi sunt Merl. de pign. & Hypoth. lib. 2. tit. 1. quæst. 39. num. 14. Hermosill. ad Lop. Gl. 2. l. 4. tit. 5. p. 5. num. 30. & infra num. 30. Intrigl. de Cens. quæst. 69. vbi Ad-
7 dit. lit. A. dicit quod minor potest censum bullarem retrouendere absque iudicis decreto cum auctoritate tutoris Duard. de Cens. in pro-

in prohem. quaest. 10. num. 31. vbi
8 quod solum requiritur tutoris seu curatoris auctoritas *Cenc. de Cens. quaest. 64. num. 5. 6. & 7. Rot. post* Duard. *de Cens. dec. 186. num. 6.* Abruz. *in § nunc admonendi num. 102.* Arias *de Mess. Var. Resol. lib. 3. cap. 27. num. 6. & num. 8.* in-
9 quit iudicis decretum esse necessarium, vt solutio seu redemptio nec restitutionis beneficio reuocetur, si forte pecunia postea appareat culpa tutoris amissa, quod secus esse dicit in solutione reddituum vel annuæ pensionis in qua iudicis decretum non requiritur.

10 Sicut etiam tutor solus sine iudicis decreto retrouendere potest Capyc. *Galeot.* Contr. Iur. *33. num. 15. & seq. tom. 1. Giurb. dicta dec. 79. sub num. 27. post Franc.* Caball. *&* Cartar. *quem citat Gratian. discept. 975. sub num.* 5. vbi in dicta discept. disputat si maritus possit retrouendere censum dotalem quibus addo *Intrigl. dicta quaest. 89. num. 21. vbi* Addit. Abruz. *in § nunc admonendi num. 103. quib. alien. bo. Virgil. de legiti. pers. pupill. cap. 1. sub num. 45. Farinac. dec. Rot. Rom. 535. sub num. 11. p. p. tom. 2. Cost. de Rat. quaest. 133. num. 22.* Burg. *de Laudim. p. 2. disp. 50. a num. 6. Rot. post Duard. de Cens. decis. 186. num. 11. Amendul. ad* Franc. *decis.* 404. *num.* 12. Cancer. *Cap. 1. de* Mi*nor. 25. ann num. 179. in fine* quia
11 actus factus ex necessitate non comprehenditur sub lege prohibente actum fieri ex *l. 1. ff de excus. tut. l. vt gradatim. § 1. ff de mun. & honor. c.* si quis propter necessitatem *extr. de furt. c. quod non est licitũ de regul. Iur. in 6.* Cioff. *cons. 31. vol. 1. Aluar. velas. de priu. pauper. p. p. q. 22. num. 31. Roman. cons. 394. Mangil. de Euict. quaest. 189. num. 16. Crauett. cons. 215. Rip. in l. si vnus § pactus num. 29. ff de pact. Cyriac.*
12 *Contr. 309. num. 9.* & lex loquens de alienatione debet intelligi de voluntaria nõ de necessaria *Paul. Rub. dec. 328. num. 5. tom. 1. Simonc. de Decr. lib. 2. tit. 4. num. 25* Olea *de Cess. Iur. tit. 2. quaest. 2. num. 6.* Ricc. Collect. 4006 *Aluar. Velas. de priu. pauper. p. p. q. 22. num. 31. post infinitos & num. 36.* inquit quod non dicitur contrauenire qui ex causa necessaria alienat & multa ad materiam vtilia adducit, ex hoc infert *Font. dec. 539.* quod lega-
13 to censu annuo a testatore si antequam moriatur sit redemptus, non per hoc dicitur extinctum legatum & ita iudicasse Senatum dicit a qua opinione nullo modo esse recedendum firmat.

Et ad materiam huius legati annui An sit soluendum in principio anni; An pro primo anno sit purum & pro sequentibus cõditionale, An transeat ad hæredes, An sit soluendum ab hærede, an ab vsufructuario, factum Ecclesiæ quanto tempore præscribatur, An præscribatur quo

adfu-

ad futuras præstationes, An debeatur a die mortis testatoris etiam si hæreditas per multos annos non fuerit adita, & si Hæres illud non soluit an sit soluendum a fideicommissario, An possit post centum annos exigi, An possit ad extraneos alienari? Vide *Franc.dec.* 155. *Vin.dec.* 85. *Danz. de legat.pijs.cap.* 5. *num* 26. *Rodor. de Ann. reddit. lib.*1. *quæst.* 17. *num.* 102. *Cenc.de Cens.p.*3.*cap.*1.*quæst.* 8. *Art.* 2. *a num.* 4. Rouit. *cons.* 38. *num.*10.*lib.*2. *Duard.de Cens.in prohemio quæst.*27. *num.* 5. *Surd. dec.* 28. *Peregr.* Art.4. *num.* 24. *Dec.sen.dolan.*55. Menoch. *præsumpt.* 132. *lib.* 4. Arias Mess.*lib.*3.*Kar.Resol. Resol.* 43. *Molfes. super consuet.* Neapol. *p.* 4.*de succ.ab intest.q.*31 *nu.*18. *Franc. dec.*634. *Crass.§.legatum quæst.*43. *Vin.dec.* 406. *Surd. de Alim.tit.* 5. *q.* 6. *Tom* 3.*com.opin. Tit. de legat. cap* 18.*Pereg.Art.*32.*num.*64. *Surd. cons.*123.*lib.*1.*cons.*319.*de Alim. tit.* 2.*quæst.*12.*&* *dec.*193.Gratian.Cap. 294. *Mart. de Succ. legal p.*4.*qu.* 18. Art.12. *a num.* 59. *&* *quæst.* 21. Art.1. *a num.* 38. *Barbat. de fruct. diuis. p.* 2.*cap.* 10. Gratian.*dec.* 22. V*in.dec.*465.*num.* 10. *&* 11. Mantic.de Conlect. *lib.* 6. *titul.* 8. *num.* 18.*lib.*9.*tit.*2.*num.*9.*Socc. Jun. cons.* 60. *tom.*4.Alciat. *cons.*667. *Peregr. cons.*109. *lib.*5. Gratian. Cap. 683. *num.*18.*Thes. quæst.*60. *For. lib.* 2. *& quæst.*65.*num.*13.*lib.*1. *& quæst.* 25.*num.*11.eodem lib. Anell.de Amat. *cons.* 81. *num.* 18. *cum seq. Barr. de* *Succ.lib.*9.*titul. de legat.fol.* 450. penes quos etiam quid si legantur fructus annui, vel species, vt vinum, & frumentum, vide etiam *Simo. de pret. de interp. vlt. volunt.* *Xammar. de re Judic. de fin.* 84. *p.* 2. *Burat. decis.* Rot. *Roman.* 583. *Capiblanc.de Baron.cap.*22.*num.*12. *lib.* 2. vbi fructus legati annui ad quem pertineant si legatarius decedat in principio anni *Marin. resol.* 152. *num.* 19. *&* *resol.* 329. & legatum annuum factum pauperi in dubio præsumitur factum in causam alimentorum *Surd. de alim.tit.*2.*quæst.* 12.*num.* 1.

14 Et licet *Cenc.de Cens.quæst.*103.*n.*
5. *&* 6. *&* *Mastrill. ad Gregor. de*
*Cens.quæst.*5.*num* 294.*&* *seq.* con-
trarium dicant quod redemptio
facienda a curatore debeat fieri
cum decreto iudicis alioquin sit
nulla tamen *Abruz supra vers.hinc*
patet notat Mastrill.satis diminu-
15 te fuisse loquutum, vbi etiam
dicit se consuluisse Rectorem Ec-
16 clesiæ potuisse censum retrouen-
dere non seruata solemnitate *ex-*
trauag., *Ambitiosæ de reb. Eccl. non*
17 *alien.* ex quo est necessaria prouc-
niens ex pacto in contractu su-
18 biugatario adiecto, & in aliena-
tione rei Ecclesiæ necessaria dicit
non requiri solemnitates, idem
dicunt *Rodor.de ann. redd. lib.* 2.*qu.*
150. *num.* 90. *Bord. in suis Contr.*
Moral. Contr. 26. *num.* 5. *vers.* *&*
quilibet *&* *in suis Var. Resol. Resol.*
127. *num.*7. *&* *seq.* Carol. *Marant.*

lib.

lib. 2. Resp. 8. num. 5. Pellix. in suo manual regul. tract. 6. cap. 8 num. 12. vers. quod si quaeras Ventrigl. qui
19 de obseruantia testatur *Annot. 1. §. 2. num. 24.* quidquid *Marif. & Ricc.* dicant quod ampliat *Abruz.*
20 *supra* etiam si reuenditio fiat a rectore Ecclesiae tertio possessori animo faciendi fructus cedendo iura talia qualia tertio possessori ex *Cenc. Rodor. Giurb. Amat. &* *Caracciol.* Addo ad materiam *Paul. Staib. Jun. Resol. 76. num. 31. Cost. cons. 68. num. 20. Depont. cons. 64. num. 1. & 2 lib. 1.* Ger. Spin. *cons. 18. num. 15.* Cenc. *de Censib p. 3. cap. 1. q. 3. Art. 3. num. 1. 4. & 13. Maur. Allegat. 80. num. 8 p. 2.* Medic. *cons. 69. num. 11. Carleu. de Judic. lib. 1. tract. 3. disp. 3 5. num. 26. Duard. de Cens. §. 5. q. 13. concl. 2. a num. 25. 31. & 32. Capt. dec. Gen. 61. a num. 11. Pyrr. maur. de solut. Cap. 69.* Cancer. *cap. 6. de solut. numero 43. in fine Graff. exc. 21. numero 90. Carroc. de Excus. p. 2. qu. 22. numero 9. Olea de Cession. Jur. tit. 5. quaest 1. numero 3. & seq.* qui de extraneo
21 soluente loquuntur Rot. *post. Merl. de pign. & Hypoth. dec. 83.* videndus *Donat. Ant. de Marin. Resolut. quotid. lib. 2. cap. 27. num.*
22 *3. &* 4. qui distinguit de cessione facienda debitori, vel tertio possessori, aut prorsus extraneo, & qui vellet acquirere hypothecam super alieno praedio, & inquit quod primo, & secundo casu nulla requiritur solemnitas, quia non est voluntaria, sed necessaria, tertio vero casu dicit cessionem fieri non posse ab Ecclesia sine solemnitatibus requisitis in alienatione rei stabilis Ecclesiae & *vide Salgad. Labyr. Cred. p. 2. cap. 17. Rota vero post Merlin. de pignor. & Hypoth. decis. 95. num. 5. 6. 7. & 8.* inquit verum etiam
23 quia in corpore instrumenti verba a reuenditione incipiunt, vt aduertit decisio. quae reuidetur, & denique quia monachi poterant quidem per viam extinctionis sine beneplacito Apostolico retrocedere censum cum stante praedicta dis dicta erat actus omnino necessarius ex *Cenc. de Cens. quaest. 109. num. 9. & 10. & Rot. apud eundem dec. 294. in principio*
24 sed translatione censum cedere sine beneplacito Apostolico non
25 poterant, quia talis cessio erat actus voluntarius & census in-
26 ter stabilia computatur *Rot. dec. 209. num. 9. post Pacific. de Saluian. dec. 81. num. 7. apud Cenc. de Cens. dec. 231. num. 4. & decis. 283. num. 13. p. 3. recent.* igitur si a potestate
27 metienda est voluntas iuxta decis. *Buratt. 24. num. 12. cum alijs allegatis in Jmolen. bonorum 16. Nouembris. 1617. Coram bona mem. Coccino* cessendum extinctiue procedere voluisse bene *Olea de Cession. Jur. tit. 2. quaest. 1 sub numero*
28 *3. vers. & quod* de minore & Ecclesia loquens.
29 Sed in Regno tales reuenditiones

tiones tamet si animo faciendi
fructus pro reemente factæ fue-
rint extinctiue, non translatiue
ipsius reuendentis respectu factæ
dicuntur, & ideo hypothecæ per
ipsum reuendētem impositæ om-
nino euanescunt propter ipsius
tituli resolutionem *ex l. lex vecti-*
gali fundo de pignor. bene *Amat.*
omnino videndus Resolut. 7. num
36.
30 Sed An minor emens aliquod
prædium possit in contractu em-
ptionis apponere pactū de retro-
uendendo? quod non est firman-
31 dum imo tale pactum in conti-
nenti appositum viciatur puro
manente contractu *Paul. de Castr.*
cons. 212. incipio viso tenore in fine
lib. 1. Fab. de Mont. de Empt. & ven-
dit. quæst. 7. p. p. in principio num. 1.
Alciat. in l. post contractum num. 54.
vers. illud tamen ff. de Donat. Man-
tic. de Tacit. & ambig. lib. 4. tit. 28.
num. 44. Fachin. Contr. Iur. lib. 2.
cap. 3. Lar. in Comp. Vit. hom. cap. 23.
num. 22. Narb. dict. quæst. 6. num.
4. vbi dicit quod contrarium
32 non est minus probabile, cum
eo tempore appositum sit pac-
tum quo res non minoris sed ip-
sius vendentis est *Barbos. in l. si*
ad resoluendam num. 5. C. de præd.
& aliis sub. Olea de Cession. Iur. tit.
2. quæst. 8. num. 8. Arias Messa var.
Resol. lib. 3. cap. 25. Gratian. Cap.
242. a num. 1. Balthass. Thomas. de
tut. & cur. trac. 1. tit. 19. cap. 2. de
pact. de retrou. & cap. 3. de prorog.
pact. de retrou. Gutter. de Tutel. p.
2. cap. 5. num. 37. & vide *Simon-*
cell. de Decret. libr. 2. tit. 6. a num.
11. Galt. in prax. tutel. p. 2. Verbo
vtiliter. agat numero 92. & 93.
Merend. Contr. Iur. libr. 1. cap. 49.
33 vbi dicit decisionem ex eo pen-
dere an pactum de retrouenden-
do prius perficiatur quam res
minoris facta fuerit; si enim post
dominium quæsitum pactū per-
ficiatur, euidens est ipsum non
posse subsistere, quia continet
alienationem rei minoris, secus
tamen inquit *Narb. supra numero*
4. post. Foller. Hermos. & alios di-
cendum est in contractu census,
in quo quia tale pactum est de
34 substantia contractus, potest mi-
nor omni neglecta solemnitate
retrouendendi pactum adiicere,
& adiectum prorogare, dicit e-
tiam *Narb. supra* licitum esse mi-
35 nori pactum legis commissoriæ
adiicere, & seruare *Simoncell. de*
Decret. lib. 6. titul. 6. numero 7. &
vide *Boniorn. conf. 15. numero 7.*
inter consil. sicul. per Lunam vbi
36 quod pactum de retrouendendo
requiritur in contractu subiuga-
torio.
37 Sed An si tale pactum non sit
appositum in contractu subiu-
gatorio habeatur pro expresso?
vide *Surd. conf. 318. num. 27. Mut.*
super Bull. num. 216. Intrigl. de Cen-
sib. quæst. 49. num. 8. vbi Addit. lit.
C. Castill. decis. 51. num. 3. & 26.
Hodiern. ad dec. Surd. 2. sub num. 4.

Duard.

Duard. de Censib. in prælud. quæst. 19. num. 14.

38 Ex supradictis infertur quod si testator prohibet censum alienare, non intelligitur prohibere
39 sortem accipere, quia prohibitio alienationis à testatore facta non compræhendit eam, quæ necessitate iuris fit ita *post. Crot. Ferd. Rip. & Giurb. concludit doctissimus Merend. Contr. Jur. lib. 11. cap. 6. a num. 11.*

40 Concurrentibus tamen requisitis de quibus per me *de effect. minor. æt. circa iudic. effect. 13. num. 51. & per Olean dicta quæst. 1. num. 2. remissiue* possunt bona minoris stabilia & etiam bona mobilia pretiosa quæ seruando seruari
41 possunt alienari (quia in alienatione bonorum mobilium pretiosorum desideratur eadem solemnitas, quæ in rerum stabilium alienatione est necessaria Paul *Rub. dec. 318. nu. 27. tom. 1.*)
42 mobilia vero quæ seruando seruari possunt, sunt aurea, argentea margaritæ perlæ seu vniones & his similia vt notat *Peregr. nomine & intellectu de fideicom* Art. 10. *num. 42.* licet inter mobilia connumerentur *Giurb. super consuet. Mess. cap. 12. Gl. 1. num. 2. Ramon. cons. 13. num. 42.* Requisita vero sunt primo auctoritas tutoris vel curatoris *l. neque & l. eum qui C. de auct. tut.* Paul. *Rub. dec. 81. num. 21. tom. 2. Mantic. de Tac. & ambig. conu. lib. 4. tit. 6. num. 1. Hermos. ad Lop. Gl. 6. l. 4 num. 9. Donat. Ant. de Mar. lib. 2. Resol. quotid. cap. 18. num. 9.* quæ auctoritas vt scripsi *effect. 1.* debet statim in
43 ipso negotio adhiberi, non autem postea ex interuallo neque per epistolam *l. obligari. §. tutor ff. de auct. tutor. Inst. eodem titul. §. tutor. l. si quis mihi bona cum Gl. & Bart. num. 3. ff. de acq. hæred.* & cum
44 causæ cognitione, & dicitur tunc interposita cum tutor vel curator dicit se approbare id quod agitur, bene *Mantic. supra num. 2. 3. 4. & 5.*

45 Secundo requiritur iusta causa distrahendi Paul *Rub. dec. 36. num. 65. tom. 1. Barbos. in l. minorum num. 6. 7. 8. & seq.* vbi etiam enumerat causas *C. de præd. & ali. reb. & l. prædia rustica eodem & l. ob æs. eodem Bottill. de Succ. ab Intest. Thero. 82. numero 10.*
46 veluti quod vrgeat æs alienum, vel causa dotis *l. 1. circa principium & l. magis puto §. non passim &c. §. si æs alienum de reb. eor. qui sub tutel. l. lex quæ tutores C. de admin. tut. l. ob æs & l. minorum de præd. sine decreto non alienandis* Paul. *Rub. dec. 328. num. 6. tom. 1.* Scacc. de Iudic. *Caus. Ciuil. lib. 2. cap. 2. num. 386.* vbi inter causas iustas ponit famis necessitatem & pupilli defensionem *Macer. Var. lib. 2. cap. 31. num. 7. Ventur. cons. 12. num. 31. & 33.* vnde *Surd. cons. 115. num. 10. & 27.* dicit quod res minoris non possunt alienari etiam cum solé-

nitatibus *Balthass. Thom tract. 8. de*
Tut. & Curat. tit. 19. num. 3538.
vbi de causis & tract. 1. tit. 19. num.
214. Mier. *de Maior. p. 4. q.* 1. *limit.*
4. sub num. 5. dicit quod iusta cau-
sa est si alienentur pro redimen-
do a captiuitate personā coniun-
ctā vel quando vsuræ æris alieni
superant fructus bonorum mi-
noris *Pacific. de salu. interd. insp. 3.*
cap. 2. a num. 131. Bilott. dec. 9. num.
11. Bellon. cons. 78. num. 13. & 14.
Menoch. *cons. 589. num 1. & num. 2.*
& seq. de causis alienationis *Pe-*
regr. dec. 11. sub num. 11. Cyriac. *Contr.*
29. num. 56. & Contr. 182. nu. 56.
Ricc. dec. Cur. Arch. Neapol. *226. p.*
p. a num. 1. & Collect. 3941. Marc.
ab Ang *cons. 93. num. 1.* Pancirol. *cons.*
176. num. 6. Rauden*s. Resp. 36.*
tom. 2. Hermos. ad Lop. Gl. 4. *leg. 4.*
num. 1. & 2. vbi quando dicatur
47 vrgere æs alienum *& num. 3.* vbi
etiam quod isto casu ultra cau-
sam requiruntur solemnitates &
vide infra num. 203. & Gl. 6. *l. 4.*
tit. 3. p. 5. sub num 2. vers. primum
Ciarl. *cap. 196. num 3. 13. & 14.*
48 vbi non solum ob æs alienum,
sed etiam ob aliam similem cau-
sam, puta pro domo reparanda,
vel redimenda ne cadat in com-
missum, & *Cap. 217. num. 18.* vbi
49 an sit necesse quod vrgeant cre-
ditores iudicialiter *d'Andr. contr.*
28. num. 1. Sperell. dec. 154. nu. 109.
Gratian. cap. 155. nu. 34. vbi quod
non requiritur necessario vt con-
tra minores executio immineat

per relaxationem mādati sed suf-
ficit quod creditores instent &
debitum petant, idem de instan-
tia creditorum dicunt *Rimild. Iun.*
cons. 247. num. 33. lib. 3. Roland.
cons. 33. num. 2. & 3. lib. 1. Menoch.
Cas. *171. num. 3.* Cald. *de empt. cap.*
13. num. 54. & Castill dec. 18. a nu.
22. vsque ad nu. 30. Pacific. de salu.
interd. insp. 3. cap. 2. num. 135. Bar-
del. cons. 58. num. 30. 31. & 32.
Corn. *cons. 208. num. 2. lib. 3. Ber.*
cons. 183. lib. 1. Castill *dec. 18. num.*
21. & seq. & num. 34. & seq. Vir-
gil. de legit. pers. pupill. cap. 1. num. 32.
& cap. 2. de legit. pers. adult. num. 28.
Simonc. *de* Decr. *lib. 1. tit. 1. num. 35.*
& seq. & lib. 3 tit. 8. num. 90. Cenc.
de Cens. quæst. 15. num. 27. & seq.
vbi quæ sint iustæ causæ Mantic.
loco citato num. 6. & num. 7. notat
50 quod non dicitur causa iusta ven-
ditionis quod res sint factæ de-
teriores propter bellum, quia nō
est perpetua & de dote *Pacific. de*
Salu. interd. insp. 3. Cap. 2. a num. 542.
& circa æs alienum vide *Surd.*
cons. 191. num. 17. Eugen. cons. 45. nu.
14. Simonc. de Decret lib. 3. tit. 8. nu.
126. Menoch. de Arb cas. 171. num.
6. Cagnol. in l. Vnic. num. 29 ff si quis
ius dic. non obtemp. & quod bona
minoris possint vendi vt ex eis
alatur *Surd. de aliment. titul. 1. quæst.*
37. nu. 17. & priuileg. 45. vbi quo-
modo procedat *Raudens. Resp. 7.*
num. 16. tom. 1. inquit quod bona
minoris possunt alienari, quan-
do sunt subiecta periculis casibus,
& tem-

& tempestatibus *Rouit cons.13. nu. 22. lib. 2.* vbi quod possunt alienari propter circumstantes tyrannos qui possunt ea inuadere & occupare *Farinac. decis. 675. nu. 2. par. tom. 2.* dicit quod bona stabilia minorum possunt alienari quando fœnus & vsurę superant fructus bonorum vel vt dos detur marito recusante recipere dotem in stabilibus *Decian. cons. 2. lib. 4. num. 9.* dicit quod tutor potest vendere vt emat boues & alia necessaria pro cultura.

51 Et ideo tutor potest vendere bona immobilia minoris pro dotandis eius sororibus *Fontan. de pact. Nupt. Claus. 5. Gl. 3. num. 29. Hermos. ad Lop. Gl. 4. l. 4. in fine* licèt minor possit restitui aduersus excessiuam dotationem factam sorori vt ad congruitatem reducatur *Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quæst. 20. num. 2. scripsi infra in effect.* de dote licet alias non possit immobilia alienare nec mobilia quæ seruando seruari possunt *Balthass. Thomas. de Tut. & Curat. tract. 8. tit. 19. num. 3597.*

52 Et si tutor non vendit bona pupilli ære alieno vrgente ad omnia damna & interesse pupillo tenetur *Depont. cons. 37. num. 2. & seq.*

Sed An possint bona stabilia minoris alienari pro soluendo salario Doctoribus, famulis, medicis, & procuratoribus? *Zacch. de Salario quæst. 39. per totam* negatiuam tenet opinionem si fructus dictorum bonorum, sufficiunt, secus si non sufficiant. vide ad materiam quæ scripsi *de Citat. tom. 2. in addit ad q. 19. num. 219. & 220. & tom. 3. in annot. ad dictam quæstionem sub num. 131. & 132. Gallup. in prax. p. 4. Cap. 3. a num. 40.*

53 Tertio requiritur quod æs alienum ex alijs bonis mobilibus solui non possit *dicta l. 1. circa principium de reb. eor. Mantic. loco citato Capyc. latr. dec. 19. num. 1. Simoncell. supra num. 44. Hermos. dicta Gl. 2. l. 4.* & vide infra vel ex pecunia, & nominibus debitorum *Carleual. de Judic. lib. 1. tit. 3. disput. 1. sub num. 8. Balth. Thom. trac. 2. de Tut. tit. 19. cap. 7. num. 210. Pacific. de Salu. interd. Jusp. 3. cap. 2. num. 136.*

54 Quarto requiritur quod hoc iudici constet ex bonorum discussione *l. magis puto §. non passim & §. 1. de reb. eor. & l. lex quæ tutores C. de admin. tut.* nam prius mobilia sunt excutienda, quibus non inuentis tunc bona soli distrahi debent, vnde debet iudicis interloquutoria præcedere, per quam declaretur bona mobilia non extare *Mantic. loco citato num. 11. post. Angel. Fab. de Mont. Paris. & Roland. Bardellon. cons. 18. num. 32. Gratian cap. 115. num. 35. & num. 36. & 37.* vbi quod stante iudicis decreto hoc præsumitur factum *Macer. Var. lib. 2. Resol. 31 num. 12. & 13.* Sed hoc in praxi non seruatur.

Sed

55 Sed An ad ostendendum adesse bona mobilia sufficiat ostendere inuentarium bonorum hæreditariorum patris minoris, in quo apparent fuisse descripta nonnulla mobilia? negatiue respondet *Abruz. in §. nunc admonendi sub num.* 104. quia potuerunt vendi pro soluendis alijs debitis, maxime si inuentarium non est factum de recenti.

56 Quinto requiritur quod distrahatur res minus vtilis *l. & si fine §. 1. de minor. l. magis puto §. non passim vers. cum prætor de reb. eor. Paul. Rub dec.* 36. *num.* 77. *tom.* 1. *Afflict. dec.* 249. *num.* 1 *vers. quinto Simoc. vbi supra num* 50. *Hermos. ad Lop. Gl.* 6. *l.* 4. *num.* 4. *&* 5. *Roland. consf.* 60. *num* 9. *lib.* 4. Et ne

57 pro modico æ e alieno res magni pretij distrahatur, dicto §. 1. *Afflict. vbi supra Roland. loco citato Mantic. supra num.* 13. *Arias de Mess. lib. 1. var. Resol. cap.* 30. *num.* 5. *Hermos. loco citato num.* 6. *Riminald. consf.* 247. *num.* 3. *&* 36. *Rauidens. decis.* 31. *num.* 2 18. *Ciarl. Cap.* 217. *num.* 13. *&* 14. *Balthass. Thomass. trac. 1. de tut. & Cur. tit.* 18. *cap.* 2. *de mod. contrah. num.* 13. *&* 14. *& tit.* 19. *cap.* 7. *num.* 210. *&* 211.

58 Intellige si in patrimonio minoris sit prædium, quod possit vendi vsque ad concurrentem quantitatem æris alieni, vel quãdo prædia coniuncta possunt cõmode æquo pretio pro parte distrahi, tunc enim decretum quod integra distrahantur tãquam obreptitium nullius est momenti. sed si pro parte iusto pretio vendi non possunt, nec aliunde æs alienum solui potest valet decretum vt tota res distrahatur *Bald. consf.* 75 *lib.* 1. *Tepat. Var. sent. lib.* 2. *de reb. eor. fol.* 127. *col.* 1. *Menoch. consf.* 214. *num,* 33. *in fine & consf.* 287.

59 *num.* 21. tota namque res maioris est æstimationis quam si in partes diuidatur *l. melius §. vlt. ff. famil. ercis. Bald. in l.* 1. *nu.* 3. *Sabel. num.* 4. *C. com diu. Cyriac. contr.* 308. *num.* 13. *&* 14.

60 Sexto requiritur decretum iudicis iusta causa venditionis interueniente vt supra *l.* 1. *in principio & l. si pupillorum §. si prætor & toto tit. de reb. eor. & tot. tit. de prædi. min. sin decr. non alien l. lex quæ tutores* (*de admin. tutor Balthass. Thom. trac.* 7. *decad.* 3. *de decr. Iud. tit.* 19. *Scacc. de Iudic. lib* 2. *cap.* 2. *num.* 286. *Gomez. Var Resol. tom.* 2 *cap.* 14. *num.* 13. *Escob. Corr. de vtroq. for. Art.* 2. *de defect. solemn. num.* 76. *&* 77. vbi quod sicut alienatio rerum immobilium pupilli absque decreto est nulla ipso iure ita etiam erit nulla in foro conscientiæ nec possessor habebit titulum sufficientem ad retinendum sed tenebitur ad restitutionem *& num.* 82 loquitur etiam de alienatione mobilium quæ seruando seruari possunt *Bottill. de Succ. ab intest. tit. tul. de Bonum. Succ. Theor.* 82. *Cap.* 2. *num.* 10. *Paul. Rub. decis.* 9 *num.*

18.

Bb 2

12. tom. 2. vbi causa debet esse per Iudicem diligenter cognita Ripol. var. Cap. 11. de Empt. num. 326. Surd. cons. 574. num. 15. Peregr. cons. 75. num. 1. lib. 2. & cons. 83. num. 9. eodem Ball. super Bull. quaest. 30. num. 22. Mastrill. dec. 217. num. 16. Octob. dec. 182. num. 13. Pollicc. ill. 99. quaest. 41. cap. 15. vers. secundo probatur Adest. Cap. Imp. Car. 78. Menoch. conf. 114. num. 58. & cons. 405. num. 12. cons. 926. num. 20. & cons. 1075. num. 4. Bocca. omnino super Const. March. Gl. 4. a num. 4. vbi multa ad materiam Ventur. cons. 12. num. 67. Malnas. cons. 115. num. 11. Mut. Consuet. 51. num. 2. Corn. cons. 93. videtur prima facie col. 1. lib. 1. Donad. de Renunc. cap. 29. num. 86. 88. 89. 91. & 98. Hermos. ad Lops

61 Gl. 6. l. 4. a num. 1. vbi ponit necessaria ad iustitiam causae & Gl. 7. l. 4. tit. 5. num. 1. & seq. & num.

62 26. verum decretum debeat praecedere subhastationem vel subsequi Cald. de Empt. Cap. 13. num. 1. Hodiern. ad dec. Surd. 178. num. 22. Capyc. latr. dec. 57. sub num. 50. Nouar qq. for 128. num. 4. Macer. Var. lib. 2. Resol. 51. Mantic. loco citato num. 18. & 16. Panciról. cons. 117. num. 38. Gutter. de Tutel. p. 2. cap. 5. num.

63 8. vbi quod alias venditio est nulla, nec est necessaria restitutio, quia minor seruatur illaesus & nu.

64 9. inquit quod minor & eius haeres non solum possunt agere cōtra emptorem, sed etiam contra quoscunque possessores vniuersales, & particulares Virgil. vbi supra & cap. 2. de legit. pers. adult. num. 28. Simonc. de decret. lib. 1. tit. 1. num. 17. cum plur. seq. & tit. 2. nu. 2. circa finem Cyriac. dicta Contr. 29. num. 57. & Contr. 188. num. 1.

65 dicit quod decretum pro contractu ineundo a minore est stricti iuris & non potest extendi vltra quam loquitur, & in eo est expresse permissum, & Contr. 189. num. 5. & 6. idem dicunt Menoch. de Arb. Jud cas. 171. Bero cons. 124. num. 21. lib. 1. & cons. 182. num. 9. Bald. in l. si pupillorum §. si praetor. vbi Alex. num. 2. & Ias. num. 13. ff. de reb. cor. Molin. de primog. Hysp. lib. 4. cap. 5. num. 11. Cald. de empt. cap. 13. num. 54. Cyriac. Contr. 188. num. 11. tom. 1. Rub. dec. Rot. Rom. tom. 1. p. 2. decis. 594. num. 41. Hieron. de Leo. dec. 169. lib. 2. num. 8. 9. & 10. & dicta Contr. 189. num. 26. dicit Cyr. quod si iudex in suo decreto permittit minorem domum con-

277 gelum loqui de molendinis ita ruinosis vt periculum sit in morã si absque iudicis authoritate non vendantur, sic etiam illum intelligit *Surd. de aliment. priuil.* 45. *num.* 4. Secundo dicit doctrinam Angeli & aliorum locum sibi vendicare in illis molendinis, quæ ad instar nauium super flumine ambulant, quorum meminit *Bart. in l. quo minus quæst.* 18 *ff. de flumin. Paul. in l. fluminum in principio ff. de damn. infect.* sed *Gutter supra vers. quid dicendum* dicit quod ipse nõ recedit a distinctione supradicta, & quod non admittit primam Auend. responsionem, quia raro aut nunquam verificari potest eius dictum, quia nullum periculum ita repente contingere potest, quin locus sit obseruandis iuris solemnitatibus. Sed vide *Surd. de alim. priuil.* 45. *dicto nu.* 4. qui dicit quod Angel non dicit molendina posse alienari sine solemnitate sed solum posse alienari vnde infert quod Angelus non meretur reprehendi.

Sed quæ veniant molendini appellatione an scilicet Asinæ molendinariæ, molæ, ferramenta, & alia similia? *Gl. & Albert. in l. cum delaniotis* §. *asinam molendinariam ff. de fund. Instr.* Molign. *de appell. V. J. sign. num.* 739. *verbo molẽdini appell. Barbos. in eodem tract. appell.* 153. *Bald. cons.* 107. *cogitans lib.* 3. *Ias. in l.* 2. §. *appellata col.* 1. *vers.* 2. *limit. si cert. pet. & in l. quo minus nu.* 113. *& seq. de flum. Barbos. de appell. V. I. signific. lit. M. appell.* 153. *Molignat. in eodem tract. a Barbos. non citatus lit.* M. *num.* 739.

An eo vendito dicatur vendita aqua? *Bellon. cons.* 27. *Decian. Resp.* 58 *num.* 7. *lib.* 1. Menoch. *cons.* 1211. *num.* 9. & 19. *Carroc. singul.* 589. vbi vendito molendino venit ius aquæ fistulæ & canalis licet non deseruiant.

An possit construi a quolibet? *Cost. cons.* 74. *Cutell. Orat.* 8. *nu.* 27. *scripsi de eff. minor. eff.* 6 9. *num.* 11. *Parlad. rer. quotid diff.* 54. §. 2. & 3.

Quid socio inuito? *Beun. cons.* 149. *n.* 2. *Iason. in l. quo minus num.* 83. *cum seq. de flum. vbi Rip. num.* 82. *idem Ias. num.* 17. & 182. *eadem l. Afflict. dec.* 388. *num.* 11. & 12. *Menoch. de recup. poss. remed.* 6. *num.* 114. *cum seq.*

An possit construi si adest aliud molendinum? *Pont. de pot. proreg. tit. de diu. prouis. tit. de merc. seu nundin. num.* 6. & *seq. Sperell. decis.* 55. *Rosent. de feud. c.* 5. *concl.* 29.

Ædificatum in territorio burgensatico feudi super aqua feudali an dicatur feudale? *Randel. de pasc. defens. & aq. fol.* 124. *verbo molendina. Barbat. de fruct. diuis. p.* 2. *cap.* 3. *nu.* 81.

An

An sit prædium rusticũ? *Mut. consuet* 12. *num.* 41. *Gratian. in addit. ad decis.* 96. *num.* 2. & *num.* 3. an sit de pertinentijs *Oppidi & Ciuitatis*.

An dicatur nouum si eo destructo reædificetur? *Ball. super bull. q.* 16. *num.* 4. & 7. *Cenc. de Cens. q.* 101 *a num.* 12. *Tusc. Verbo molendinum. concl.* 304. *num.* 20. & *Verbo reficere concl.* 80. *num.* 2.

Quid de Ecclesia, domo, vel Castello, & an priuilegium eis concessum sit destructum, & an subiugario super domo reædificata subsistat? vide *Giroud. de priuileg. quæst.* 135. *a num.* 72. *Mut. super Cap. R. Iacob.* 40. *num.* 13. & *seq. Tasson. de Antefat. vers.* 4. *obseru.* 5. *a num.* 57. *Gratian. cap.* 84. *a num.* 14. *Bellon. cons.* 1. *a num.* 7. *Ball. super bull. quæst.* 16. *a num.* 3. & 10. *Cenc. de Censib. quæst.* 101. *a num.* 12. *Fan. de pign. p. m.* 6. *p. num.* 37. *Mastrill. ad Gregor. de Cens. quæst.* 5. *num.* 134. *Duard. de Cens. in proem. quæst.* 3. *num.* 24. & §. 5. *quæst.* 3. Et an requiratur licentia Episcopi si Ecclesia reædificetur *Borell. de Reg. Cathol. præst. cap.* 37. *num.* 10. *cum seq. Lothe. de re benefic. lib.* 3. *quæst.* 4. *a num.* 62.

Baro an possit prohibere vassallis ne eant ad molendum in aliena molendina præterquam in sua, & quid de vniuersitate, & quid si vassalli vel ciues acquieuerint prohibitioni? *Barbat. de diuis. fruct. p. p. c.* 3. *nu.* 78. *Oynot. de Rer. diuis.* §. *flumina num.* 17. & *de interdict.* §. *summa num.* 62. *Viu. dec.* 493. *nu.* 12. *Ann. singul.* 116. & 557. *Socc. cons.* 272. *vol.* 2. *Boer. dec.* 125. *Albert. brun. cons.* 56. *Riminal. Iun. cons.* 81. *num.* 16. & 18. *Borell. cons.* 3. *Gom. in l.* 46. *num.* 6. *Nouar. de Grau. vass. Grau.* 65. *Rosent. de feud. cap.* 5. *concl.* 26.

Et an quis possit capi in molendino? *Scripsi tom.* 2. *de Cit. in addit. ad q.* 42. *num.* 26.

Et donato molendino cũ quibusdam pactis licet aquarum impetu & ventorum vi maxima illud corruerit attamen donatarius tenetur pacta seruare *Polidor. Rip. obs.* 207. *num.* 3.

278 Fallit decimo tertio (redeundo vnde digressi sumus) quando minor alieno nomine contraheret, puta vti procurator, quia tunc solemnitates non requiruntur *Abruz. in* §. *nunc admonende nu.* 72. *Griuell. dec. Dol* 10. *num.* 10. *Groff. dicto* §. 33. *num.* 58. *ex Intrigl. Mut. &* Tiraq. *scripsi eff.* 1. *nu.* 313. vel contraheret tanquã hæres patris *Farin. dec. Rot. Rom.* 776. *num.* 3. *p.* 2. *tom.* 2.

280 Fallit decimo quarto vbi creditor rem pupilli pignoris iure acceptam vendit *l. si pupillorum* §. *si pupillus ff. de reb. eor. Surd. cons.* 30. *a num.* 7. *ad finem &* cons. 191. *num.* 18. *Tepat. Var. sent. lib.* 2. *de reb. eor. fol.* 127. *a tergo col.* 2. *Balthass. Thomas. tract.* 1. *tit.* 18. *cap.* 2. *de mod. contrah. num.* 21. & *trac.* 8. *tit.* 19. *num.* 3546.

Mareſt. var. reſolut. lib. 2. cap. 91. num. 5. Farin. dec. Rot. Roman 545. num. 8. p. 2. tom. 2. Paul. Rub. *dec. 16. num. 66. tom. 1. Bero. conſ. 41. num. 47. lib. 1. Ceſal. conſ. 579. num. 8. Nauar. qq for. 128. num. 1. lib. 2.* vbi di-
281 cit procedere quando res eſſet
obligata cum decreto iudicis
propter duas rationes, prima
282 quia creditor non vendit nomi-
ne pupilli, ſed vendit iure ſuo
283 rem pupilli, ſecunda quia decre-
tum interpoſitum ſuper aliquo
cenſetur interpoſitum ſuper om-
ni eo quod ſequitur ex illo *Vergil. dicto cap. 1. num. 46. Salgad. Labyr. Cred. p. p. Cap. 1. §. 2. num. 21. Arias de Meſ. Var. Reſol. lib. 3. cap. 27. 4 num. 2. Mut. Conſuet. 11. num. 77. & ſeq. Hermoſ. ad Lop. l. 7. Gl. 4. tit. 5. p. 5. num. 40. Redoan. de reb. Eccl. non alien quæſt. 11. cap. 14. num. 2. & num. 1.* loquutus fuit de creditoribus Eccleſiæ *& num. 5. & 6.* vbi dicit procedere pro vt ſupra dixi quando a principio ſolemniter fuerunt hypothecatæ pro vt de iure requiritur.

Et aduerte quod ſi bona minoris obligata a creditoribus vēdantur ſi magno detrimento afficitur minor reſtituendus eſt *l. 1. C. ſi adu. vendit l. ſi ex cauſa in princ. ff. de minor* Boccac. *ſuper* Conſt. *March. Gl. 8. num. 141.* vbi etiam an reſtituatur aduerſus pignora conuentionalia diſtracta & quid in pignore prætorio.

284 Fallit decimo quinto quando
alienatur ſpes fideicommiſſi reciproci inter fratres *Gutter ſupra num. 70.* & vide ad materiam *Balthaſ. Thom. de* Tut. & Cur. *de auth. & pot. tut. tit. 19. cap. 80. de fideic. reciproc. remiſſ. num. 450. & tr. 7. tit. 19. num. 3136.*

285 Fallit decimo ſexto in minore
plenarie habilitato ad omnia ne-
gotia, & contractus, quia po-
teſt alienare ſine ſolemnitatibus,
vel in diſpenſato in aliquo actu
particulari, quia in illo etiam
nō requiruntur *Cyriac.* Contr. 200.
286 *num. 24. & 25.* & poteſt hoc prin-
ceps facere *num. 26. & Contr. 219.*
287 *num. 5. & 6.* inquit quod diſpen-
ſatus ad vnum contractum, puta
ad vendendum non poteſt obli-
gare, vel facere alium etiam ſi in
eo vigeret minor difficultas, &
288 *num. 24.* inquit quod diſpen-
ſatio emanans a principe indubio
intelligitur, vt ſit conformis iu-
ri communi *& num. 32. & ſeq.* di-
289 cit quod diſpenſatus in vno non
dicitur diſpēſatus in alio, & quod
290 diſpenſatio non extenditur ad de-
fectus ſuppreſſos, & ad non ex-
preſſa in precibus, vnde infert
291 quod habilitatio conceſſa mino-
ri ad alienandum pro debitis prę-
teritis non extenditur ad debita
contrahenda, & multo minus ad
debita alterius, & quod ſi reſcrip-
tum poſtulat neceſſitatem, debet
292 eſſe de præſenti, & quod non ex-
tenditur ad caſus, in quibus mi-
litat maior ratio diſpenſandi, &
quod

293 quod vbi dispensatio est nulla
propter obreptionem, vel sub-
reptionem, vel quia non com-
præhendit causam, pro qua fa-
cta est alienatio, actio ipsi mino-
ri conseruatur, & *Contr. 217. nu.*
294 *39. & 40.* dicit quod dispensa-
tio principis quæ emanauit ad
integrandum defectum minoris
ætatis, non supplet defectum læ-
sionis enormissimæ in pretio, vti
295 quid diuersum, & quod dispen-
satio est stricti iuris, & non fit
extensio etiam ad id quod minus
est *& Contr. 323. num. 35.* dicit
296 quod habilitatus ad vnum actū
in cæteris reputatur minor, &
vide *Contr. 457. num. 16. & 20.*
Et aduerte cum *Rot. Rom. dec.
nouiss. p. 2. dec. 84. num. 4. & seq.*
297 quod licentia de vendendo bona
pupilli intelligitur seruatis debi-
tis solemnitatibus, & quod si
298 Princeps specialiter concedit li-
centiam vendendi rem pupilli, li-
cet non requiratur decretum,
nihilominus causa vendendi co-
ram ipso iudice inquiri debet, &
299 quod minor qui specialiter ius
venditionis obtinuit a principe,
debet postea apud præsidem pro-
bare subesse æs alienum, nec a-
lias commodius posse distrahi
*Paul. Rub. Resolut. pract. cap. 4. nu.
331.* vbi si princeps specialiter cō-
cedit licentiam vendendi bona
pupilli licet non requiratur de-
cretum iudicis nihilominus cau-
sa quare pupilli bona sunt ven-
denda coram ipso iudice inquiri
debet & debet probare subesse
æs alienum nec alias commodius
posse distrahi *& num. 338.* dicit
quod licentia concessa a princi-
pe de vendendo bona pupilli in-
telligitur seruatis debitis solem-
nitatibus nisi minori concedat vt
distrahat bona stabilia ac si esset
maior *& num. 338.* quærit quid si
minor sit dispensatus a principe
ad distrahendum bona stabilia
absque solemnitatibus statuti An
nihilominus teneatur seruare il-
las iuris communis, & adducit
DD. pro & contra vt per eum
*Bardellon. cons. 162. num. 3. 4. 5. &
6.* vbi si priceps habilitet mino-
rem ad alienandum certum præ-
dium licet decreto opus non sit
tamen tenetur minor habilitatus
iustificare causam legitimam ven-
dendi illud prædium coram iu-
dice sicut in simili habilitatus ad
venditionem feudi tenetur serua-
re cæteras solemnitates & Mo-
nachus dispensatus ad testamenti
factionem arctatur ad solemnita-
tes testamentarias seruandas, &
licentia data patri vt possit alie-
nare bona filij intelligitur serua-
tis solemnitatibus & cum iudicis
decreto.
300 Fallit decimo septimo si ea le-
ge, conditione, vel facultate
acquisita res est, vt alienetur *Me-
dic. exam. 29. num. 3. post Menoch. Al-
bert. Brun. Socc. & alios.*
Sed An per consuetudinem in-
duci

duci possit vt bona immobilia mi
noris sine decreto alienētur? *Ma-
cer.Var. lib. 3. Resol. 40. a num. 55.*
301 Alias limitationes, vide *in ef-
fect. 1. & 2. Boccac. super* Const. March.
Gl. *8. a n. 47. cum plur. seq. & per Si-
monc. de decret. lib. 3. tit. 8. per Thomas.
supra & Hermos. dicta* Gl 7. *l. 4.* vbi
302 limitat in hypotheca legali taci-
ta, quæ a lege inducitur, vt in re-
bus illatis in domum conductā,
303 vel quādo alienaret pro redimē-
do se, vel patre a carcere, vel cap-
304 tiuitate, vel alienaret in vltima
voluntate, vel quando res erat le-
305 gitimè obligata, seu alienata, vel
hypothecata, vel quando alienat
306 in consequentiam præcedentis
contractus vt scripsi supra.

Hinc *Bolognett. in l. singularia nu.
58. ff. si cert. pet.* recte dicit quod si
307 res pupilli fuit alteri legitime vē-
dita, sed emptor in tempore non
soluit pecuniam, quod tutor sine
solemnitate potest soluere pretiū
& retinere sibi res illas ex *l. tutor
rerum vlt. ff. de admin. tut.* & rationē
308 dicit esse quia iam est separata a
rebus pupilli, & apparet quod
venditio non fit cum fraude & tu-
tor subrogatur in locū emptorū
*Tepat. Var. sent. lib. 2. de reb. cor. fol.
127. at. col. 1 in fine Balthas. Thomas. de
tut. tract. 1. tit. 18. cap. 2. de mod. contrah.
nu. 40.* licet alias tutor non possit
emere bona pupilli *idem tr. 8. tit.
19. cap. 15 a nu. 38 & 5.*
309 Quid si minor promiserit de e-
uictione An teneatur stante nulli-
tate venditionis? *Cyriac. Contr. 196.
n. 55.* inquit quod quando cōtra-
ctus annullatur ratione personæ
alienantis, tunc si persona prohi-
bita alienat, & promittit de euic-
tione, nō tenet promissio tanquā
accessoria, sicut nec principalis
contractus, & *n. 56.* dicit idē pro-
310 cedere in fideiussore, qui pro mi-
nore fideiubet de euictione, vt
neque obligetur *& vide Cōtr. 457
idem dicit Escob. Carr. de vero for. Art.
2. de defect. solemnitatis nu. 54. Joan.
Aloys. de septimo super cap. volētes* R.
Federici qui adducit tex. in l. si ii C. *de
præd. min.* vbi si minor alienet con-
tra legis prohibitionem nec pro-
missio de euictione nec pignora
propria nec fideiussoris obliga-
tio tenet & rationē dicit esse quia
in effectu per indirectum impedi-
retur reuocatio alienationis mi-
noris & hoc voluit Bart. *in l. cū lex
col. 1. ff. de fideiussor. & in l. fin.* & quia
prohibitus alienare a lege prohi-
betur etiā omnia facere per quæ
per indirectū alienatio cōfirma-
retur *Gl. in l. si ita quis §. ea lege ff. de
verb. oblig. hac ille* & quo ad fideius-
sorē *Ferd. Bonior. super dicto cap. Ca-
roli 78. ex l. fideiussor. § fideiussor. ff. de
fideiuss.* & licet nō obligetur vt fi-
deiussor, obligatur vti expromis-
sor Machel *patroc. 58. nu. 8. & vide*
Pyrr. Maur. *de fideiuss. 2. p princ. tit.
1. cap. 5. nu. 22. & 25 & quæ scripsi
de effect. min. at. circa iudic. eff. 1.
nu. 25. & 50. & supra eff. 2. nu. 88.
& de tutore & curatore vide effect.
2. a nu. 89. & vide* Iallong. Racem. 10.
311 Quid dicendum si tertius alie-

net alteri rem personæ prohibitæ & nomine eiusdem personæ prohibitæ & nomine illius etiã promictat de Euictione? dic illud idẽ quod dictum est supra vt non teneatur minor *Cyriac. dicta Contr. 196. num. 57. & 58.*

312 Quid si iste tertius, qui alienat nomine personæ prohibitæ, obligat se principaliter de Euictione, vel vendat nomine proprio, & obliget etiam se nomine proprio? dic quod licet alienatio sit nulla, tamen promissio euictionis tenet *Cyriac. supra num. 59. & nu. 60. dicit se vidisse decisũ.*

313 Et aduerte quod si quis fecit contractum nomine pupilli, qui potest prætendi nullus, si ipse postea succedat minori non potest nullitatem allegare *Mut. Consue. 51. num. 91.* vbi etiam in simili

314 quod nullitas sententiæ non potest intentari a iudice, qui eam tulit, & successit in locum illius, qui eam potest dicere nullam.

315 Aduerte etiam quod minor potest restitui aduersus alienationem rei suæ, & si omnia solemnia interuenerint si adest læsio *Capyc. latr. dec. 47. num. 10. & 11. Balthass. Thomass. tract. 1. de tut. & Curat. tit. 19. Cap. 7. de vend. & alien. bon. pupill. nu. 202. Capyc. latr. Consult. 121. nu. 46. to. 2.* vbi quod hoc casu læ-

316 sio non debet esse in sexta parte, sed grandis saltim in tertia, vel quarta parte *Ventur conf. 12. num. 133. Ricc. in prax. Var. Resol. Resol. 463. nu. 6. Cyriac. Contr. 303. nu. 80. & 90. Decian. conf. 16. nu. 38. lib. 5. Sforz. de Rest. quæst. 22. Art. 8. num.*

317 *56.* Nisi illam iam confirmauerit, ratamque habuerit *Barbos. in l. nec si maior C. si in com. ead. caus.*

318 Sicut etiam restituitur aduersus alienationẽ rei, quæ fuit suorum maiorum, etiam in casu quo non esset restituendus *Staib. de Interess. in gener. lib. 1. q. 4. nu. 35. & q. 11. nu. 9. & 10. Tiraq. in præfat. de retrac. nu. 34. Font. dec. 47. nu. 15. Merlin. Contr. 93. nu.* 10. & dicitur læsus *Decian. resp. 32. nu. 31. lib. 4. & Resp. 20. nu. 45. lib. 5. Giurb. dec. 78. sub n. 13. Cornaz. dec. 135. nu. 13.* vbi

319 quod alienando res suorũ maiorũ dicitur ipso iure lęsus *Sanfelic. dec. 101. n. 4. t. 1. Capyc. latr. dec. 47. n. 53.*

Non tamen restituitur si alienauerit bona pro redemptione captiuorum, ad cuius redemptionem tenebatur *Barbos. in Authen. si captiui num. 7. C. de Episc. & Cler.*

320 Aduerte tertio quod minor existẽs in vno loco nõ potest alienare bona sita in alio sine solẽnitatib' illius loci *Riminal. cõs. 437. in. 1.*

321 Sed An minor possit emere bona immobilia sine decreto? vide *Peres de Lar. in Comp. vit. hom. cap. 23. n. 20.* potest tamen sine aucto-

322 ritate tutoris & curatoris decreto retrahere *Mut. Cõsue. 26. n. 95.* vbi

323 dicit rationem esse quia minor facit conditionem suã meliorem &

324 *n. 191.* dicit quod potest reuendere absque decreto rem retrahendam, sed vide scripta supra.

Et an solemnitates requisitę in contra-

contractu requirantur etiam in distractu? Quod sic dicit *Osasc.decis. 52.num.13.* vbi sicut decretum requiritur in contractu minoris ita etiam requiritur in distractu *Surd.cons.136.num.19. Barbos.in l. si ad resoluendum num. 9. C. de praed. & alijs reb. Cost. cons. 60. num. 16. vide effect.11.n.45. scripsi de effectib. min.aet.circa indic.effect.1.num. 203.*

Et ratio est euidentissima quia distractus eiusdem est naturae sicut contractus *Osasc.supra num.10. 11.12. Giurb. decis. 49. num.12. Mising. Cent. 6. Obs.69. num. 9. Rodor. de Ann.reddit. lib. 3. quaest. 10. num. 24. Peres de Lar. in comp. vit. hom. cap.22.num.62. Iulian.consil. 22. nu. 29. & 30. inter consil. fiscal. per Lun.* ex quo infert quod resolutio cōtractus non potest ex voluntate vnius dependere idem dicit *Sicom. ibidem cons. 23. nu. 3. & 56.* licet contrarium dicat *Lun. in addit. ad dictū consil. 22. in addit. ad num. 31.*

Hinc *Giurb. dec. 49. num. 14 & decis. 115. num. 12.* dicit quod distractus est executiuus sicut contractus & ibi etiam dicit rem ita se habere in pactis seruandis insuper dicit quod executio quae ad pretium consequendum competit venditori eadem ad solutum repetendum emptori competit, & eadem est lex contractus & distractus *Belusf. in repet. §. contrahentes de for comp. num. 9.*

Et ideo declarata adiudicatione nulla omnia ad pristinum sunt reducenda & fructus percepti restituēdi eadem via executiua pacto de non opponendo & ad discursum pro vt actum fuit *Intrigl. singul. 174. num. 83. lib. 2. Mut. deci 21. num. 1. Giurb. dec. 49. num. 14. & dec. 89. num. 1. Abruz. de mod. proc. sum. & de plan. p. p. cap. 5. num. 53. & p. 2. cap. 2. num. 12. Mut. in addit. ad Cap. 112. Reg. Alfons. lit. XX.*

Et an princeps possit validare contractum sine solemnitate ciuili factum? *Escobar. a Corr.* in notulis ad tractatum de vtroque fo, 10 *in add. ad Art. 2. pass. num.* 104. *num.* 4. *to.* 2. primo arguit pro & contra & pro affirmatiua adducit primo quia princeps omnimodam potestatem habet circa ea quae sunt iuris positiui & salutem ex certa scientia & cum cognitione causae potest princeps robur actui praestare quo ad solemnitatem sicut quo ad validitatem etiam in tertij praeiudicium secundo quia princeps potest fingere solēnitates obseruatas fuisse, vel iure non fuisse introductas & sic supplere insinuationē omissam in donatione validare processum nullum & contractus cū minoribus & mulieribus celebratos omissa statutorum forma *ex Mastrill. de magistr. lib. 3. cap. 4. ex n. 33.* pro contraria vero opinione adducit quia cōtractus quatenus a cōsensu & volūtate cōtrahētiū proficiscūtur iuris naturalis sunt & princeps nullā habet potestatē

circa ea quæ iuris naturalis sunt Secundo quia ex tali contractu nullo quæsitum est ius ipsis contrahentibus vt ex eo obligati non maneant & certum est quod princeps Ius alteri quæsitum tollere non potest etiam de plenitudine potestatis & ex certa scientia, prętcrea princeps efficere nō potest vt præstetur fides scripturę nō solemni Tandem *nu. 6.* pro veritate quęstionis plures casus distinguit Aut contractus defectus ex natura ipsa procedit Aut ex ciuili constitutione primo casu actum validare non potest quia supra ius naturale potestatem non habet & exemplificat si contractus celebretur per puerum aut per fatuum vsu rationis carētem qui defectus velut ex natura proueniens non poterit per principem suppleri.secundo casu iterum distinguit Aut ius ex contractu alicui quæsitum est Aut non, si non, potest princeps supplere defectum solemnitatis ciuilis cuius omnimoda potestas apud eum manet & nulli exinde præiudiciū gignitur. Primo casu iterum distinguit aut interuenit iusta causa boni communis aut deficit, si deficit non potest princeps validare contractum in pręiudicium iuris alteri quæsiti, si vero interuenit optime poterit princeps validare similem contractum siue per legem siue per decretum particulare cū distinctione si per legem non tenebitur princeps resarcire damnum nec pretium soluere ei cui ius quæsitum erat: secus si per decretum particulare quia tunc tenetur sufficienter satisfacere, & pretium soluere ex quibus inquit Escobar remanet hoc dubium melius enunciatum & declaratum, quam numquam extitit & vide ad materiam quæ scripsi *de Cit. tom. 1. quæst. 44. num.*

Et aduerte quod princeps ex sua amplissima potestate potest contractum nullum conualidare *Paris. cons. 46. nu. 46. in 3. ex Alex. consil. 92. num. 31. vol. 6.* licet de potestate ordinaria non possit inualidam scripturam validam facere in præiudicium partis *Natt. cons. 47. num. 5. in 1.* & confirmans actum ipso iure nullum eumdem actum facere dicitur *Roman. cons. 98. num. 1.* & quando confirmat cum clausula plenitudinis potestatis, vel clausula ex certa scientia, vel clausula non obstante, vel est secunda iussio facit actum de inualido validum *Natt. cons. 506. num. 46. & 47. in 3. scripsi in in add. ad Iustif. oct. Cors. num. 159. inter consil. ficul. super priu.* Vt. *Pan.* quod fisc. non possit principaliter agere, sicut etiam potest recō. ualidare acta, & processus nullos refectis tamen expensis partis *Caualc. dec. 25. sub num. 22. p.p. Dec. cons. 198. in 1.* vbi quod princeps potest processum nullum ratione

ordinis

ordinis iudiciarii non seruati cũ clausula plenitudinis potestatis ratum habere licet processum factum sine causæ cognitione etiã de plenitudine potestatis ratum habere & confirmare non possit *Natt.cons.18.num.1.in.1. Cutell de Donat. tract. 1. disc.2. num. 165. & 166.* vbi princeps potest conualidare processum nullum intelligẽdo quando adfuit citatio & defectus versantur circa alia solemnia iudiciorum quia nullitas defectu citationis insanabilis est cum citatio sit de iure diuino cui princeps non dispensat *Vant. de nullit.tit.qual.proc.null.rep.poss. num.* 14. & *sub num.* 144. notat *Cutell.* quod si nullitas est deducta in iudicio non potest per principem sanari vt in simili dicit quod post quam peremptio instantię est deducta in iudicio non potest per principem ita de facili & sine causæ cognitione suscitari; potest etiam princeps sententiam nullã confirmare, & ratificare *Jason. cons.86.num.10.in 3. Guid.Papa de rescript. num.* 37. Non tamen potest confirmare testamentum nullum defectu solemnitatis in præiudicium venientium ab intestato *Surd.cons.462.num.10.lib.4.*

125 Et vide circa hunc effectum *Consuet.pan.51.* ficaientem, iusta causa interueniente vel necessitate imminente pupillis, & minoribus ipsorum bona cognita causa, & decreto curiæ interposito obligari, & alienari possunt, nec id quod geritur processu tẽporis retractatur *Onnat. de Contr. tract. 2.disp.4.sect.4.a num. 62. & sect.5.a num.77. Aymon.publi. super consuet.Aluern.Tit.13.art.2. a num. 4. Balth.Tho. trac. t. de tut. & Cur. tit. 19. cap. 7. de vendit. & alien. bon.pupill.a num.* 174. Roland. *cons. 99.in 1. Menoch cas.171. Alex. Rand. cons.10.lib.1. & de Analog. cap. 30. num. 102. Decian. cons. 20. lib. 5. Boniorn.cons.13.inter cons.ficul. vbi Lun.in add.* Ricc.*dec.226. Cur. Arch. Neap.p.p.*Cutell.*in alleg. post. 2. par. de don.& in alleg.princ. Bisin. etiam post dictum tom.2. de* Donat. *Capyc. latr.dec. 19.* Carac. *dec.36. Depont. cons.1. lib. 1.* Cost.*de Remed. subsid. q.123. Abruz.de mod.proc. sum.p.2. Cap.2.num.149. Mastrill. dec.121. Surd.cons.115.per tot. Castill. dec.21. & in Addit.* Girond. *de prin. a num. 628.cum plur.seq. Oter. diu. Jur.qq. p.1.q.13.num.8.Fach. Contr. Jur.lib. 3.cap.2.&* 3.Paul.Staib. *Jun. Resol. 52. Ripol.Var.Cap.11. de Empt. a nu. 348.* vbi plene de materia Intrigl. *cons.28. Mans. de Caus. exec. limit. 11.num.* 44.

EFFEC.

EFFECTVS QVARTVS

SVMMARIVM.

1 *Minor non potest alienare ius luendi, & num. 2. de ratione.*

3 *Retractus habet locum vendito iure luendi & num. 31.*

4 *Minor non potest renunciare facultati retrouendendi*

5 *Habens actionem ad rem, rem ipsã habere videtur & num. 7. & 11. & alienando actionem rem ipsam videtur alienare ibidem, & num. 12. & 26.*

6 *Jus luendi habetur pro re.*

8 *Alienans actionem quam habet ad feudum ipsum feudum alienare dicitur.*

9 *Lex loquens de feudatario comprehendit personam quæ habet actionem ad ipsum feudum.*

10 *Lex loquens de alienatione feudi comprahendit alienantem ius luendi ad feudum.*

13 *Res dicitur perfecte alienata quando alienatur ius luendi.*

14 *Actio ad feudum eodem modo indicatur quo feudum & dicitur feudalis num 25. & 30.*

15 *Cedens actionem quam habet ad rem recuperandam dicitur rem ipsam cedere, & num. 16.*

17 *Prohibitus rem alienare dicitur prohibitus alienare actionem ad rem.*

18 *Assensus Regius ita requiritur in cessione actionis ad feudum, sicut in alienatione ipsius feudi, & num. 24.*

19 *Releuium in eo casu quo soluitur pro translatione feudi, soluitur pro translatione iuris luendi.*

20 *Donatio si non valet absque insinuatione, nec minus valet donatio seu cessio iuris competentis ad rem.*

21 *Mulier habens actionem ad dotem consequendam dicitur dotata etiam stante statuto.*

22 *Ius luendi feudum feudale dicitur & num. 23.*

Et vadit de primo genito in primogenitum. sub num. 23.

27 *Decima sicut debetur de venditione feudi ita debetur de venditione iuris luendi feudum.*

Intellige vt ibi.

28 *Legato iure luendi venit res.*

29 *Actio iudicatur mobilis, & immobilis sicut res pro qua competit.*

32 *Census non potest constitui super iure luendi tantum, & num. 33. de ratione.*

Census debet constitui super re fructifera sub num. 33. & num. 34. & 35.

36 *Ius luendi an possit cedi?*

An possit per creditores adiudicari? ibidem.

37 *Decretum secundum quomodo debet interponi si interposito primo decreto super iure luendi extinguuntur, quia res sit redempta?*

38 *Jus luendi extinguitur & consolidatur cum feudo si fuerit emptum a possessore feudi vel alio titulo ad eum peruenerit & num. 39. cum seq.*

Baro-

42 *Baronia redempta vigore pacti de retrouendendo venit franca ab onere fideicommissi.*

1 QVARTVS effectus est quia minor non potest alienare ius luendi rem
2 immobilem quia quid immobile est *Alex. cons. 27. lib. 3. Cagnol. in l. 2. C. de pact. inter empt. & vendit. Prouincial.* quem ad pennam habeo *in annot. ad Rub. C. de praed. & alijs reb. min. & in Rub. C. de pact. inter empt. & vendit. quos citat Mut. Consue. 51. num. 3. Decian. Resp. 9. nu. 78. lib. 2. & nu. 79.* dicit quod
3 stante statuto quod quilibet agnatus possit recuperare rem vēditam ab agnato, si quis vendit pactum de retrouendendo, poterit agnatus reuendicare istud pactum, tanquam si rem ipsam immobilem vendidisset *Papp. Arrest. 4. tit. 7. lib. 11. Mastrill. ad Greg. de conc. feud. p. 8. q. 16. de Jur. dec. Burg. de laud. p. 2. Insp. 13. sub num. 6. Simoncell. de decret. lib. 2. titul. 6. num. 3. & nu. 4.* idem dicit si minor ve-
4 lit huic facultati retrouendendi renūciare post *Alex. Foller. & Tiraquell. Cost. de Rat. quaest. 135. num. 24. Giurb. super consuet. Mess. Cap. 10. Gl. 10. nu. 11.*

5 Et qui habet actionem ad rē, rem ipsam habere videtur *l. qui actionem de regul. Iur. l. rem in bonis ff. de acq. rer. dom. Anton. Nigr. de laud. quaest. 19. nu. 17. & quaest. 47. nu. 43. Ferr. super Const. los impuberes. Gl. 2. nu. 131. Mala Consult. 2. num. 12. & 13. & me citato in addit. ad dictum consult. 2. a nu. 25. Mastrill. dec. 118. nu. 2.* qui in terminis iu-
6 ris luendi loquitur, & dicit quod ius luendi habetur pro re, quia
7 actionem habens rem ipsam habere videtur *Burg.* qui etiam in terminis iuris luendi loquitur *dicta Insp. 13. nu. 3. & sub nu. 11. vers. nu. eodem* quomodo procedat *Cutell. de donat. tract. 1. disc. 2. p. 2. num. 30. bene Cannet. in cap. volentes vers. quid si fuerit venditum feudum a nu. 11. cum plur. seq.* vbi inquit, quod
8 qui alienat actionem, quam habet ad ipsum feudum, ipsum feudum alienare dicitur, & quod
9 lex loquens de feudatario comprahendit personam, quæ habet actionem ad ipsum feudum, &
10 lex loquens de alienatione feudi, comprahendit alienantē ius luēdi ad feudum, & qui habet actio-
11 nem, rem ipsam videtur habere in bonis, & alienando actionem, rem ipsam videtur alienare, &
12 qui habet actionem puta ex pacto de retrouendendo dicitur tenere rem ipsam & tunc dicitur
13 res ipsa perfecte alienata, quando alienatur ius luendi quem citant *Ball super bull. quaest. 30. sub nu. 7. & Burg. supra num. 4.*

14 Et idem iudicatur de feudo, quod de actione ad feudum *Mastrill. ad Gregor. de concess. feud. p. 8. q. 16. de Iur. dec. Tap. dec. Sacr. Cons. Neap. 12. nu. 1. & 3. & vide infra.*

Hinc

15 Hinc cedens actionem seu ius quod habet ad rem recuperandã dicitur rem ipsam cessisse, & perinde est, ac si cedens recuperasset rem & illam cessionario tradidisset *Roger conf. 57. nu. 30. & seq.* Bertazol. *Conf. Ciuil. 56. a num. 53. in 1 Berous in c. quod autem nu. 2. & seq. de Iur. Patron. Cassanat. conf. 10. nu. 193.* Amat. *resol. 19. num.* 11. vbi cedens ius luendi rem ipsã

16 cedere dicitur, & videtur tacite bona luere & cessionario tradere.

17 Et prohibitus rem alienare dicitur prohibitus alienare actionem ad rem *Bald. conf. 349. per tot. in 2. Tiraq. de retrac. lign. §. 1. Gl. 7. nu. 3. Crauett. conf. 601. nu. 3. in 4.*

18 Et assensus Regis ita requiritur in cessione iuris seu actionis ad feudum, sicut in alienatione ipsius feudi *Franc. dec. 75. num. 2. 3. & seq. Ann. in repet.* Cost. *diuæ memoriæ nu. 183.* Capic. *dec. 162. Tap. dicta dec. 12. a num. 3.*

19 Et releuium in eo casu, quo soluitur pro translatione feudi, soluitur pro translatione iuris luẽdi *Cutell. ad l. Mart. cap. 55. not. 59. numero 2.* vbi *sub num.* 7. quid si tantum ius luendi sit remissum non cessum.

20 Et stante statuto quod non valeat donatio alicuius rei absque insinuatione, nec minus valebit donatio, seu cessio alicuius iuris competentis ad rem *Gabr. de don. concl. 1. nu. 17.* Nepit. *super Consue. Catim. tit. 36. super consuet. Incipiente imminente iuxta de alien. & obligat. num. 12.*

21 Et mulier habens actionem ad dotem consequendã dicitur dotata etiam stante statuto *Bald. Nouell. de dot. p. 9. in princ. num. 20. & 21. scripsi in allegat. pro scipion. de Blasio a nu. 89. impressa post secund. vol. de Citat.*

22 Et Ius luendi feudum feudale dicitur *Xibecc. conf. 24. nu. 13. inter consil. sicul. per Lun. idem Lun. in addit. ad conf. 13. in addit. ad nu. 42. nu.*

23 4. vbi quod actio ad recuperandum feudum seu reluendum vigore pacti de retrouendendo est quid feudale, & ideo vadit de primogenito in primogenitum,

24 & non potest cedi sine assensu Regio, idem dicit in *addit. ad conf. 24. nu. 12. & 13. Giurb. de succ. feud. §. 2. Gl. 7. nu. 40.* vbi actio ad feu-

25 dum iudicatur feudalis, & *super Consuet. Meß. cap. 1. Gl. 1. num 68.*

26 *Mastrill. dec 118 num. 2.* vbi dicitur pars rei *Frecc. de subfeud. in nou. addit. fol 170. nu. 108. Isern. in Const. honorem* Mut. *dicta Consuet. 51. nu. 4.*

27 Et sicut decima debetur de venditione feudi, ita debetur de venditione iuris luendi feudum *Amat. Resol. 67. nu. 3. Cutell. ad l. Martin. Cap. 55. not. 59. nu. 1. Mastrill. ad Gregor. de concess. feud p. 8. quæst. 16. de Iure deci. vers. sed dubium.*

Intellige si vendatur integrũ feudum ex dispositione *Capituli volentes ibi feudum suum integrum bene Cannet. in dicto cap. volentes fa-*

lso

lio mihi 188. verf deuenio nunc. nu. 1. vbi inquit ideoque in casu quo ista lex non operatur quia vel fit alienatio de feudi parte, vel in personam non æque dignam, vel in Ecclesiam, & Ecclesiasticas personas nulla in his casibus debetur decima *Mastrill. in addit. ad Gregor de Conceß. feud. p. 8. quæst. 16 titul. de iur. dectm. lit. B. Burg. de Laud. p. 2. Insp. 34. num. 7.*

Et ideo scribentes super dicto Cap. Volentes Verbo quotam quos ad pennam habeo dicunt in textu quotam partem supple si quotam habet vt quia feudum erat diuisum consensu Regis.

28 Et legato iure luendi venit res *Gurb. dec. 84. num. 4.*

29 Et actio iudicatur mobilis, & immobilis sicut res, pro qua cõpetit *Ferrer. supra nu. 12. Ann. singul. 5. Lun. ad cons. 13. in addit. ad num. 42. num. 3. Socc. cons. 175. lib. 1. Velasd. de Iur. Emphit. quæst. 12. sub num. 16. Marin. Resolut. quotid. lib. 2. cap. 27. num. 1. Merlin. de pignor. & Hypothec. lib. 2. tit. 2. quæst. 29.*

30 *num. 62.* idem enim iudicatur de actione ad rem sicut de ipsa re *Simoncell supra sub num. 4. post Gl. Bar. Tiraq. & Foller. Olea. de Ceß. tit 2. quæst 1. num. 28. & 29.*

31 Et ideo vendito iure luendi habet locum ius prothomiseos *Mut. super. Consuet. cap. 26. n. 18. & Cap. 51. sub nu 3. Tiraq. de retract. §. 1. Gl. 7. nu. 32 & Gl. 10. nu. 127.*

32 Et licet super iure luendi non possit imponi subiugatio *Petr. de Greg. super bull quæst. 5. num. 8. vbi Mastrill. in addit. littera K. Milanf. dec. 9. nu. 4. lib. 2. ad materiam Castill. dec. 144. & in addit. ad dec. 10. Mastrill. dec. 150. nu. 20. Addit. ad Intrigl. de Cens. quæst. 38. litt. D. Duard. de Cens. §. 1. quæst. 8. nu 9. 10. 13. 18. 21. 22. & quæst. 32. num. 6.*

33 Hoc ideo est quia ius luendi est infructuosum & subiugatio debet fieri super re fructifera, ex qua percipiuntur tot fructus ascendẽtes ad summam subiugationis, a-

34 lias contractus esset vsurarius, quia fructus rei, super qua constitutus est census, quodammodo emi dicuntur, vel saltim ius percipiendi tot quolibet anno, ergo

35 si ista tot non percipiuntur, & fructus non nascuntur, nõ valet subiugatio *Gregor. de Cens. quæst. 1. vbi Mastrill in addit. lit. H multos allegat Jacob. Chirc. super bull. nu. 28. & prouinzal nu. 14.* vide ad materiã *Molesf. cons. 11 nu 17. Milan. dec. 3 nu. 61. & seq. lib. 2. Cenc. de Cens. quæst. 35. & 36. Duard §. 1. quæst. 23. num. 3.*

36 Sed An ius luendi posit cedi? quod sic *Cart. dec. 75. n. 2. Cabellin. cap. 88. lib. 1. Burg. de Laud. p. 2. Insp. 13. nu. 1.* An posit per creditores ad iudicati? vide *Crau. cons. 213.*

37 Quid si ius luendi, super quo est interpositum primum decretum ante secundum extinguatur, puta quia res redẽpta sit an possit, super eo interponi secundum decretum cum dicatur non ens? vide

vide sit posset terminari ex traditis per *Castrens. consil.* 36. *lib.* 3. & per rationes suas sequitur *Cagnol. in l.* 2. *num.* 192. *C. de pact. inter empt. & vendit. Tiraq. de retrac. lignag.* §. 1. *Gl.* 7. *num.* 62. *& seq.*

38 Et aduerte quod si ius luendi fuerit emptum à possessore feudi, vel alio titulo ad eum peruenerit, quod ipso iure extinguitur, & consolidatur cum feudo vt scripsi ex *Fontan. dec.* 194. *num.* 7. *in allegat. pro Scipione de Blasio num.* 118. *impressa post tom.* 2. *de Citat. Abruz. in* §. *accidit aliquando num.*
39 219. vbi inquit quod reluitio feudi dicitur facta eo ipso quod ius luendi peruenit pænes possessorem feudi ex *Peregr. cons.* 83. *nu.* 2. *lib.* 2. *quem citat Giurb. decis.* 92. *Burg. de laud. p.* 2. *Insp.* 13. *num.* 13. *Mastrill. omnino decis.* 151. *num.* 23.
40 vbi per Consistorium non fuit tāxata dosde paragio sed data legitima eo quod feudum & ius luēdi peruenerunt pænes eamdem personam, & sic ipso iure fuit facta reluitio *Cassanat. cons.* 9. *num.* 1. *cons.* 7. *nu.* 24. *&* 29. *Cons.* 10. *nu.* 26. 185. 194. *vers. vnde coniugibus & ubi nu.* 200. ait non esse necessa-
41 riam actualem solutionem ad euitandum circuitum inutilem, & *sub num.* 184. *vers. quoniam* ait ba-
42 roniam peruenire francam ab onere fidei commissi, & idem *sub num* 202. *vers.* 14. & ita dicit fuis-
43 se iudicatum in Regia audientia Regni Aragoniæ die 21. Aprilis 1600. pro D. Cratsia defunes contra D. Christophorū Sances quæ deinde fuit cōfirmata die 9. Maij 1600. vt apparet in calce *cons. Cassan.* 14. & alia scitu digna scribit *Abruz. in seq. num. quæ apud eum videri possunt.*

EFFECTVS QVINTVS

SVMMARIVM.

1 *Minor non potest censum super bonis suis imponere absque solemnitatibus requisitis in alienatione bonorū minoris & in infante num.* 9. *in adulto num.* 10. *&* 11.

Ampliā etiam ad rationem leuioris vsuræ quæ in regione frequentatur, licet ipse minor sit industrius vel veniam ætatis impetrauerit & etiam si constaret pecuniam versam in rem minoris num. 2. *& num.* 16.

Amplia etiam num. 14. 15. *& seq.*

Limita à num. 19.

3 *Census impositio dicitur alienatio & num.* 5. *&* 8.

4 *Prohibitus alienare non potest censum constituere.*

6 *Contractus subiugatorius contractus emptionis & venditionis est.*

7 *Census impositio inter stabilia connumeratur.*

17 *Tutor non potest censum imponere super rebus pupilli absque iudicis decreto.*

Tutor

18 *Tutor non potest censum minori debitum sine solemnitatibus vendere.*

20 *Census impositus à minore sine solemnitatibus conualidatur si factus maior illum soluat.*

Et saltem valet ex nunc ex nouo consensu num. 21.

22 *Census à minore impositus sine solemnitatibus eo facto minore per lapsum quinquennij ratificatur saltem ex noua consensu.*

Nisi in impositione interueniat dolus vel nisi ad sit statutum praesumens dolum num. 23. & 24.

25 *Iuramentum facit de minore maiorem & contractum de sui natura nullum validum.*

Nisi statutum praesumat iuramentum dolo & metu extortum num. 26.

27 *Census impositus super bonis minoris interueniente tantum iudicis decreto valet vbi de ratione.*

29 *Census impositus super bonis minoris vt valeat requiritur iusta causa puta pro dotanda sorore vel si aes alienum vrgeat.*

31 *Census an possit imponi super bonis minoris pro extinguendo alio censu maioris quantitatis & num. 32.*

Quid super bonis Ecclesiae? nu. 35.

34 *Bona minorum possunt alienari pro extinctione debiti quod habet sub vsuris.*

35 *Exceptio quod contractus subiugatorius est nullus defectu aetatis an adducatur in prima instantia?*

Et An possit a tertio allegari? num. 41.

42 *Sors cum interesse est restituenda emptori licet census impositus a minore sit nullus si sors sit versa in eius vtilitatem.*

1 Vintus effectus est quia minor non potest censum super bonis suis imponere absque solemnitatibus requisitis in alienatione bonorũ minoris, ita post *Bald. Paris. Carroc. Tiraq. Corbul. Felic.* Rodor. Intrigl. *& alios Cenc. de Cens. quaest. 15. nu. 3. & post eum Duard. de Cens. §. 1. quaest. 19. num. 3.* Intrigl. dec 5. a nu. 26. *Abruz in §. nunc admonendi nu.* 69. *Capyc.* Galeot. Contr. Iur. 33. *num. 13. tom.* 1. vbi ampliat etiam

2 ad rationem leuioris vsuræ, quæ in regione frequẽtatur, licet ipse minor sit industrius, vel veniam ætatis impetrauerit, & etiam si constaret pecuniam versam in rẽ minoris *Valenz. Cons. 62. num. 78. 79. 80. & 81. Barbos. in l. non solum num. 10. & 11. C. de praed. min. & alteb. Paul. Rub. decis. 98. a num. 1. 10. 2. post Hermos. & alios Narb. de aet. ad omn. hum. act. requis.* Ann. 25. *quaest. 2. nu. 7. Balthass.* Thomas. *trac. de tut. tit. 19. cap. 7. num. 207. & tr. 1. tit. 19. num. 3. 216.* Gutter *de Tutel. p. 2. cap. 5. sub num.* 24. *Simon. coll. de decret. lib. 2. tit. 6. nu. 83. Ventrigl. in prax. re. not. de alien. bon.* Eccl. Annot. 1. §. 2. num. 15. de minore

3 & Ecclesia loquens Cyriac. *Contr.* 74. nu. 15. *Carlin. cap. 196. nu. 5. & 8. Sperell. decis. 120. nu. 79. Farinac.*

dec. Rot. Rom. 678. sub n. 2. p. p. to. 2.
vbi dicit rationem esse quia cen-
sus impositio dicitur alienatio,
4 adeo quod prohibitus alienare
non potest huiusmodi annuos
redditus constituere *Mastrill. ad
Gregor. de Cens. quæst. 5. num. 104.
Salgad. Labijr. Cred. Concurr. p. 1. Cap.
10. nu. 28. Addit. ad Intrigl. quæst.
36. lit. B. Fatti Cap. Imp. Caroli 78.
Peres de Lar in Compendi. var. hom.
Cap. 21. a num. 40. Mut. Consuet.
51. nu. 2. & super bulla num. 415.
& nu. 416.* quod cum causa & so-
lemnitatibus valet *Ball. super bull.
quæst. 30. Rot. post Merlin. de pignor.
dec. 69. nu. 1. & dec. 89. num. 2.* vbi
5 quod census impositio alienatio
dicitur *Leot. de Usur. quæst. 7. num.
27.* vide *Bald. in c. ad audientiam de
Rescript. Roland. cons. 54. in 2. Sard.
dec. 204. nu. 4. Tiraq. de Retr. Con-
sangui. § 1. Gl. 6. nu. 61. Amat. Resol.
54. sub nu. 17. Intrigl. dicto Art. 6.
nu. 41. 46. & 47. Burg. de Laud. p.
2. insp. 20. a nu. 21.*
6 Contractus namque subiuga-
torius contractus emptionis, &
venditionis est *Sicom. cons. 43. in
princ. inter consil. scilicet per eum Summ.
cum. solect. interpret. cap. 1. Felician. de
Cens. lib. 1. cap. 2. num. 9. Intrigl. de
Cens. quæst. 5. num. 13. Mastrill. ad
Gregor. de Cens. quæst. 5. num. 93. &
seq. Sess. dec. 68. num. 340. Marian.
Iulian. cons. 22. num. 1. Inter consil. sci-
cilt per Lun. Duard. de Cens. in prælud.
quæst. 19. num. 14. Mangil. de Evict.
quæst. 183. num. 15. Castell. de donat.*
tract. 1. diuisi. 1. partic. vnic. num. 65. &
7 census impositio inter stabilia cõ-
numeratur *Intrigl. super bull. quæst.
81. Abruz. post Rodor. Cens. Bull. Mut.
Intrigl. & alios scripsi tom. 2. de Cit.
sing. 44. num. 15.* Hinc *Fus. de subst.
quæst. 706. nu. 3.* inquit quod cen-
8 sus impositio est species aliena-
tionis, vt etiam dixi supra, Imo
subiugare grauius est quam alie-
nare *Intrigl. de feud. Cent. 2. Art. 6.
num. 47. Port. Inst. quib. alien. lic. vel
non vers. item nota Ias. in l. in suis
num. 28. ff. de lib. & posthum.*
9 Et in infante res omni pror-
sus caret difficultate, cum iuris
præsumptione intellectum non
habeat, sed quidquid videt igno-
rat, scripsi supra *eff. 1. & in prælud.
de eff. minor. at. circa iudicialias § . sed
quod diximus Inst. de inutil. stip. vl.
fin. C. de fals. mon. l. fin ff. de Iur. &
fact. Ignor. l. fin. ff. rem papill. salvam
fore Auend. de Cens. cap. 81. num. 3.*
quem citat *Cenc. supra nu. 3. Duard.
dicta quæst. 19. nu. 5. & 7.*
10 Quo vero ad adultum proce-
dit supradicta conclusio, vt ad-
uertit *Cenc. supra* siue habeat cura-
torem siue illo careat, cum vtro-
que casu sit illi prohibitum res
suas alienare *Cald. ad l. fixuratorem
Verbo rex num. 2. C. de in integ. resti-*
11 *min.* & propterea inquit *Cenc.* q
pro inualiditate census ab adul-
to super rebus suis absque solem-
nitatibus impositi Respondit *Ro-
land. cons. 54. signanter num. 28. lib.
2. Auend. dicto cap. 81. num. 5. vers. hi*

enim

enim puberes Duard. dicta quaest. 19. sub nu. 5. Barbos. in d.l. non solum sub num. 10.

12 Ampliatur primo principalis conclusio etiam si minor imponeret censum fauore alterius minoris; cum non possit minor ad
13 fauorem alterius minoris vendere bona sua sine decreto nec se obligare absque solemnitatibus statutarijs *Cenc. dicta quaest. 1. num. 8. & seq scripsi supra eff. 3. Ampliat. 4. Abruz. loco citato num. 74 Duard. dicta quaest. 19. num. 16. & 17. Hermosill. supra sub num. 19. vers. item si imponatur Mut. sup. bulla nu. 457.*

14 Ampliatur secundo etiam minore existente in patria potestate, quia si imponat censum super rebus suis cum consensu patris non adhibitis solemnitatibus requisitis in alienationibus rerum minorum, census erit nullus *Cenc. supra num. 11. Duard. dicta quaest. 19. nu. 21. vide quae scripsi eff. 3. limit. 11.*

15 Ampliatur tertio etiam si minor censum imponeret cum authoritate tutoris vel curatoris; quia non interuenientibus solemnitatibus requisitis in alienatione bonorum minoris census erit nullus *Duard. dicta quaest. 19. num. 8. vers. secundo ampliatur.*

16 Ampliatur quarto ve census impositus a minore sine debitis solemnitatibus non valeat, etiam si sit impositus ad minus quam ad decem pro centenario *Abruz. loco citato Narb. supra Hermosill. supra* quia vltra vtilitatem vel necessitatem requiritur iudicis decretū *Menoch. cons. 564. Caualc. dec. 46. nu. 63. p. 3. & scripsi supra eff. 3. nu. 216. Peres de Lar. supra.*

17 Ampliatur quinto in tutore, qui nec potest censum imponere super rebus pupilli absque iudicis decreto *Abruz. supra post Mastrill. ad Gregor. de Cens. quaest. 1. nu. 104. vers. item an tutor, Duard. de Cens. dicta quaest. 19. sub num. 9. Rot. post Cenc. de Cens. dec. 399. num. 1. Hermosill. ad Lop. Gl. 2. l. 4. tit. 5. p. 5. num. 18. & 19. & num. 20.* quod nec
18 minus possunt tutores censum minori debitum sine solemnitatibus vendere, idem dicit *Barbos. in dicta l. non solum num. 10. scripsi eff. 3. num. 170.*

19 Limitatur primo quando, in tali censūs impositione interuenerunt solemnitates requisitae, quia tunc valet *Cenc. dicta quaest. 15 num. 17. cum seq.*

20 Limitatur secundo si minor factus maior censum impositū soluat, & recognoscat, quia ex dicta solutione sequuta conualidatur praecedens subiugatio inualida *l. si praeteritus ff. de bon. poss. contra tab. l. si proponas. §. 1. ff. de inoff. testa. Natt. cons. 45. num. 10. Menoch. cons. 561. num. 12. & seq. lib. 6. Cenc. loco citato num. 21. qui num. 22. dicit* fal-
21 tem valere ex nunc ex nouo consensu, & propterea inquit quod non potest illū impugnare *Duard. dicta quaest. 9. num. 35. Salgad. supra num.*

num. 29. & 30. Peres de Lara loco citato licet contrarium dicat *Mut. super bulla num. 458.*

22 Limitatur tertio quando minor factus maior per quinquennium taceat, quia tunc resultat tacita ratificatio subiugationis nulliter impositæ a minore saltē ex nouo consensu, ita vt non possit postea de illius nullitate opponere, etiā quod esset nulla ex defectu cuiuscumque solemnitatis *Cenc. loco citato Duard. dicta quæst. 19. nu. 32. vide eff. 1. a nu. 780. Peres de Lar. dicto cap. 22.*

23 Nisi in tali impositione interueniat dolus quia stante dolo excluditur tacita ratificatio ob lapsum quinquennij *Cenc. supra num. 26. Duard. dicta quæst. 19. sub nu. 32. & num. 33.* examinat an sufficiat dolus præsumptus, *& scripsi effect. 1. nu. 791. & seq.*

24 Vel nisi adsit statutum præsumens dolum *Cenc. loco citato sub n. 22. Duard. dicta quæst. 19. sub num. 34. scripsi effect. 1. Mut. super bulla sub num. 458.*

25 Limitatur quarto stante iuramento, quia iuramentum facit de minore maiorem, & contractum de sui natura nullum validum, & illum confirmat *Auth. sacramenta puberum C. si adu. vendit. c. cum contingat de iur. iurand. c. quāuis de pact. in 6. Serafin. prin. 61. num. 1. Cenc. ubi supra sub nu. 49. Duard. dicta quæst. 19. num. 28. & seq. Menoch. conf. 111. num. 14. Carlin. cap. 35. num. 27. & 29. scripsi effect. 1. limit. 9.*

26 Nisi statutum præsumat iuramentum fuisse dolo, & metu extortum *Cenc. supra Duard. loco citato sub num. 79. Leotard. dicta quæst. 7. sub num. 27.* inquit quod hoc casu ius iurandū est nullius momenti quamuis si pretium in rem minoris versum sit illud restituere teneatur quia non debet cum aliena iactura locupletari *scripsi effect. 1. num. 467.*

27 Limitatur quinto si in census constitutione interueniat decretum iudicis, quia satis est ad validitatem contractus cum pro decreto præsumatur, non solū quo ad solemnitatem requisitam pro iustitia contractus, verum etiam quo ad solemnitates expostulatas pro validitate decreti *Duard. dicta quæst. 19. num. 30. 31. sed vide quæ scripsi effect. 1. & 3.*

28 Limitatur sexto si minor ex pecunijs receptis pro dicto censu esset factus locupletior, & fecisset rem sibi vtilem, puta si esset creatus census pro extinguendo aliū maiorem censum, non autem eiusdem quantitatis *Muta super bulla num. 461.* sed vide infra *num. 31.*

29 Sed quia pro imponendo censu requiritur iusta causa secundū *Dec. Ofasc. Simoncell. & alios per Cenc. supra num. 27.* & causa iusta, vt notat idem *Cenc. supra in seq. nu.*

30 est si fuerit impositus pro dotanda sorore, vel si æs alienum vrgeat

geat *Duard. dicta quaest. 19. num. 26.*
27 scripsi supra effect. 1. & 3.
31 Ideo videtur dicendum quod
census non possit imponi pro ex-
tinguendo alio censu; cum mi-
nor non possit cogi ad extinctio-
nem census; & licet census sit
impositus pro vtilitate, vtilitas
sola non sufficit, vt scripsi supra
effect. 3. num. Abruz. supra num. 100.
Caeterum inquit *Cenc. num. 34.* non
32 posset iure impugnari impositio
census facta super bonis mino-
rum pro extinguendo censu ma-
ioris quantitatis tā respectu sor-
tis quam fructuum, sicut etiam
33 inquit licitum est imponere cen-
sum super bonis Ecclesiae pro li-
beranda Ecclesia a solutione ma-
34 ioris census, sicut licitum est a-
lienare bona minorum pro extin-
ctione debiti, quod habet sub v-
suris quando faenus & vsurae su-
perant fructus bonorum stabi-
lium, & vide *num.* 37. vbi bene
declarat sequitur *Abruz. supra num.*
101. *Mas. de Cens. exec. limit.* 11.
num. 14. *& vide Sperell. decis.* 134.
a num. 106. *Farinac. dec.* 478. *num.* 6.
p. p. tom. 2. *& c.* 102. *in l. si pupillorum*
§. fin ff. de reb. eor.
35 Sed an haec exceptio nullitatis
contractus subiugatorii defectu
aetatis admictatur in prima instā-
tia? quod sic si constat ex eodem
contractu subiugatorio *Duard di-*
cta quaest 19. *num.* 37. 38. *vide quae*
scripsi in prelud de effect. min. aet. circa
iudic. num. 143. *Graß. exc.* 38. *per tot.*
Carpan. super Stat. Mediol. cap. 428.
num. 78. *Cam. super Rit. cap.* 16. *nu.*
54. *Milanes. dec.* 12. *num.* 46. *&* 47.
lib. 1. *Abruz. in §. nunc admonendi*
num. 48. 49. *&* 50. *Groß. super Const.*
Comit. Castr. §. 33. *num.* 41. *Sperell.*
decis. 8. *per num.* 19. vbi dicit quod
36 vbi nullitas ex ventre instrumen-
ti apparet, reddit obligationem
nullam, qua sublata non potest
dici constare de obligatione, quę
veniret exequenda, & quando
37 exceptio oritur ex ventre instru-
menti, est eodem modo priuile-
giata quo actio ex eo proueniens,
& numquam sublata censetur ex-
38 ceptio ex eodem fonte scatu-
riens, nec ea quae euidens est, &
notoria, & constat ex actis, &
39 econtra quādo nullitas ex instru-
menti inspectione non apparet
nec ostendi potest incontinenti
dicitur requirere altiorem inda-
ginem, ac propterea cameralis
40 obligationis executionem mini-
mè retardat vt aduertit idem *Spe-*
rell. supra num. 39.
Et quod exceptio quae oritur
ex eodem instrumento sit priui-
legiata sicut actio *Parlador. rer. quo-*
tid. 5. *p. §.* 11. *num.* 27. *cas. fin. Escob.*
de Ratiis. cap. 38. *num.* 41. *Sp. Cost.*
fidel. consil. 2. *num.* 61. *Jotregl sing.*
16. *per tot. Milan. decis.* 2. *lib.* 2. *Abb.*
in c. 2. *de ord. cogn. & in c. fin. eod. tit.*
Angel. in l. 3. *C. de except.* quod nota
in materia bullari & in spolio vt
loquūtur *Abb. & Aloys. de Sept su-*
per bull. num. 106. *vers. secundo dico*
& ideo

& ideo creditor qui agendo præfertur super re, illam possidendo pro conseruatione suæ possessionis similiter præfertur *Bero. consf. 46. nu. 10. & 11. lib. 1.* qui loquitur in creditore qui pro satisfactione suæ hypothecæ rem sibi adiudicauit, & dicit quod licet hypotheca sit extincta durat priuilegium pro manutentione, & defensione rei iudicatæ.

Et quod admictatur in iudicio executiuo etiam non obstante pacto de non opponendo tanquā non requirens altiorem indaginem, sicut econtra quæ requirit altiorem indaginem non admictitur *Rot. Luce. diuers. decis. 6. vers. sed quod etiā* Fontanell. *de pact.* Claus. *10. Gl. Unic. num. 55. Burg. de Laud. p. 1. Insp. 40. num. 262. Intrigl. singul. 173. lib. 2.* Nouar. *qq. for. 84. nu. 9. lib. 2. sp. Test. Allegat. 23. num. 53 & seq. sp.* Cost. *ficul. consf. 11. num. 12. & 13.* Giurb. *dec. 60. num. 10. & 11. Milan. dec. 9. lib. 2. Gizzar. decis. 9. num. 21. vbi Addit. Intrigl. singul. 7. & ibi Addit. Ball. super bullq. 60. Merl. contr. for. cap. 96. num. 10. Ambros.* Mata *in sua Alleg. post consult. 23. filij Ripol. de execut. censual. cap. vlt. num. 143.* Guzm. *de Euict. q. 20. num. 39. Rot. post.* Cenc. *de* Cens. *decis. 21. num. 5. dec. 529. num. 21. & 459. num. 19.*

Quæ nam vero sint exceptiones altiorem indaginem requirētes vide Merl. *supra a num. 11. Addit. ad Intrigl. singul. 7. num. 6. sp.* Giurb. *dec. 21. num. 1. & dec. 69. nu. 18. Carleual. de Iudic. tom. 2. lib. 1. tit. 2. disp. 5. num. 25.* Argell. *de acq. poss. q. 2. Art. 6. a num. 248. &* Art. *9 per tot. vide* Amat. *Resol. 80. nu. 1. & 81. num. 25.*

41 Et an hæc exceptio nullitatis cōtractus possit a tertio allegari vide *Duar. dicta quæst. 19. n. 36. Cyriac. contr. 252. num. 38. 39. Ciarlin. Contr. 121. num. 18.* Capyc. *latr. dec. 19. num. 10. 11. de Xart. decis. Sard. 16. a num. 14. & quæ scripsi de Citat. to. 1. q. 15. num. 41. & in addit. ad dictam q. & infra effect. 15. vers. & hæc nullitas.*

42 Et aduerte quod licet census absque solemnitatibus impositus a minore sit nullus, adhuc tamen sors principalis versa in eius vtilitatem debetur, & est restituenda emptori cum interesse vsque ad restitutionem realem *Salgad. Labyr. Cred. p. 2. cap. 9. num. 141. & seq. & vide Hermosill. ad Lop. Gl. 7. l. 4. tit. 5. sub num. 21.*

EFFEC-

EFFECTUS SEXTUS

SUMMARIUM.

1 *Minor non potest dare insolutum bona immobilia absque solemnitatibus requisitis in alienatione bonorum minoris.*

Amplia in tutore num. 2.

Amplia etiam in datione insolutum bonorum immobilium facta minori obligationibus & hypothecis implicata num. 33.

Limita num. 34 & 44.

3 *Datio insolutum ad instar venditionis est per quam dominium transfertur & nouus reputatur contractus actionem antiquam omnino extinguens.*

Imo emptio & venditio est num. 8. & 10. & 12.

9 *Statutum loquens de venditione habet locum in datione insolutum, & num. 11.*

13 *Laudimium soluitur pro datione insolutum.*

14 *Licentia vendendi data a testatore comprahendit dationem insolutum.*

Secus licentia data a iudice nu. 15.

16 *Emptor sicut tenetur denunciare litem venditori ita etiam ille qui recepit rem insolutum & 17.*

17 *Argumentum de datione insolutum ad venditionem valet.*

18 *Venditio & datio insolutum rei alienae valet, licet non praeiudicet domino.*

19 *Licentia vendendi feudum comprahendit dationem insolutum.*

20 *Statutum loquens de alienatione comprahendit dationem insolutum.*

21 *Statutum admittens consanguineos ad retractum rei venditae habet locum in datione insolutum, & num. 32.*

Declara num. 22. & a num. 24.

23 *Permutatio dicitur cum soluitur species pro specie.*

30 *Creditor habet electionem in bonis debitoris.*

34 *Bona pupillorum possunt dari insolutum eorum matribus pro satisfactione dotium restituendarum & num. 35. de ratione, & vide numera 43. in fine.*

36 *Vitium litigiosi non contrahitur si res alienatur pro restitutione dotium.*

37 *Laudimium non soluitur pro restitutione dotium & num. 38. de ratione & 39. & 40.*

38 *Dotis restitutio ex prouisione iuris non autem hominis pendet.*

39 *Dotarij constitutio dicitur necessaria ex facto legis procedens.*

41 *Alienatio quando dicatur voluntaria & quando necessaria?*

42 *Laudimium non debetur pro dote data a patre filiae, vel ex donatione facta filio contemplatione matrimonij.*

Secus de dote data ab extraneo ibidem.

43 *Prohibita alienatione intelligitur de voluntaria, non de necessaria.*

44 *Datio insolutum facta a minore cum iuramento, & solemnitatibus non valet si de debito non constat nisi per confessionem minoris.*

1 SEXTVS effectus est quia minor non potest dare in solutum bona immobilia absq; solẽnitatibus requisitis in alienatione bonorum minoris *l. si minor C. de praed. min. Gabr. cons 36. num. 44. vol. 1. Surd. dec. 45. num. 1. Narb. de et. ad omn. hum. act. requis. Ann 25. quaest. 18. num. 23. Tusc. pp. Concl. lit. M. concl. 249. num. 65. Salgad. Labyr. Cred. conc. p. p. cap. 1. §. 2. num. 23. Gutter. de Tutel. p. 2. cap. 5. sub num. 8. Simonett. de decret. lib. 2. titul. 6. num. 121. Afin. de execut. §. 7. Cap. 260. a nu.*
2 *1.* de tutore loquens *Hermosill. ad Lop. Gl. 2. l. 4. tit. 5. p. 5. num 17. Cyriac. contr. 308. num. 15. & 31. Andrio Contr. 136. num. 6. scripsi de effect. minor. aet. circa iudic. eff 20. sub num. 1. Bamorn. cons. 13. num. 30. inter consil sicul. per Lun. vbi nu. 39.* amphat etiam si res data sit specialiter obligata pro debito pro quo datur, de tutore *Balthass Thomas. tract. 8. tit. 19. cap. 20. num. 393.*

3 Datio namque insolutum ad instar venditionis est, per quam dominium transfertur & nouus reputatur contractus actiodem antiquam omnino extinguens *l. si praedium C. de Euict. l. elegantur in princ. ff. de pignor. act. Fulgos. cons. 37. Natt. cons. 496. Redoan. de reb. eccl. non alien quaest. 2. Soccolsin. cons. 118. vol. 3. Mantua cons. 70. Tiraq. de retr. consang. §. 1. Gl. 14. num. 4. cum seq. Afflict. decis. 368. 369. Bon. dec. 49. in fine Trentac. Var. Resol. lib. 3. tit. de solut. Resolut. 28. num. 4. Surd. cons. 45. & 41. vol. 1. Ann. cons. 37. num. 7. vol. 1. Gratian. cap. 644. num. 15. Monac. dec. Bon. 95. num. 2. Nigr. Cyriac. contr. for. Cap. 31. nu. 16. tom. 2. citatis a Nouar. de dat. insolut. sect. 1. quaest. 1. num. 1.* Addo *Burg. de Laud. p. 2. Insp. 3. num. 1. Mangil. de Euict. q. 143. num. 1. & 2.* vbi quod contractus dationis insolutum non differt a contractu venditionis imo pro venditione habetur & quod quicquid de venditione dicitur dicitur etiam de datione insolutum *& vide quaest. 145. num. 7. & 8. Gratian. cap. 3. num. 9. Bonsorn. cons. 18. num. 7. inter cons. sicul. per Lun. Ramondett. Cons. 12. num. 10. eodem loco &*
8 *num. 11.* dicit quod est emptio & venditio & *num. 12.* dicit quod statutum loquens de venditione
9 habet locum in datione insolutũ *Guzm. de Euict. quaest. 4. num. 14. Tiraq. de retr. lignag. §. 1. Gl. 14. a num. 2. Narb. dicta quaest. 18. sub num. 23. & Bart. in l. 1. ff. de pign.* dicit dare
10 insolutũ esse vendere ex *l. fin. ff. ex quib. caus. in poss. eat.* & *l. 3. ff. pro emp.*
11 & ideo in datione insolutũ habere locum iura loquentia de emptione ex

ne ex *l. si minor. C. de præd. min. l. si prædium C. de Euict. l. vetustissima C. de Iur. dom. imp. Camill. de Medic. Cons. 114. num. 23.* & ideo *Aretin. cons. 32.* firmat dationem
12 insolutum haberi pro emptione & competere actionem ex empto ex dicto contractu ex *Bald. in l. libera C. de sent. & interloq. omn. iud. Dec. cons. 588. num. 5. Afflict. dec. 368. nu 2.* hæc omnia habui a *Nouar. dicta quæst. 13.* Addo *Simoncell. de decret. supra nu. 122. &*
13 *123.* qui dicit quod pro datione insolutum soluitur laudimium.
14 Vnde data licentia vendendi a testatore pro tanto potest dari insolutum *Bart. in l. si pupillorum §. si pupillus ff. de reb. eor. Nicolaus. de Neapol. in dicta l. si pupillorum §. si prætor. Simoncell. de decr. lib. 2. titul.*
15 *6. sub nu. 125.* qui secus dicit si licentia vendendi fuerit data a iudice.
16 Hinc est quod sicut emptor tenetur denunciare litem esse motam venditori, ita etiam ille qui recepit rem insolutum *Bart. Bald. & Salyc. per illum tex. in l. libera C. de sent. & interloq. omn. iudic.* & hoc
17 modo de datione insolutum ad uenditionem arguit *Bart. in l. si pupillorum §. si prætor de reb. eor. Bugen. cons. 137. & cons. 190. sequitur. Burg. in c. fin nu. 25. de empt. & vendit. Dec. cons. 586. & 592.* & iuxta hanc sententiam fuisse decisum in S.C. dicit *Thor. in Compend. dec. Regni Neap. Verbo datio insolutum il. 2. to. 1.* vbi dicit quod sicut ven-
18 ditio rei alienæ est valida, ita & datio insolutum, quamuis non præiudicet domino, quin possit agere & vendicare res ipsas.
19 Et concessa licentia feudatario vendendi feudum intelligitur concessa licentia illud dandi insolutum suo creditori *Frecc. de subfeud. lib. 2. quæst. 18. Thor. in compend. Verba datio insolutum il. 3. tom. 1.*
20 Et statutum loquens de alienatione comprehendit dationem insolutum *Dec. cons. 586. num. 9. Bertach. de Gabell. in 3. memb. 8. p. num. 6. Alberic. in secund. part. stat. quæst. 11. & alij per Simoncell. supra num. 124.*
21 Et statutum admictens consanguineos ad retractum rei venditæ habet locum in datione insolutum *Randell. de Iur. prothom. Gl. non aliter nisi a num. 10. fol. 81. Tiraq. loco citato* vbi duobus modis declarat *num. 7. & seq.* primo vt
22 habeat locum cum datur fundus insolutum pecuniæ debitæ; nam si in alterius speciei debitæ daretur nihil esset quod ad venditionem accederet ex *Gl. Cyn. Bart. Bald. & alijs in l libera C. de sent. & interloq omn. iudic. Gl. in l. si quis aliā & ibi Bart.* qui id optime declarat *col. 1. ff. de solut.* quia cum solui-
23 tur species pro specie est quædam permutatio, sed quando soluitur species pro pecunia est quædam emptio,

24 Secundo declarat vt retractus habeat locum in datione in solutum voluntaria, quæ fit ab ipso debitore creditori, sed non in necessaria quæ fit a iudice *Ioan. de plat. post alios in dicta l. 1. col. 1. vers. item est argumentum C. de fund. patr. lib. 11. Masuer. in tit. de execut. & subhast. §. item in pretij distributione ad finem post hos & alios Tiraq. vbi supra num. 8.* vbi adducit ra-
25 tioné quia quando debitor sponte dat debitori rem aliquam pro debito, id iure appellari solet dare in solutum & vendere quoque appellatur, cum vero datur a iudice in causam iudicati vix ita reperitur appellari, sed potius addicere creditori *l. a diuo pio §. si pignoraff. de re Iudic.* idem dicit *Randell supra vers. primam distinc-*
26 *tionis partem* vbi etiam dicit quod si pro specie debita detur species æstimata, habet locum etiam retractus, aliter dicit *Randell. supra* quando contingit necessitas ex
27 parte creditoris, vt sibi per insolutum acceptioné satisfiat, quia non habet locum ius prothomiseos, ponit exemplum in credi-
28 tore exigente ab hærede, qui cũ inuentarium confecerit, habet electionem rei dandæ pro pecunia debita creditori propter beneficium *l. fin. §. & si præfatam C. de Iur. delib.* quo casu dicit quod
29 ratio, quare cessat ius prothomiseos ea est, quoniam creditor, qui inuitus speciem pro pecunia insolutum recipit, releuatur vt rem accipiat ab hæreditate, quam eligit pretiosiorem *Bald. per illum tex in Auth hoc nisi debitor C. de solut. Angel de Perus. cons. 84. num. 9. & 10. inter. cons. com. ad caus. vlt.*
30 *vol.* est enim creditoris electio in bonis debitoris argumento *l. creditoris arbitrio ff. de distr. pign. Cephal. cons. 195. num. 8. Bursat. cons. 44. num. 39 vol. 1. vide quæ scripsi de Citto. 2. qu Arias de Mes. Var. resol. cap. 30. num. 5. lib. 1.*
31 Secundo ponit exemplũ *Randell.* in creditore, cui inuito cedit suas res debitor, vt euitet carcerem *l. 1. C. qui bon. ced. pos. vbi Bart. & Paul. de Castr. Guid. Papa quæst. 211. & quæst. 343.* de qua materia dicit recurrendum *in titul. de Cess. bon. & ad Canon. in c. Odoardus de solut. & Angel & Iason in § fin. Inst. de act.*
32 Et circa quæstionem an retractus habeat locum in datione insolutum voluntaria, vel necessaria vide *Rot. Rom. apud Farinac. dec. 184. num. 3. p. p. tom. 1. Rouit. cons. 69. num. 3. & 4 lib. 2. Curl cap. 72. Mut. Consuet. 26. num. 175. Peregr. dec. 21. Cost. cons. 46. sub num. 3. Rizz. super Rit. 194. & 195. Afflic. de Iur. proth. §. 3. num. 16. Nouar. quæst. foren. 29. num. 2. lib. 1. Gutt. pp. qq. quæst. 157. Bess. super consu. Aluer. de Retract Art. 38. Mangil. de Euict. quæst. 123. num. 23. & seq. Intrigl. singul. 327. lib. 1. Sept. super Rit. 194. Corras. Misc. Iur. lib. 3.*

cap.

cap. 3. num. 2. Cassan. super Consuet. Burg. tit. de vendit. in fol. mihi 340. col. 3. Scacc. de Camb. §. 1. quaest. 1. de Censib. num. 245. vers. at praefata Merend. contr. Jur. lib. 16. cap. 21. Rendell de Jur. prothom §. non aliter fol. 81. a num. 19.

33 Ampliatur etiam principalis conclusio in datione insolutum bonorum immobilium facta minori obligationibus & hypothecis implicata *Paul. Rub. decis. 77. num. 16.*

34 Fallit principalis conclusio in datione in solutum, quae fit matri pupillorum a tutore pro satisfactione dotium restituendarum *Gl. in l. 1. vbi Bart. Salyc. & Paul. C. si adu. vendit. Ottom. de dot. in tit. de pers. quae dot. consti. poss. Ball. super bull. quaest. 30. num. 32. Abruz. in §. nunc admonendi num. 125.* ratio est

35 quia sumpsit originem ex causa necessaria *Salyc. in l. ex eo C. si quis alt. vel sibi* Alex. *in l. a diuo pio §. item quaeritur de re iudic. Bartol. in l. quorum ff. de pignor. Cephal. cons. 466. num. 54. lib. 4. Ball dicto num. 32. Abruz. sub num. 125.* vnde infert

36 quod cum causa restitutionis dotium dicatur necessaria, in ea nō contrahitur vitiū litigiosi *ex Castill decis. 10. num. 2. Fontan. de pact. dotal. Claus. 6. Gl. 1. p. 3 num 48. & 49. tom. 2. Intrigl singul. 81. lib. 2. Amat decis. 48. num. 25. 26. sp. Amat. sicul. Resol 45. num. 18.*

37 Nec pro ea concludit *R. D. Hyppolijt. Mata in addit. ad octauam consultationem num. 18.* soluitur laudemium & ad DD. ab eo adductos addo *Burg. de laud. p. 2. quaest.*

38 *12. num. 28.* dum dicit quod restitutio dotis ex prouisione iuris, non autem hominis pender, & ex natura contractus dotalis, & eadem *p. 2. quaest. 21.* loquendo de

39 dotario inquit quod constitutio dotarij dicitur necessaria ex facto legis procedens & ideo non de-

40 betur laudimium *Giurb. super Consue. Mess. cap. 13. Gl. 2. num. 39.* sed vide *Arias de Mesa Var. Resolut. lib. 3 cap 26 num. 4. & 5.* vbi dicit

41 multū interesse an alienatio pendeat ex facto alienantis, an vero ex facto & dispositione legis, primo casu dicit alienationem censeri voluntariam inspecto initio obligationis, licet ex post facto necessaria dicatur, & ideo isto casu laudimium deberi concludit ex nonnullis ab eo allegatis. Secundo vero casu dicit quod inspecta origine alienatio praecise necessaria intelligitur, & ideo laudimium non deberi inquit,

42 vnde infert quod ex dote a patre filiae vel ex donatione facta filio contemplatione matrimonij laudimium non debetur, secus de dote ab extraneo data, & dicto *cap. 26. num. 1. & seq.* determinat

43 quod prohibita alienatione intelligitur de voluntaria non de necessaria.

Sed *Abruz. loco citato in fine* dicit esse cogitandum ex scriptis per

per eum quo ad fallentiam.

44 Fallit secundo stante iuramẽto ex his quæ dixi supra *eff. 1. limit. 9. & in plurib.* alijs effectibus, nisi in datione in solutum facta a minore non constaret de debito, nisi per confessionem minoris, quia tunc etiam si fuerint seruatæ solemnitates & adsit iuramentum non valeret *Thomat. dec. March. 61. per tot. Andriol. Contr. 136. num. 9.* Sed circa hanc limitationem vide *Ansaldum cons. 92. per to.*

Fallit 3. si consensus patris interueniat vel sint date res que vsu consumuntur *Tepat. Var. sent. lib. 2. de reb. cor. fol. 126. col. 2.*

EFFECTVS SEPTIMVS

SVMMARIVM.

1 *Minor permutare non potest & num. 2. & seq. de ratione & nu. 8.*

Fallit a num. 9.

2 *Per mutatio alienatio est, & venit appellatione alienationis, & parum differt ab alienatione, & vim emptionis obtinet nu. 3. 4. & 5. & 15.*

6 *Statutum loquens de venditione habet locum in permutatione.*

7 *Per mutatio non potest fieri ab Ecclesia sine solemnitatibus.*

9 *Minor potest permutare si permutatio est ei vtilis.*

Contrarium nu. 10. 15. 16. & 17.

11 *Maritus non potest alienare fundum dotalem etiam consentiente vxore.*

Fallit si alienatur fundus dotalis, & eius loco alter fundus melior subrogatur num. 12. vbi etiam de ratione.

13 *Prohibitio in omnem casum comprahendit permutationem.*

Fallit si permutatio sit facta cum euidenti vtilitate per mutantis num. 14.

16 *Bona immobilia minoris possunt per mutari cum bobus ad laborandum necessarijs.*

Idem in Ecclesia *ibidem.*

17 *Prohibita per mutatione non intelligitur prohibita permutatio quæ fit cum re maiorem afferente vtilitatem.*

Permutatio est contractus innominatus & propter non adimplementum in ea habet locum pænitentia sub n. 17.

Est contractus bonæ fidei & facit vt res per mutata sit eiusdem priuilegij cum prima & subrogatur loco primæ in fideicommisso ibidem.

Res per mutata venit in restitutione fideicommissi ibidem.

Æquipollet venditioni quando datur res pro re æstimata Quid quando datur res pro re, & quantitas ibidem.

Est nulla ipso iure quãdo ex parte vnius per mutantis non transfertur dominium, ibidem, sicut etiam

etiam quando permutatur res alienâ ibidem.

Permutanti an competat reiuendicatio aduersus tertium possessorem rei permutatæ ibidem.

Permutans pro euictione habet bona permutata & bona permutantis obligata ibidem.

Permutans An excusetur si contingat rem permutatam tradi non posse? ibidem.

Permutatio inter fideicommissarios an sit probibita? ibidem.

Permutans permutatione non sortita quia is qui resignauit obijt an possit auctoritate propria ad suum beneficium redire? ibidē.

Permutantes beneficium inualide An possint ad priora beneficia absque noua collatione redire? ibidem.

1 SEptimus effectus est,
quia minor permutare non potest rem stabilem sine decreto *Virgil. de legit. pers. adulti cap. 2. num. 21. quem citat & sequitur Groff. super. Const. Comit. Castr. §. 33. num. 49.* Gutter. *de Tutel. p. 2. cap. 5. num. 28. Ourgt. de Contr. tract. 2. disp. 4. sect. 5. sub num. 70. Hermos. ad Lop. Gl. 2. l. 4. tit. 3. p. 5. num. 10. & 12. Ciarlin. cap. 18. num. 14. Barbos. in l. non solum num. 6. C. de præd. & alijs rebus* Narb. *de æt. ad omn. hum. act. requis. Ann. 25. quæst. 7. num. 1. Gomez. de Contrac. Cap. 14. nu. 14. vers. quinto extende* Menchr *de success. Creat. tit. de testib. post §. 10. Ampliat. 20. lib. 1. Marian. Socc. cons. 3. num. 21. visa & bene considerata p. 2. Simoncell. de Decret. lib. 2. tit. 6. Insp. 13. num. 119. Thomas. infra* Cald. *de venditi. cap. 13. num. 12.* & probatur ex *l. non solum C. de præd. & al. reb. min. & l. magis puto §. si æs alienum ff. de reb. eo.*

2 Permutatio namque alienatio est *l. vlt. C. de reb. alien. non alien. l. si ei & l. seq. ff. de Iur. dot. l. si mulier ff. de pact. dotal. c. nulli de reb.* Eccl. *non alienand. Hond. cons. 19. num. 55. lib. 2. Balthass. Thomas. de Tut. tract. 1. tit. 19. cap. 7. num. 203. Simoncell.*
3 *supra num. 120.* & venit appellatione alienationis *Intrigl. de feud. Cēt. 2. Art. 5. num. 170. sp. Testas. Allegat. 28. num. 106. Narb. dicta quæst. 7. num. 3. Groff. dicto num. 49. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæst. 1. cap. 4. num. 1.* vbi etiam quod prohibita alienatione dicitur prohibita permutatio.

4 Et parum differt à venditione & emptione *Bess. super consuet.* Al*uern. Des Achaptz. Art. 6. Ramondett. cons. 12. num. 13. inter consil. fis-*
5 *cal. per Lun.* vbi permutatio vim emptionis obtinet *Mangil. de Euict. quæst. 140. num. 2.* Mut. Consuet. *67. num. 39. & super pragm. titu. 60. num. 2. Amat. Resolut. 71. num. 16.* Vinic Rit. 193. Narb. *dicto num. 3. Burg. de laudim. p. 2. Insp. 4. num. 1. Redoan. dicto cap. 4. nu. 4.* vbi quod appellatione venditionis venit permutatio, & venditione permissa

missa

missa intelligitur permissa permutatio & num. 5. inquit quod per permutationem transfertur dominium interueniente traditione.

6 Et statutum loquens de venditione habet locum in permutatione Cancer. c. 1. de minor. 25. ann. num. 21. & 25. quando eadem ratio militat.

7 Et in permutatione rei Ecclesiæ quod requirantur solemnitates necessariæ Intrigl. dicto Art. 5. num. 172. Narb. dicta quæst. 7. num. 5. Ventrigl. in prax. rer. notab. de alien. bonor. Eccl. Annot. 1. §. 5. n. 18.

8 Vnde recte inquit Narb. dicta quæst. 7. num. 1. quod ad permutationem faciendam requiritur ætas viginti quinque annorum.

9 Fallit principalis cōclusio quādo permutatio esset vtilis minori Gl. in l. cum hi §. eam transactionem ff. de transact. vbi Alban. in addit. ad Bart. Roman. cons. 453. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæst. 2. cap. 4. num. 7. loquens de Ecclesia & minore & in rub. de caus. vtilit. num. 185. Randens. Resp. 10. nu. 125. Castill. dec. 74. num. 36. sed multi relati a Peregr. decis. 15. nu. 12. con-

10 trariū tenent & in permutatione rei Ecclesiæ vtilis Mangil. de euict. quæst 141. Fusar. de subst. quæst. 530. a num. 4.

11 Sicut in simili dicimus quod licet vir non possit alienare fundum dotalem etiam consentiente vxore §. accidit aliquando Inst. quib. alien. lic. vel non, Abruz. in dicto §. num. 1. tamen si alienatur

12 fundus dotalis, & eius loco alter fundus melior subrogatur, quia tunc deficit ratio læsionis dotis, valet permutatio, Afflic. dec. 336. Fepat. lib. 2. Var. Resol. tit. de fund. dotal. Fusar. supra sub num. 6. Abruz. in dicto §. accidit num. 178. Rendell. de Iur. pro themis. §. simulate donauerit num. 30. fol. 338. col. 2. Hermosill. supra num. 11. & vide Tesstai Alleg. 23. num. 98.

13 Sicut etiam quamuis in prohibitione alienationis in omnem casum comprænhendatur permu-

14 tatio, tamen si permutatio fuerit facta cum euidenti vtilitate permutantis, est valida, & alienans non incidit in pœnam Peregr. de Fideicom. Art. 40. num. 32. Petr. de fideic. quæst. 8. nu. 52. Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 25. titul. 4. vt in pluribus casibus decisum refert Afflict. dec. 336. Magon. dec. Flor. 16. num. 6. Hodier. ad Surd. decis. 278. num. 30. Molin. de primogen. lib. 4. cap. 4. num. 12. Hermosill. sub dicto num. 11.

15 Sed contra limitationem tenent Barbos. dicto num. 6. & Narb. dicta quæst. 7. num. 8. vt etiam si permutatio sit vtilis, est prohibita minori, quia cum permutatio sit alienatio, & sola vtilitas non sit sufficiens in alienatione, neque erit sufficiens in permutatione, & num. 9. dicit quod con-

16 traria opinio tantum in eo casu est

est admittenda, quando permutatio a minore facta summe vtilis foret veluti si immobilia minoris traderentur pro bobus ad laborandum necessarijs, ne cætera prædia inculta remanerent, pro vt etiam idem in Ecclesia firmat, & ita intelligendum arbitratur id quod affirmant *Natt. Socc. Iun. Cephal. Menoch. Alex. de Neuo Hond. Magon. Peregr. Petr. Mantic. Fusar. & Barbos. ab eo citati*
17 quod quando permutatio fit cū re maiorem afferentem vtilitatē, vel commoditatēm non prohibetur prohibita alienatione, imo potius valet & fieri potest *Hermosill. supra num. 12. & vide Fusar. supra sub num. 6. verf. contrarium.*

Et aduerte quod permutatio est contractus innominatus, & propter non adimplementum in ea habet locum pœnitentia *Mangil. de Euict. quæst. 141. num. 6.* & est contractus bonæ fidei *Testai Allegat. 23. nu 83.* & facit vt res permutata sit eiusdem priuilegij vt prima & subrogetur loco primæ in fideicommisso *Iason. cons. 231. lib. 2. Menoch. cons. 70. Tob. Non. cons. 28. num. 23.* & venit in restitutione fideicommissi *Fusar. de subst. quæst. 530 num. 20. & quæst. 638. num. 1.* vbi multa ad materiam & quomodo in hoc sit agēdum *Passeri. cons. 151. in fine* & æquipollet venditioni quando datur res æstimata pro æstimata *Amat. Resol. 47. num. 15.* & quando datur res pro re, & quantitas, si pretium sit maior pars valoris dicitur emptio non permutatio *l. fundi partem ff. de contrah. empt. l. si sterilis §. si tibi ff. de act. empt.* quod si in eamdem quantitatem concurrunt tunc in dubio iudicatur contractus nominatus emptionis & venditionis *Soacin prælud. feud.* An feudum possit gratia seu damnum & vide *Peres de Lar. in comp. vit. hom. cap. 11. num. 14. Cost. de Rat. quæst. 44. Facch. contr. Iur. lib. 2. cap. 41.* est nulla ipso iure quando ex parte vnius permutantis non trāsfertur dominium *Mangil. de Euict. quæst. 140 num. 5. & quæst. 141 nu. 4. Testai Allegat. 23. num. 82.* vnde alia pars remanet in iure & actione primæua tamquam si permutatio facta non fuisset quia sumit vires ex rerum traditione, & translatione dominij *Seuer. Resol. 8. sub num. 2. post qq. for. Nouar. lib. 2.* vbi permutatio non abdicat Ius a permutantibus quoties non est sortita suum effectum *Testai supra num. 84. Cutel spec. 34. nu. 15.* est etiam nulla quando quis permutat rem alienam licet permutans nesciat rem alienam *Testai supra num. 85.* permutanti an competat reiuendicatio aduersus tertium possessorem re permutata euicta *Hodier. ad dec. Surd. 173. Mart. cons. 37. num. 37. 38. Mangil. de Euict. quæst. 140. num. 6. & quæst. 141. num. 8. & quæst. 146. num. 27. Gratian. cap. 3. num. 20.* vbi pro & contra

contra & habet pro euictione bona permutata obligata cum alijs bonis permutantis quãdo in specie non sibi reseruauit dominiũ *Mart. Vot.* 527. *num.* 12. An excusetur permutans si contingat rem permutatam tradi nõ posse quia fuit medio tempore ab alio occupata quod non sed quod cogitur ad pænam & interesse *Mangil. de Euict. quæst.* 141. *num.* 21. & 22. Permutatio inter fideicommissarios an sit prohibita *Mangil. de Euict. quæst.* 141. *num.* 35. *Fusar. de subst. quæst.* 530. Permutans permutatione non sortita quia is qui resignauit obijt an possit auctoritate propria ad suum beneficiũ redire *Mangil. de Euict. quæst.* 140. *num.* 15. *vide Seuer. dicta Resol.* 8. vbi etiam nõ requiritur cõsensus patroni. permutantes beneficiũ inualide an possint ad priora beneficia redire absque noua collatione *Oter. diu. Iur. quæst. p. p. quæst.* 7. *per tot.*

EFFECTVS OCTAVVS

SVMMARIVM.

1 *Minor non potest dotem promittere & pro ea se obligare sine debitis solemnitatibus & n.* 3. *&* 9. 10. 11. 22. 56. *Declara n* 15. *& vide a n.* 71.

Amplia siue masculus siue femina sit num. 2. *&* 3.

Amplia vt talis dotatio sit nullã adeo vt non transferat neque dominium neque possessionẽ nu. 4. 5. 8. 13. 16.

Amplia vt etiam constitutio dotis sit nulla si fiãt omissæ solemnitates statuti num. 14.

Amplia etiã in tutore n. 18. *&* 52.

Amplia non solum procedere in stabilibus sed etiam in mobilibus pretiosis num. 21.

Amplia etiam si dentur inæstimata num. 23. *contr. num* 24.

Amplia etiam a num. 54.

Limita num. 12. 20. 25. *& a nu.* 63. *& vide a num.* 79. *cum plur. sequentibus.*

Extraneus dotans an gaudeat beneficio deducto ne egeat sub num. 3. *vbi etiam quis dicatur extraneus dotans.*

25 *Minor potest pro dote recepta restituenda sine decreto se obligare, vbi de ratione & n* 26. 27 28 29. 30. *&* 31

Et an bona ipsius sint tacite hypothecata pro dote recepta? nu. 31

Quid stante capitulo Imperatoris Caroli 78. *num* 22 *& a num.* 42. *vsque ad num.* 53.

Contrarium quod minor non possit obligari pro dote restituenda nõ interuenientibus solemnitatibus num. 34.

Distingue a num. 35. *cum seq. & vide nu.* 61.

33 *Bona minoris illata in domum conductam an sint tacita hypothecata?*

53 *Maritus an sit dominus dotis?*

56 *Minor non potest obligari pro dotãda*

de Ecclesia, & *num.* 58. *de ratione*.
Contrarium *num.* 76.

57 *Statutum permittens personis cuiuscumque sexus liberam facultatem promittendi dotem Intelligitur de personis legitimam ætatem habentibus*, & *num.* 58. 59. *de ratione*.

61 *Minor qui vxorem minorem ducit debet esse cautus vt faciat dotem sibi constituere cum decreto iudicis alias non lucrabitur quod sibi debetur ex legis municipalis ordine*.

Quid de fructibus dotis? sub n. 62.

63 Minor *si in primo matrimonio cõstituit dotem cum solemnitatibus in secundo matrimonio potest illam sine eis constituere* & *vide num.* 64.

65 *Minor potest se moderate dotare absque curatore* & *decreto de illis rebus, quæ minoribus alienari non sunt prohibita* & *etiam de stabilibus*.

66 Minor *in vltima voluntate potest dotem constituere absque solemnitatibus* & *num* 67. *de ratione*.

68 Minor *potest absque solemnitatibus constituere dotem in pecunia*, & *num.* 69. *de ratione*.

70 Minor *constituendo dotem sine solemnitatibus sed cum iuramento an valeat constitutio?*

74 Minor *si factus maior post constitutionem dotis nulliter factã per multum tempus taceat vel illam expresse ratificet, confirmatur constitutio*.

Sed an requiratur tempus decem annorum? num. 75.

77 Minor *restituitur aduersus excessiuam dotem datam sorori*.

78 *Decretum iudicis an sit necessariũ in restitutione dotis?*

86 *Minor An possit pro dotario se obligare?*

1 CTAVVS effectus est quia minor dotẽ promictere non potest & consequẽter pro ea se obligare si-
2 ne debitis solemnitatibus siue masculus sit siue fœmina; nam nemini licet ante vigesimum quintum ætatis annum elapsum sine curatoris auctoritate, & iudicis decreto proprias res immobiles etiam pro causa dotis a se abdicare *l. non tantum* C. *de Curat. dat. ab his l. mulier* 28. C. *de Iur. dot. l. lex quę tutores* C. *de admin. tut. l. prædia* C. *de præd. min. l. vlt.* §. *cum autem* C. *si maior factus Surd. cons.* 191. *num.* 22. & 23. *Bocc. super Consl. Marcb. Gl.* 8. *sub num.* 56. *Redoan. de reb. Eccl. non alien. q.* 2. *cap.* 10. *Balthas. Thomas. de Tut.* & *Curat. tit.* 19. *cap.* 12. *de init. test. tut. num.* 171. & *seq. Barbos. in l. minorum* C. *de præd.* & *al. reb.* & *l prædia rustica eodem Ventur. cons.* 12. *num.* 3. & 68. *Balthass. Thomas. tr.* 7. *de tut.* & *cur. tit.* 19. *nu.* 3034. *Tusch. lit.* D. *conclus.* 720. *per tot. vbi nu.* 2. idem in constitutione tacita dotis procedere affirmat vt pariter a minore fieri non possit *Cald. de Empt. cap.* 13. *nu.* 28. *Campeg. de dot. p. p. q.* 31. *Simoncell. de Decret. lib.* 1. *tit.* 2. *Insp.* 2. *sub nu.* 23. *lib.* 3. *tit.* 2. *Insp.* 2. *nu.* 33. *vers. non obstat modo* & *tit.* 8. *Insp.* 13. *nu.* 88. 89. Gratian. *cap.* 367. *a nu.* 1.

Peregr. tr. var. lib. 6. nu 79. Menoch. de Arb. cas. 271. & cons. 903. num. 25. dicit quod frater minor non tenetur dotare sororem, & si ei constituit dotem non obligatur quia est donatio *Luderch. Imol cons. 66. num. 6.* vbi quod dos potest constitui a minore vel pupillo cũ Decreto in rebus immobilibus *Tepat. Var. sent. lib. 2. de reb. cor. fol. 127. col. 1. Speregl. decis. fir. Eccl. 83. sub num. 6.* vbi quod extra casum
3 necessariæ dotationis minor absque solemnitatibus nec quidem in causam dotis obligari potest, vnde *Surd. cons. 122. num. 1.* inquit quod minor non potest extraneã personam dotare, idem dicit de *Alim prim. 56. sub num. 107.* quia dotatio quæ fit ab extraneo donatio dicitur *Rot. decis. 82. num. 41. post Michal. de post. Giurb. super. Consuet. Mess. cap. 3. Gl. 7. num. 69.* circa medium *Balth. Thomas. de Tut. tit. 19. cap. 5. de Donat. Tut. & min. num. 78. Castagn. deduct. ne eg. quæst. 1. sub num. 113. & quæst. 12. Ampl. 2.* vnde infert quod extraneus dotans gaudet beneficio deducto ne egeat quia donare dicitur *Zacch. de salar. quæst. 36. num. 1.* sed circa hoc vide *Castell. de Donat. tra. 1. disc. 3. p. 6. num. 128. Giurb. supra cap. 3. Gl. 7. num. 97.* & extraneus dotans dicitur omnis persona citra virilis sexus ascendentes & in sui potestate dotatam mulierem nõ habens *Giurb. supra numero 89. Castagn. sub dicto num. 113. & vide eumdem Castagn. q. 1. a num. 41.* (Sed An maritus gaudeat beneficio deducto ne egeat si dos est restituenda extraneo vers. *Socc. in Reg. lit. M. vide Maritus concl. 10. Fall. 6. Brun. de cess. bon. q. 20. 4 q. princ. nu. 17. vers. decimus casus Campeg. de dot. p. 3. q. 236. Iason & DD. in l. Nesennius ff. de re iudic. Bart. & Ias. in l. 2. ff. sol. matr. Mastr. dec. 93.*) & minor donare non potest ac proinde nec minus dotare. *Gabr. Pereir. a Castr. Decis. 18. num. 1.* vbi
4 quod ex tali dotis constitutione non transit dominium, & quod minor ipse dotans potest venire
5 contra actum a se gestum, quia est nullus cum sit celebratus cõtra legis prohibitionem repugnantis validitati tanquam contrariæ publicæ vtilitati falcem secundatio *Peregr. dec. 14. num. 2. Nonar. qq. for. 128. num. 4. Pellen. super Consuet. Anvers. Cap. 3. num. 156.* vbi mulier minor non potest dare in dotem bona immobilia sine decreto iudicis, & auctoritate cu-
6 ratoris, nec expresse obligare dicta bona cum hypotheca, vel etiã tacite, poterit tamen inquit puella minor se dotare moderate absque curatore & decreto de bonis mobilibus, etquę alienari non sũt prohibitæ & poterit se obligare pro dote constituenda & in consequentiam ex tali obligatione, & dotatione oritur tacita hypotheca *& vide nu. 21. idem dicunt Merlin. de pignor. & hypoth.*

poth.lib.2.tit.1.q.19.num.82.& tit.
2.q.17.num.5.& lib 3.tit.2.q.83.
num 17.18.& 19.Barbat. de dimis.
fruct p.2 cap.3 a num.113. Balthass.
Thom tra.7. de tut tit. 19. sub num.
3086. dicit quod mulier minor
potest se dotare de fructibus mo-
bilium etiam immoderate sine
decreto si non habet curatorem,
secus si curatorem habeat quia
tunc sine eo in totum esset nulla
& si immobilia inęstimata in do-
tem det id facere potest secus si
æstimata *sed vide infra nu. 23.* vbi
contrarium *& vide Pacific.de salu.*
interd. Insp. 3.cap.4.a num. 159.Ru-
ding.Var.lect. Iur *feudal.lib. 1.cap.6*
7 *nu. 9.* inquit posse mulierem rem
suam feudalem in dotem darę
dummodo duo concurrant pri-
mo vt det feudum in dotem in-
æstimatam secundo vt non appo-
nat pactum de dote lucranda *Fa-*
rinac.dec. Rot.Rom 385. num.7 p.
2.tom 1 & dec 177 num. 11 p.p tom.
1. Andr. Contr. 296. num. 7. inquit
quod licet aliqui voluerint possę
mulierem minorē se dotare abs-
que solemnitatibus, tamen con-
trarium est verius quando agitur
de dotatione in bonis stabilibus
ex *Gratian.cap.327. Surd.decis.168*
per tot. quo num. 21. dicit quod do-
8 tando nullam transfert possessio-
nem *Cyriac.Contr.29.num.40.&*
seq. vbi quod immobilia, vel ea
9 quę seruando seruari possunt, cō-
stitutionon possunt in dotem a mi-
10 nore viginti quinque annis, etiā

pro se dotanda; nisi cum debitis
solemnitatibus nempe cum cura-
tore *ex l non tantum ff de tut.& Cur.*
dat ab his l. siue generalis ff. de iur.
dot.& l mulier. C.de iur.dot. (quas
11 leges dicit locum habere quando
mulier habet curatorem) & de-
12 creto iudicis ex *l lex quæ tutores C.*
de admin tut. vbi Gl. verbo vel in do-
tem l. fin C. si ma. fact. Gl in l. Titia
verbo restituatur in fine ff de Iur.dot.
l nulla C. de Iur.dot.& l. ob æs C. de
13 *præd min.* alias inquit dictis solē-
nitatibus omissis dotis constitu-
tio in ipsis immobilibus vel alijs
rebus quæ seruando seruari pos-
sunt est ipso iure nulla *& nu 44.*
idem dicit si omittantur solem-
14 nitates statuti & *Contr.74 num 32.*
33.& 34 & in eadem Contr. 29.
sub num. 57. & 58 negat quod li-
15 cet dotis constitutio facta a mi-
nore in rebus supradictis non va-
leat, quia tamen bona hac de cau-
sa possunt alienari, & non conue-
nit quod maritus deceptus rema-
neat; talis promissio vel consti-
tutio obligat minorem ipsum,
saltem ad perficiendum contra-
ctum cum debitis solemnitatibus,
vel factum maiorem ad ratificā-
dum, vel quatenus opus sit, de
nouo faciendum, vbi nulla po-
test considerati pactio & alia mul-
ta dicit, vt per eum *Bipol. de dotis*
promiss.Cap.9. tit. 19. inquit quod
16 si minor bona immobilia dede-
rit pro dote sine decreto, nulla
erit constitutio dotis, & quod
non

non potest tunc de fructibus dotis tractari, bene tamen potest
17 bona mobilia, maxime quæ seruando seruari non possunt sine decreto iudicis dotare, vnde inquit quod si in pecunia constitua
18 tur dos constitutio valida erit, nec minus inquit possunt per tu-
19 tores vel curatores dari in dotē dicta bona immobilia sine decreto iudicis, & *sub num.* 229. dicit
20 quod si pater voluit vt daretur de bonis immobilibus, tunc non requiritur decretum *Gratian. cap.* 233. *sub num.* 15. & *cap.* 367. *num.*
21 13. inquit minorem non posse stare pro dote in iudicio, neque habere legitimam ætatem pro illa constituenda *Mantic. de Tacit. & ambig. convent. lib.* 11. *tit.* 21. *nu.* 4. *num.* 10. & *num.* 21. & *expressius lib* 12. *tit.* 16. *num.* 15. *Gutter. de Tutel p.* 2. *Cap.* 5. *num.* 11. *Narb. de æt. ad omn. hum. act. requis. Ann.* 25. *qu.* 14. *num.* 1. *Iutrigl. consf.* 6. *num.* 52. & *singul.* 105. *lib.* i. *Virgil de legit. pers. pup. ll. Cap.* 1. *num.* 33. vbi pupillus non potest stabilia nec mobilia pretiosa dare in dotem sinē solemnitatibus *Cutell. de Donat. Tract.* 1. *disc.* 2. *p.* 11. *num.* 68. loquens de constitutione dotis per
22 minorē celebranda, inquit quod non est dubium quod attento iure codicis decretum est necessarium per tex. in dicta *l. lex quæ tutores Amb. Tusc.* & *Giurb. ab eo allegatos* non solum si stabilia dentur
23 æstimata ea æstimatione, quæ facit emptionem & venditionem, sed etiam si dentur inæstimata & *num.* 69. de ratione Vnde infert quod *Surd. dec.* 278 *Hieron. de Leo decis.* 31. & *Fontanell de pact. Nupt. Clausf.* 5. *Gl.* 7 (quos sequitur *Venetur. cons.* 12. *nu.* 69.) male sentiunt
24 dum dicunt decretum tunc demum esse necessarium quando bona dantur in dotem æstimata, & ideo vassallus qui feudum alienare non potest nec illud potest in dotem filiæ dare *Ruding. Var. lect. Jur. feud. lib.* 1. *cap.* 60. *a nu.* 4. & *num.* 62. *Cutell.* loquendo de dote restituenda dicit de iure posse
25 minorem pro dote recepta secundum magis communem opinionem sine decreto se obligare cum huiusmodi obligatio sit necessaria in consequentiam dotis receptæ ex *Gl. Tiraq. Mantic. Rot. Roman.* & *Farin.* quibus addēdi sunt *Corn. consf.* 314. *num.* 7. *lib.* 1. *Curt. Jun consf.* 169. *Bald. Nouell. de dot. p.* 6. *priu.* 18. *Gabr consf.* 29. *num.* 38. *lib.* 2. *Barbos in l si constante nu.* 128. *ff solut matr. Macer. var. resol. lib.* 2. *Resol.* 24. *num* 1. vbi dicit verio-
26 rem esse opinionem quod minor possit obligari pro dote absque aliqua solemnitate requisita per statutum, vel constitutionem, quos omnes refert *Narb. Ann.* 14. *quæst.* 13. *num* 1. vbi dicit communem scriptorum sententiam Ad. do *Thor. in compend. dec. Neap. p.* 3. *sect.* 2. verbo minor an possit constituere donationē propter nuptias

tias post *Font·Cla·7.Gl·1·p.2. num. 49·& Gl.3·p.12.num.63·Farin. decis.511.num.5·p.2.to·1.Thomat dec.* Mac.72. *num.*4· *Grim dec·dolan*.14. *num.*65. *Ferr. in Const.* Cathal· *Hac nostra in 1. temp. decl. 9. a num.* 15. quam duabus rationibus probat *Narb·num*·2.& 3· Prima quia mi-
27 nor dum est pubes & decimum quartum annum excedit potest matrimonium contrahere *c.1.& 2. de desponf. Jmpub. §.1. Inst. de Nupt. scripsi in prælud. de effec.min.æt. circa iudicialia num.99.& 80.*ergo poterit in tali ætate dotis nomi-
28 ne obligari,quia qui potest nuptias contrahere dotis nomine obligari potest *l.mutus ff.de Iur.dot.*
29 vbi Mutus Surdus, & Cæcus dotis nomine obligantur, quia & nuptias contrahere possunt, hoc etiã argumento vtitur *Paul. Rub. decis.328.num.6.7.8.& 9.cum seq. Bene Blas. Michal. de Cæco Surd. & mut.cap.37.num.8.cap.42.num.* 12. *& cap.49. num.* 28.
30 Secunda quia pubes licet curatorem habeat, etiam sine curatore, vt quilibet maior obligatur ciuiliter, vbi ex illa obligatione nulla rerum suarum alienatio pertimesci potest, at in hac obligatione de restituenda dote minor nihil alienat, cum tantum promittat soluere soluto matrimonio, quod non dum in bonis habet scilicet dotem, cuius traditionem semper, vel præcedit, vel comitatur hæc obligatio, secundum quam opinionem dicit *Cutell.supra* decisum in M.C. & in consistorio & *Virgil. supra num.*
31 34· inquit quod pro dote recepta bona minorum dicuntur tacite obligata, & in eis fauore dotis receptæ inducit lex tacitã hypothecam *ex Iaso. & Surd. Addo eumdem Surd.de alimẽt.tit.9.quæst.* 44.*num.*15.*& cons.*30.*num.*2.*in fine & num.* 3. *vbi de ratione & Hodier.ad eum decis.*278.*sub num.* 12. *Scacc.de Iudic. lib.2. cap.2. sub num.* 135. *Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæst.2.cap 39.num.*4. *Balth.Thom. tr.7.de Tut.tit.*19.*num.*3086. *Pacific.de Salu.interd.Insp.3.cap* 4. *a nu.* 144. *& a num.*153.discurrit de expressa hypotheca *Barbat. de Assist.Gl.5.num.*106. vbi de tacita & expresa idem dicit *Ball. super bull.quæst.*30.*num.*2.*vbi num.*4.di-
32 cit nõ procedere stante cap. Imp. Carol, 78. sed de hoc infra *Gait. de Cred.cap.4.q.7.num.*514. quem citat & sequitur *Merlin. de pign. & hypothec.lib.3.titul.2. quæst.* 83. Sed Circa hoc vide *Narb An. 25 quæst.4.num. 9.vbi num 8.* exa-
33 minát An bona minoris inuecta & illata in domum conductam sint tacite hypothecata? de qua quæstione videndus *Gait. supra num.*536.*Merlin.de pign & Hypoth. lib.2.tit.2.quæst.77.nu.6. & quæst.* 62.*a num.*84.*Mut.Consuet.*34. *nu.* 15. *Ludouic. decis. Perus.*75.*p.* 2. *Mauf.de Cauf.exec.limit.*11. *num.*78. *Surd. de alim.tit.9. quæst.* 44.*nu.*48.

Con-

34 Contrariam opinionem quod
minor non possit obligari pro
dote restituenda non interuenien-
tibus solemnitatibus tenent *Ac-*
curs. Gabr. *Roland. Dec. Lambert.*
& Macer. *relati a Narb. dicta quaest.*
13. num. 4. Vnde ipse met Narb.
num. 5. ita has discordantes opi-
35 niones conciliat aut loquimur de
obligatione personali de redden-
da dote, & potest minor citra
omnem solemnitatem se obliga-
re, & ita procedere inquit pri-
mam opinionem. Aut loquimur
36 de reali siue hypothecaria, qua
non solum promittit minor resti-
tuere, sed etiam bona siue taci-
te siue expresse ad ipsam restitu-
tionem obligat, & tunc non po-
test obligari sine solemnitatibus
requisitis, quia omnis pignora-
37 tio & hypotheca bonorum est
minoribus interdicta *ex l. 1. §. si*
minor ff reb eor. l fin. C. *de reb alien.*
non alien. & scripsi supra effect. 2.
quam distinctionem cõfirmat ex
traditis a *Simoncell. de decret. lib. 2.*
tit. 5. *Insp. 2. num. 11.* vbi obligatio
38 personalis facilior est obligatio-
ne bonorum, & minor habens
39 vel non curatorem potest se obli-
gare, & tamen bona immobilia
absque decreto obligare nequit,
& rationem diuersitatis dicit es-
40 se, quia per alienationem remo-
uetur dominium a manibus mi-
noris, sed non per obligationẽ:
vnde inquit quod quamuis mi-
nor pro restitutione dotis bona
41 obligare minime possit, potest
tamen personam obligare, & vi-
de Pic. *ad stat. Vrb. Rom. lib.* 1. *Cap.*
151. Gl 7. *a num. 225. cum plurib.*
sequent. Mauf. ad materiam de Caus.
exec. limit. 11. num. 72. & quae scripsi
eff. 2. num. 83. *Surd. de alim. tit. 9.*
quaest. 44. a num. 21. cum seq.
42 Quid dicendum stante capi-
tulo Imper. Caroli 78. ? *Abruz. in*
§. nunc admonendi num. 2. 3. inquit
quod capitulum comprehendit
causam dotis, vt minor non pos-
sit obligari pro dote sine aucto-
ritate curatoris, & decreto iudi-
43 cis ea ratione, quia statutum ge-
neraliter loquens comprehen-
dit causam dotis, nisi specialiter
& expresse dos fuerit priuilegia-
ta ex *Dec.* Alciat. *Rip. Tiraq.* Con-
tard. Cart. Paris. *Gratian. Socc. Jun.*
Cagnol. *Castill. dec. 90. num. 7. &*
seq. Hyppolyt. Rimin. *Jun Giurb.*
Intrigl. & alijs quibus addo Can-
cer. cap. 1. de minor. 25. *annis nu.* 44.
Menoc cons. 242. *nu:* 4. 5. *&* 6. Gross.
ad Costit. Comit. Castr. *§.* 33. *num.*
44 24. qui loquitur de dote consti-
tuenda & restituenda & de dota-
rio *scripsi supra num.* 52. *Boccac. su-*
per Const. March. Gl. 8. *num.* 36. *bene*
Pacific. *de salu. interd. Insp.* 3. *cap.* 4.
a num. 170. & refert Abraz. non-
nullas decisiones & dicit pro hac
opinione multum facere prag-
maticam Illustris Comitis Castri
45 *§.* 1. disponentem *cap.* R. *Ferd.* 61.
requirens insinuationem in do-
nationibus comprehendere cau-
sam

ſam dotiſ & donationem propter nuptias (*ut ell. loco citato nu. 61.* quem Citat & ſequitur *Graſſ. vbi ſupra* loquens in terminis dicti capituli dicit requiri decretum Iudicis etiam in obligatione pro dote reſtituenda ex cauſa dotis
47 receptæ quia vbi vltra iuris cōmunis diſpoſitionem adeſt in loco ſtatutum requirens decretum in alienatione bonorum minorum, alienatio ſine decreto erit nulla, etiam pro dotis reſtitutione, quia ne ſtatutum ſuperuaca-
48 neum ſit debet iudicari quod cōprænhendat caſus de iure permiſſos ex *Couar. Riminald. Oſaſc. Menoch. Mantic. Giurb. & alijs.*

Virgil. uera Cap. 2. de legit. perſ. adult. num. 18. dicit item iſtud capitulum Regni non procedit in adulta ſeu minore ſe dotante ita in indiuiduo tenet *Socc. conſ. 80. num. 7. lib. 4. Socc. Iun. conſ. 4. num. 22. lib. 2. Ruin. conſ. 61. lib. 2. Tiraq. de ll. connub. Gl. 8. num. 147. Bart. conſ. 35.* & licet *Dec. conſ. 5. & 310.* teneat contrarium tamen magis communis opinio eſt contra eū vt dicit *Gabr. tit. de Legib. & conſt. concl. 1. nu. 8. Fan. de pign. in 1. mēbr. p. 8. nu. 23. & nu. 26.* inquit *Virg.*
49 & poſſet in contractu matrimoniali adultus cum curatore vel ſine, & ſine Iudice obligari non obſtante Cap. Regni ſecundum *Bonior.* ibidem pro vt ante eum tenuerunt in ſimili ſtatuto *Bald. Nouell. de dot. p. 8. prin. 48. Natt. conſ. 12. Matth. Brun. conſ. 181.* hæc ille.

50 Sed *Boniorn.* in libro meo quē ad pennam habeo, contrarium dicit, inquit enim & habet locum hoc capitulum in cauſa dotis *Anchar. conſil. 94. Tiraq. de retr. Gl. 14. num. 99. in fine* quo in loco dicit *Tiraq.* hinc *Anchar. conſ. 94. iſta Domina Joanna* trahit ſtatutum re-
51 quirens certam formam in obligatione minorum ad contractum dotis tanquam ſcilicet ſtatutum generaliter loquēs includat cauſam dotis.

52 Sed ſi licitum eſſet mihi meā in medium proferre ſententiam affirmarem quod pro dote reſtituenda non requiritur iudicis decretum & Cap. Imp. Caroli 78. locum non habet cū minor pro dote reſtituenda ſe obligat nam vt notat *Pacific. de Salu. Interd. Inſp. 3. cap. 4. nu. 147.* ſicut lex & ſtatutum permictit minorem ſine tutoris auctoritate & iudicis decreto matrimonium contrahere dum non prohibet, ita etiam permictere intelligitur congruā dotem recipere cum ſit acceſſoria matrimonij alias vt ipſe inquit difficilius poſſet minor vxorem cum dote congrua inuenire cum dos pro ſubſtinēdis oneribus matrimonij conſtituatur ergo debet etiam permictere quod pro dote reſtituenda obligetur, tanto magis quia in tacita hypotheca non adeſt difficultas & vide *Surd. conſ. 191. ſub nu. 22. ſcripſi ſupra nu. 27.*

ætatem habentibus *Gl. in l. promittendo de Iur. dot. Serafin. dec. 679. numero 4.* Narb. *dicto numero 2.*

58 Et ratio omnium supradictorum est vt aduertit Narb. *loco citato num. 3.* quia dotis constitutio fieri non potest absque eo quod bona in dotem data siue immobilia siue mobilia in maritum, & Ecclesiam quodammodo alienētur; cum eorum dominium saltem vtile (vt aliqui voluerunt) ipsa traditione dotis ad maritum vel Ecclesiam transeat, & ex tunc incipiant illis competere *l. dotale §. dotale ff. de fund. dot. l. quamuis in fine ff. de Iur. dot. l. prædium C. de Iur. dot. l. doce ancillam C. de reiuend. Inst. quib. alien. lic. vel non in princ.*

59 (margin number beside "tur ; cum eorum")

60 ergo cum minoribus nulla alienatio siue dominij translatio citra solemnitates requisitas permittatur *§. nunc admonendi Inst. quib. alien. lic.* sequitur pernecesse quod nec dotis constitutio permitti debet, quæ saltem vtilis dominij translationem continet.

Hinc *Simoncell. dicto titul. 8. nu. 92. Pellicc. super consuet. Auersan. Cap. 3. sub num. 124. & 125. & Narb. supra num. 4.* dicunt quod

61 vir qui minorem in vxorem accipit, sit cautus, vt faciat dotem sibi constituere cum decreto iu-

62 dicis, alioqui lucrum dotis ex legis municipalis ordine sibi debitum percipere minime poterit, si decedere mulierem contingat in minori ætate, vel in maiori infra quinquennium, quo potuisset dos nulla tacite confirmari & *Intrigl. dicto cons. 6. nu. 53.* dicit quod alias maritus non lucrabitur fructus dotis propter onera matrimonij, sed tanquam bonæ fidei possessor ex *Menoch. & Riminal.* qui idem dicit in bonis, quæ seruando seruari possunt, vt refert *Intrigl. ibidem.*

63 Fallit primo quando dos erat primo marito cum decreto, & curatoris assensu constituta, quia tunc absque aliqua alia solemnitate secundo marito potest a minore promitti *Tiraq. de ll. connub. Gl. 6. sub num. 88. Cadak. de tut. nu. 16. Simoncell. dicto tit. 8. num. 95.* Relati à *Narb. supra num. 6.* etiam

64 si dicat contrarium sentire *Mantic. de tac. & ambig. conuent. lib. 12. tit. 15. num. 13. Sard. decis. 287. num. 2. Beltram. ad Ludouis. dec. 188. num. 10. Balthass. Thomas. loco citato num. 235.*

65 Fallit secundo quando minor se dotaret moderate, absque curatore, & decreto, ex his rebus quæ minoribus alienari non sunt prohibitæ *l. 1. C. si adu. dot. Gutier. de tutel. 2. p. cap. 5. num. 52. Negus. de pign. p. 2. membr. 4. num. 75. Narb. loco citato num. 2. Gutier. de Tutel. p. 2. cap. 5. sub num. 52. Merlin. dicta quæst. 19. sub num. 18. Intrigl. dicto cons. 6. num. 2. & supra sub num. 51. vbi idem de bonis stabilibus.*

 Fallit

66 Fallit tertio quando dos assi-
gnatur a minore in vltima volun-
tate, cum liberam habeat testa-
mentariam dispositionem post
pubertatem vt scripsi *effect. 1. a*
num. 246. & potest ea omnia face-
67 re, quæ potest quilibet minor
etiam extra testamentum *Narb.*
supra dicto nu. 7. Genu. pp. Eccl. quæst.
335. Barz. decis. 74. nu. 16. Thomas.
supra num. 336.

68 Fallit quarto quando dos in
mobilibus quæ seruando seruari
non possunt, & pecunia consti-
tuitur, quia tunc potest absque
decreto sola curatoris auctorita-
te dotem constituere, pecunia
pra num. 2. bene* Abruz. *in dicto §.
fin. sub num. 22. vers. quæro quinto*
Inst. quib. alien. lic. vel non Galter. *in
prax.* Tutel. *p. 2. Verbo vtiliter agat
& contrahat sub num. 40. vers. &
prop leuiori cognitione* Escob. Corr. *de
vtroq. for.* Art. *2. de defect. solemn.
num. 14. & seq.* vbi debitor sol-
uens pupillo absque tutoris au-
thoritate non liberatur in con-
scientia, nisi quatenus exinde
manet in bonis pupilli quia ita
iure externo constitutum est, qua-
re si solutum pupillus amittat fur-
to rapinaue aut aliter male con-
sumpterit repetere poterit ab ip-
so debitore, qui non recte soluit.
si vero solutum aut soluti pars in
bonis manet pupilli cōpetit pro
eo debitori exceptio doli ex æ-
quitate qua erit in conscientia
tutus *Escob. de Ratiocin. cap. 40. num. 1.*
19 vbi loquendo de tutore dicit q.
si tutor minori reliqua soluat abs-
que interuentu curatoris, vel iu-
dicis, non ipso iure, sed ope ex-
ceptionis a solutione dictorum
reliquorum dicitur liberari, quā-
do pecunia in eius vtilitatem est
versa, & iterum a minore peta-
tur, & sic inquit plenam libera-
tionem consequitur, Quod Am-
pliat *Gutt. supra* etiam si res emp-
20 ta ex pecunia sic soluta, quæ a-
lias necessario erat emenda pe-
rempta sit, quia adhuc exceptio-
ne doli repelli potest; si vero mi-
nor ex hac solutione læsus sit,
quia pecuniam perperam dissi-
pauit, restituitur in integrum ad-
uersus debitorem, dicit *Gutter.
supra* vbi de ratione Rot. *Rom. dec.*
*Nouiss. decis. 222. nu. 3. & 4. Sforz.
de Rest. in integr. quæst. 31. Art. 1.
vide Balthas. Thom. de* Tut. *&* Cur.
tit. 19. cap. 64. de solut. tu. a nu. 4451.
21 Pleniorem liberationem con-
sequitur debitor quando cum au-
ctoritate tutoris, vel curatoris
soluit minori, tunc enim libera-
tur debitor, sed si pecunia sit de-
22 perdita, vel consumpta facilita-
te vel culpa minoris, tunc resti-
tuitur *l. latius § tut. ff. de admin. tut.
l. 1. C. si adu. solut. Gomez. tom. 2. var.
cap. 14. num. 4. Sforz. de Rest. in in-
tegr. p. 2. quæst. 32. Art. 2. Barbos. in
l. exemplo num. 3. 4. & 5. C. si adu.
vendit. Gutter. supra num. 3. Abruz.
in §. fin. num. 22. Inst. quib. alien. lic.
vel non Galter. loco citato vers. si ve-
ro quis soluit pupillo Escob. dicto cap.
40. sub num. 1.* vbi inquit plenio-
23 rem autem liberationem tutorē
consequi dicetur, quando reli-
quā minori soluit interuentu cu-
ratoris saltim ad litem dati, & hoc
casu vtraque actio, & obligatio
tollitur, elisaque ipso iure ma-
net,

24 net, verum inquit poſſet reſtitui
minor, ſi non habeat pecuniam
ſaluam, vel tantundem per alte-
rius rei ſubrogationem, ſed con-
trarium circa reſtitutionem in in-
tegrum, vide Gutter. *loco citato a*
num 9. & ſub nu. 19. verſ. bis igitur.
25 Quid dicendum de ſolutione
ſortis cenſus an poſſit fieri pu-
pillo cum auctoritate tutoris ſi-
ne iudicis decreto? *Abruz. in* §.
fin. Inſt. quib. alien. lic. vel non num.
17. affirmatiuam tenet opinionẽ
contra *Felic. Foller. Maſtrill.* & alios
26 ea ratione, quia cenſus reuendi-
tio eſt actus neceſſarius, in quo
non eſt opus adhibere ſolemni-
tates alias requiſitas, vt ſcripſi
effect. 2. & 3. cum quo pertran-
ſeo, ſed pro cautela ad tollendas
27 ambages bonum eſſet iudicis de-
cretum interuenire firmat *Abruz.*
ſupra num. 20. *in fine.*
28 Quid ſi ſint plures tutores &
debitor ſoluit cum auctoritate v-
nius an liberetur? quod ſic dicit
Abruz. in dicto §. *fin. num.* 38. niſi
fuerint dati coniunctim, non di-
uiſim, ita quod vnus ſine alio ni-
hil agere poſſit. Faciunt ſcripta a
me de Cit. tom. 1. *quaeſt.* 3. *ſub num.* 10.
verſ. & aduerte.
29 Sed An ſoli pupillo ſolutioni
adiecto poſſit fieri ſolutio? adeas
Abruz. in dicto §. *fin. num.* 50. &
ſeq. Narb *de at. ad omn. hum. act. re-*
quiſ. Anno 23. *quaeſt.* 18. *num.* 30.
& ſeq.
30 Pleniſſimam vero conſequitur
liberationẽ debitor minoris quã-
do ſoluit praecedente iudicis prę-
cepto cuius auctoritas ſufficit;
vt omninò liberetur; nec reſtitu-
tio in integrum aduerſus ſolutio-
nem ſic factam competit nec cõ-
cedenda eſt *l. ait Praetor* §. *ſi permittitur ff. de minor.* nonnullos DD. cumu-
lat Gutter. *vbi ſupra num.* 4. quibus
addo Pyrr. *Maur. de ſolut. cap.* 6. *ſub*
num. 56. *Tepat. Var. lib.* 1. *de minor.*
fol. 239. *col.* 1. *Cenc. de Cenſ. dicta quaeſt.*
69. *num.* 10. & 11. *Ripol. Var. tit. de*
empt. Cap. 11. *num.* 260. *Sforz. de*
Reſt. quaeſt. 52. *Art.* 3. *Thomaſ. ſupra*
num. 4264. *& ſeq.* & 3693. *Mut.*
ſuper Conſuet. Cap. 16. *num.* 33. *Gal-*
ter. loco citato verſ. at tandem Cyriac.
Contr. 240. *num.* 65. *Rot. Rom. dec.*
Nouiſſ. p. p. dec. 722. *num.* 1. *Barboſ.*
in l. exemplo, num. 7. *C. ſi adu. ſol. uel.*
Abruz. in dicto §. *fin. num.* 29. & *ſub*
num. 8. *ponit* Gutter. *DD.* de hac di-
31 ſtinctione loquentes & dicit eã
communiter ab omnibus recep-
tam *Eſcob. dicto cap.* 40. *num.* 2. dicit
32 pleniſsimam vero liberationem
tutorẽ eo caſu adeptum fuiſſe
dicimus, quando minori reliqua
ſoluit iudicis auctoritate inter-
33 ueniente ſubdit deinde, quinimo
ſi minor a ſuo debitore debitum
petat, ſi debitor ſoluendo ſuam
liberationem conſequi vellet, ſuf-
ficit certiorare iudicem, vt ſciat
qualiter minor a ſe debitum exi-
git, & illum prouideat ſaltim de
curatore ad litem, cui ſoluatur,
quod ſi iudex hoc non fecerit, &
debi-

debitor soluat minori, ipseque
minor in ludis, vel luxuria, alijs-
que iuuenilibus delectamẽtis per
diderit, omnino liberatus mane-
ret; & plenissimam liberationem
consequeretur; alias si iudici id
non mandante soluerit, & minor
pecuniam solutam perdiderit, ite-
rum soluere compelli poteret.

34 Sed an necessario requiratur
iudicis compulsio, an vero sim-
plex auctoritas iudicis sufficiat?
vide omnino Gutt. *loco citato a nu.*
25. *Cenc. vbi supra à nu.* 13. *Abruz.*
in dicto §. *fin. num.* 10. *& seq.* Galter.
supra vers. sed iuxta predicta Rot.
Rom. etiam supra num. 2. Barbos. *in l.*
frustra. 5. *num.* 3. C. *de admin. tut.*
vel Cur.

35 Sed quid si debitor soluat tu-
tori vel curatori minoris an con-
sequatur liberationem? dic quod
ipso iure liberatur *l. lucius* §. *tute-*
le & §. *fin. ff. de admi. tut.* Antonell.
de temp. leg. lib. 3. *de* Mensib. *cap.* 3.
num. 14. *&* 15. Galganett. de Tutor.
lib. 3. *quæst.* 57. *num.* 11. Montan. *de*
Tut. *cap.* 32. *num.* 111. *Balbass.* Thom.
de Tutor. *&* Curat. *tit.* 19. *cap.* 64.
de solut. fact. tut. vel curat. a n. 4462
vbi pluribus modis ampliat & limi-
tat. & eodem titul. cap. 10. *de solut.*
illeg. tut. a nu. 3668. *Surd. cons.* 229.
Virgil. de legit. perso. cap. 5. *de legit.*
person. tut. num. 24. *Altograd. cons.* 6.
num. 65. *& num* 66. quod recte so-
36 lutum est ijs, quibus tutores mã-
dauerunt ex *l. pupilli ff. de solut. &*
Mont. *dicto cap.* 32. *num.* 121. Gutter.
dicto cap. 12. *nu.* 9. *vers. secunda con-*
tra præfatam idem dicunt Thomas. *su-*
pra num. 4451. *Pyrr. Maur. de solut.*
cap. 5. *num.* 19. licet deinde *nu.* 84.
& seq. dicat quod debitor soluens
37 curatori minoris liberatur si pe-
cunia fuerit versa in vtilitatẽ mi-
noris, alias ea solutio non pro-
derit soluenti, maxime quando
curator non est soluendo *Barbos.*
in l. exemplo C. *si adu. vendit.* sed vi-
de *Gutter. dicto cap.* 12. *sub num.* 9.
38 vbi dicit quod pecunia recte so-
luta tutori vel curatori, si postea
pereat vel male consumpta sit,
perit quidem periculo ipsius tu-
toris vel curatoris, in cuius do-
minium transit non vero soluen-
tis; argumento *l. quæ fortuitis* C.
de pignor. act. l. si ex legati causa ff. de
verb. oblig. & l. quod te mihi cum ibi
notatis ff. si cert. pet: in specie notauit.
Bartol in l. si sine §. *interposito de ad-*
min. tut. nu. 4. *&* 5. hæc ille & vide
ad materiam *Thomas. supra n.* 4456
& seq. Mart. *cons.* 78. *num.* 4. *&* 5
Georg *alleg.* 38. *Stracc. de adiect. p.* 3.
num 27. *&* 31. *Caualc. de Tut. num.*
274. *Franc. decis.* 206. *num.* 11. DD.
in l. 1. C. *si adu solut. Castr. in l. pupil-*
li debitor num. 2. *ff. de solut. Sforz. de*
Rest. in integr. quæst. 52. Art. 2. *num.*
15. Natt. *cons* 543. *lib.* 3. *Bald. in l.*
1. C. *de apoc. public lib.* 10. *in* 3. *not.*

39 Et scias quod tutor non po-
test liberare debitorem pupilli
nisi pro quantitate recepta, &
quando de reali numeratione cõ-
stiterit *Francisc.* Rocc. *Resp.* 50. *nu.*
19.

40 *19. tom. 1.* confessio namque tu-
toris de recepto minori non præ-
iudicat *Bartol in l. 1. §. si vir num.*
3. vbi etiam Alex. num. 4 ff. de acq.
poss. Farin. dec. 714. num 2. tom 1. in
post. Rum. cons. 137. num 11. lib. 1. Pest.
Resol. 73 num. 1. Paul. Rub. decis. 35.
num. 12 tom. 2 Granut *Theor. 7. Ma-*
res var. resol. lib 3. cap. 93. Balthass.
Thomas. *de tut. & Cur. tract. 8. titul.*
19. cap. 19. de confess. de recept. aut.
fact. num. 3908. vbi ampl. & lim.
& vide ad materiam Hermosil. ad
Lop. Gl. 1. l. 19. tit. 1 *p. 5. a nu* 20. *Pa*
sch. de pat. pot p. p. cap 2. a num. 12.

41 Quid si tutor non confecit in-
uentarium vel non legitime an
solutio ei facta liberet debitoré?
videndus *Franc. dec. 206. & ibi ad-*
dentes Hodier. ad dec. Surd. 249.
num. 4.

42 Quid de solutione facta falso
vel putatiuo tutori? Vide *Mut.*
super bull. num. 307. & seq. Virgil.
cap 5. de legit. pers. tut. sub num. 24.
Graff. except. 25. Vrsill. ad Afflict.
dec. 147. Ricc. Collect. 2278. p. 6. Ho-
dier. ad dec. Surd. 249. nu. 12. Abruz.
in dicto § fin. num. 36. Farinac. dec.
Rot. *Rom. 659. num 3. p. p. tom. 1.* vbi
soluens tutori putatiuo libera-
tur.

Et aduerte cum *Ferrer. super*
Const. los impubers. Gl. 2. sub num.
43 *249.* quod solutio facienda pu-
pillis certo loco, non tutoribus,
vbi celebratus est contractus, sed
tutoribus vbi solutio fieri debet
facienda est.

44 Sed an soluens tutori bona fi-
de post finitam tutelam liberetur?
quod sic dicit *Abruz. in dicto §. fi-*
nal. num. 30.

Et econtra tutor debet credi-
toribus pupilli & sibi ipsi solue-
re id quod a pupillo debetur *Bal-*
thass. Thomas. tr. 8. de Tutor. tit. 19.
cap. 13. a num. 3960.

45 Supradictis affinis est quæstio
An cap. R. & Imper. Carol. 78.
loquens de contractu habeat lo-
cum in distractu hoc est in disso-
lutione contractus? & *Abruz. in*
§. nunc admonendi num. 11. affirma-
tiuam tenet opinionem *ex Bocc.*
in Const. March. Gl. *8 num. 6 & seq.*
Granut. *Thero. 25. num. 27.* maxi-
me quia in vtroque casu militat
46 eadem ratio, quæ est imbecilli-
tas intellectus minorum; Ibi del-
che indi resulta che molti volti
detti minuri sono enormementi
lesi & ingannati, quæ ratio sic
militat in contractu ac in distrac-
tu *scripsi eff. 3. num. 325. & de eff.*
min. et. circa iudic. eff. 1. num. 203.

47 Facit quod dicit *Belus. in re-*
pet. §. contrahentes de for. compet.
quod eadem est lex contractus
& distractus.

EFFEC-

EFFECTVS DVODECIMVS

SVMMARIVM.

1 Minor siue pupillus siue pubes sit nec tacite nec expresse societatem contrahere potest sine tutoris authoritate & iudicis decreto & num. 5. & 29.

Alias erit nulla num. 2. & num. 3. 4. 6. & 7. de ratione.

Amplia tanto magis procedere attento Capitulo Imper. Carol. 7. & num. 8.

Amplia ut sit nulla non solum respectu minoris sed etiam respectu contrahentis cum minore adeo ut contractus non claudicet num. 9. & nu. 10. de differentia quae est inter contractum societatis & alios contractus.

Amplia etiam a num. 33.

Limita num. 11. & a num. 48.

13 Infans nec expresse nec tacite societatem contrahere potest nu. 19. & de ratione num. 14. 15. 16. 17. & 18.

14 Contractus societatis est contractus vltro citroque obligatorius & num. 6.

Infantes non possunt se obligare sub num. 14.

16 Donatio adinuicem praesumitur inter socios.

17 Infantes donare non possunt.

18 Consensus in quolibet contractu requiritur.

19 Infans caret consensu sub nu. 18.

Contractus ab infante celebratus etiam ad sui fauorem non valet & nu. 22.

20 Pupillus infantiae proximus non potest societatem contrahere. vbi de ratione.

Et de differentia inter infantem & pupillum num. 21. 22. & 23.

Contrarium num. 24.

23 Contractus celebratus a pupillo subsistit ex parte illius qui cum eo contrahit.

25 Pupillus pubertati proximus societatem contrahere non potest.

Et de differentia inter pupillum infantiae proximum & pubertati proximum num. 26. 27.

28 Minor viginti quinque annis pubertatem excedens omnium bonorum societatem contrahere non potest vbi de ratione.

Et an rerum particularium societatem contrahere possit nu. 31. 32.

33 Minor non potest continuare societatem cum patre contractam & num. 42. & 43.

Limita num. 50. & 51.

34 Societas morte finitur & vide nu. 35. 36. & 37.

37 Societas non finitur per absentiam vel mortem vnius ex fideiussoribus, qui accesserunt contractui societatis.

38 Socius mortuo socio potest insolidum administrare.

Et perficere incobata tempore pendentis societatis num. 39.

40 Socius mortuo socio sine herede succedit.

41 Socius finita societate an possit exe-

 cuti-

entiue conuenir i pro forte non facto adhuc computo.

48 *Minor cum authoritate tutoris potest societatem contrahere.*

Amplia num. 49.

52 *Societas contracta a minore potest eo effecto maiore tacite & expresse ratificari & num. 53.*

54 *Minor matrimonium contrahens an possit communicare bona cum vxore & filijs sine decreto iudicis.*

1 DVodecimus effectus est
quia minor siue pupillus siue pubes sit nec
tacite nec expresse societatē contrahere potest sine tu-
2 toris authoritate & iudicis decreto, alias est nulla *Gl. in l. cum causa 2. §. 1. vers. nec inter minores ff. de minor. l. vt in conductionibus ff. pro socio Onnat. de Contr tract. 2. disp. 4. sect. 5. sub num. 71. Borell. cons. 39. a nu. 5. Menoch. cons. 860. num. 1. Gratian. cap. 547. num. 4. Buratt. dec. 467. de tacita societate num. 3. Bonac. de Contrac. disp. 3. q. 6. punct. 2. propos. Vnic. num. 5. Alex. cons. 49. num. 1. vol. 1. Bartol. in l. Titium & Meuium §. altero ff. de admin. tut. & in l. si patruus vbi Bald. C. com. V. Iud. idem Bald. ad Bartol. de duob. frat. p. 3. num. 32. Mastic. de Tacit. & ambig lib. 6. titul. 13. num. 1. late Felic. de sociel. cap. 3. num. 10. Cap. 4. num. 27. & 31. & cap. 5. num. 1. 2. Ludou. concl 53. nu. 129. quos citat & sequitur Giurb. super Consuet. Messan. cap. 1. Gl. 5. sub num. 56. Narb. de atat. ad omn. hum. act. requis. Ann. 25. quest. 8. nu.*
3 *7.* & ratio est quia dominium rerum, quæ in societate deducuntur, illico & absque aliqua traditione in socium transfertur *l. fin. §. fin. ff. pro socio* at minoribus om-
4 nis translatio proprij dominij, quæ alienatio est, est interdicta *l. olt. magis puto ff. de reb. eor. scripsi effect. 2.* ergo contractus societa-
5 tis necessario alienationem inuoluens ipsis ante vigesimum quintum annum prohibitus erit.

6 Alteratio est, quoad pupillū
quia cōtractus societatis est vltro
citroque obligatorius *l. societas cōtrahitur ff. pro socio l. societatis iure C.*
7 *eodem* & pupillus absque tutoris
auctoritate cōsensum prestare nequit, nec etiā obligatoriū cōtractū facere *l. obligari ff. de auth. tut. l. 3. C. de Auth. prest.* ergo nec societatis contractum inire. *Borell. cons. 39. a num. 7. Menoch. cons. 860. num. 2. & 3. scripsi effect. 1.*

8 Quod tanto magis procedit attento capitulo Regis & Imperatoris Caroli 78, quo minores ad omnem obligationem contrahendam inhabiles reddūtur, Notat *Giurb. supra Michalor. de duob. frat. p. 2. cap. 15. num. 20.*

9 Et non solum est nulla societas respectu minoris, sed etiam respectu contrahentis cum minore, adeo vt contractus non claudicet *Giurb. supra post. Bald. Iason. Alex. Paris. Bertrand. Barbat. Menoch. Cephal. Rimin. Socr. & Felic.*

qui-

quibus addo *Michalor. supra num. 11. 12.* vbi assignat rationem dif-
10 ferentiæ, quare alij contractus claudicare possunt, contractus vero societatis non potest, quia ex alijs contractibus duplex oritur actio, directa nempe & contraria, vnde non est mirum vnam subsistere aliam non, in contractu vero societatis, vnica & eadem oritur actio, tam ex parte vnius quam alterius nempe directa *§. quibusdam Inst. de pan. temer. litig. Gl. in §. actionum Verbo pro socio Inst. de Act. Petr. de Vbald. de duob. fratr. quæst. 14. sub num. 1.* vnde mirum non est stante nullitate ex parte vnius in totum corruere contractum, quod non euenit in alijs contractibus, in quibus diuersæ actiones & obligationes oriuntur tendentes ad diuersa, pro vt diuersæ sunt personæ contrahentium.

11 Supradicta dicit *Clarb.* quod in duobus casibus non procedur, primo si minor approbauerit societatem ante oppositionem factam a parte re integra, quia tunc potest claudicare, secus facta op-
12 positione, secundo post negotium societatis completum.

Sed melius est in hoc effectu distinguere pro vt distinguit *Michalor. de duob. fratr. dicta p. 2. Cap. 15 a num. 1.* Nam aut loquimur de in-
13 fante, & tunc nec expresse, nec tacite potest societatem inire, primo quia contractus societatis est
14 vltro citroque obligatorius, sed infantes non possunt se obligare *l. obligari ff. de auct. tut. l. 3. C. de auct. præst. l. vt in conditionibus ff. pro*
15 *socio* ergo societatem contrahere non possunt vt supra hic scripsi.
16 Secundo inter socios omnium bonorum omnia hinc inde dicuntur communicata, ex quo fit vt inter ipsos adinuicem præsuma-
17 tur donatio, sed infantes non possunt donare *l. in causa ff. ita relatum ff. de minor. scripsi eff. 15.* ergo nec minus societatē contrahere.
18 Tertio in societate consideratur consensus, qui in quolibet contractu requiritur, at in infante nō adest consensus, cum ignorantia eum excludat *l. si fratres ff. de pact. scripsi effect. 1* ergo societatem contrahere non potest, & ideo cum infante non substinetur
19 contractus etiam ad sui fauorem *§. pupillus Inst. de inutil. stip.* quod late defendit *Surd. cons. 9. num. 45. & seq.* quem citat *Hodiern. in ad lit. ad Surd. dec. 49. nu. 2. & Contr. For. tom. 1. Cap. 22 num. 39. & 49 scripsi dicto effect. 1.* Vnde infert *Michal. supra* ex infinitis DD. ab eo alle-
20 gatis quod multo magis infans nō poterit tacitam societatem omnium bonorum contrahere *Cost. ficul. cons. 57. num. 25. 26. 27.*
21 Aut loquimur de pupillo infantiæ proximo, & nec minus potest societatem contrahere cū non possit se obligare *l. qui ad certum ff. locat. Bartol. in dicta l. Titium*

&c.

& Mantua §. ulteriori num. 5. in vers. ex prædicto (3.) dicto cons. 97. num. 26. Hodie ad dictam Surd. dec. 49. num. 2. & Contr. for. dicto cap. 2. sub nu. 47. & seq. 9. Vinc. Felic. loco citato num. 14. Michal. dicto cap. 5. num. 8. volumen 9. ubi annotat dif-
22 ferentiam inter infantem & pupillum, ut ipsi infantis obligatio sit nulla etiam ad sui favorem, contra-
23 ctus vero celebratus cum pupillo subsistat ex parte illius, qui cum pupillo contrahit, ita ut contrahens cum ipso obligatus remaneat. Hinc dicitur contractu fi claudicare posse *Angel. in dicto § pupillus num. 1.* & in terminis societatis *Roman. cons. 453. quem citant Giurb. ubi supra sub num. 74. Michal. loco citato num. 10. Socc. cons. 160. sub num. 12. lib. 2. Corn. cons. 187. num. 5. lib. 3. Rip. Respons. 1. sub num. 6. titul. de Confess.* Lambert. de Contr. mulier. *Gl. 1. Verbo obligatio sub num. 24. scripsi eff. 1. & in Annot. ad eum.*
24 Contrarium in terminis societatis firmant *Bald. in l. cum oportet in princ. sub num. 9. C. de bon. quæ lib. Jason. in l. 1. sub num. 6. vers. amplia C. qui test. fac. poss. Alex. cons. 49. sub num. 1. lib. 2. Paris. cons. 86. sub num. 2. lib. 1. Cephal. cons. 248. num. 34. lib. 2. & cons. 483. num. 20. lib. 4. Rimin. Iun. cons. 180. num. 11. lib. 3. Socc. cons. 160. num. 11. lib. 2. Menoch. cons. 121. num. 55. lib. 2. & de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 56. num. 11. Hect. Felic. de societ. cap. 3. num. 16. Giurb. supra Michal. loc. citato sub num. 10.*

scripsi supra in versic. & non solum est nulla
25 Aut loquimur de pupillo pubertati proximo, & tunc contrahere societatem non potest *l. in conditionibus ff. pro socio Stra-* lita ... actiones, de quibus supra *Menoch. de arb. iudic. cas. requis. num. 13. quæst. Michal. loco citato num. 13. & num. 14. & seq.* ponit
26 differentiam inter pupillum proximum infantiæ, & proximum pubertati, quia proximus infantiæ non obligatur, neque civiliter, neque naturaliter, pubertati vero proximus si non obligatur civiliter, obligatur naturaliter *Bart. in l. 1. sub num. 7. ff. de minor. Angel. in §. pupillus Inst. de Inutil. stipulat.*
27 Secundo proximus infantiæ non obligatur etiam præstito iuramento, proximus vero pubertati ad iuramenti observantiam tenetur *ut scripsi supra effect. 1. limit. 9.*
28 Aut loquimur de minore viginti quinque annis pubertatem excedente, & certum est omnium bonorum societatem contrahere non posse, cum se obligare non possit sine curatore *Menoch. dicta præsumpt. 56 num. 6. & 9. Mantic. de tac. & ambig. convent. lib. 6. titul. 13. num. 1. & alii supra citati Michal. loco citato num. 18.* & quia per eam
29 dominium etiam immobilium transfertur in aliam personam *l. 1. in fi-*
30 *ne ff. pro socio* quod sine iudicis decreto

creto & curatoris consensu facere non potest minor *l. 1. & l. magis puto ff. de reb. cor. l. lex qua tutores C. de admi. tut. Petr. de Vbald. de duob. frat. p. 3. num. 32. vers. intellige Mantic. dicto tit. 13. num. 1. & seq. Surd. dicto cons. 138. num. 21. & 37. Michal. dicta cap. 1. num. 29. Narb. dicta quaest. 8. sub num 5. vers. his tamen & vers. ex quibus omnibus num. 11. & scripsi supra.*

31 Licet regulariter possit alias societates contrahere Roman. *cons. 451. ante finem Alex. cons. 45. sub num. 4. lib. 1.* Menoch. *cons. 616. num. 8. lib. 7.* nisi minor de aliqua re
32 contrahendo disponeret, quæ decretum requireret; tunc enim illam societatem absque iudicis decreto contrahere non posset *Simancell de Decr. lib. 3. titul. 8. Insp. 2. num. 26. cum plur. seq. Michal. supra num. 21. 22.*

33 Supradictam conclusionẽ amplia primo vt minor non solum non possit societatem contrahere, nec etiam societatem prius a patre contractã continuare, quia
34 cum societas morte finiatur *l. 1. ff. pro socio l. actione § morte ff. pro socio §. soluitur Inst. de societ. Bald. cons. 448. lib. 4. Alb. cons. 87. lib 2. Dec. cons. 281. num. 3. lib. 1. Ias. cons. 343. lib. 2. Socc. cons. 160. num. 7. & 8. & cons. 192. lib. 2. Paris. cons. 87. num. 3. lib. 1. post supradictos Cephal. Corn. Dec. Osasc. Petr. de Vbald. Grati. Bart. Grat. Mantic. Hect. Felic. Michalor. dicta p. 2.* Addo *Flam. Monac. in addit. ad Minad. dec. 30. Medic. mors omnia soluit quaest. 2. num. 28. Cost. Clauf. 172. num. 2. Cutell Orat. 15. num. 32. Mastrill. dec. 131. a num.*
35 *21.* vbi pluribus modis ampliat *Giurb. super Consuet. Mess. cap. 1. Gl. 6. nu. 40. Cap. 1. Gl. 4. nu. 2.* vbi plurib. mod. ampliat, & *cap. 7. Gl. 19. nu. 6. Noal. de transm. cas. 58. Escob. de ratioc. cap. 6. num. 57. Hod. Contr. for. lib. 1. cap. 22. a num. 10.* vbi pluribus modis ampliat *Olea. de Cess. lib. 3. tit. 5. num. 5.* licet *Cast. sicul. cons. 15. num. 31. & cons. 51. num. 12. & 22.* dicat quod contracto matrimonio more latinorum societas dicitur continuata donec diuidantur bona.

36 Procedunt supradicta etiam si socius non vixerit pro tempore, quo duratura erat societas *Corn. cons. 310. num. 2. vol. 4.* licet non sit
37 finita per absentiam, vel mortem vnius ex fideiussoribus, qui accesserunt cõtractui societatis *Rot. Roman. Nouiss. dec. 288. p. p.* vel si esset societas vectigalium *Mastrill. dec. 135. num. 9. 48. 76. & 77. Cutell. Orat. 11. num. 32. Noal. de Transmiss. cas. 58. num. 5. & 6. Hodier. dicto cap. 22. num. 14. & 18.*

38 Est verum quod socio mortuo socius qui superest potest insolidum administrare *Mastrill. dicta dec. 131. num. 10.* & perficere inco-
39 hata tempore pendentis societatis *Carroc. singul. 400.* & mortuo
40 socio sine hærede succedit *Nouar. in l. vacantia num. 7. C. de bon. Vac.*

lib.

lib. 10. & l. Vnic. C. si liber. Imper. soc. fin. hær. deceß.

41 Et an socius finita societate possit executiue conueniri pro sorte principali non facto adhuc computo? *Parlador rer. quotid. lib. 2. c. fin. p. p. §. 12. limit. 4. num. 31. Hect. Felix de societ. cap. 31. num. 64. & 69. Cost. ficul. conf. 56. num. 59. & 60 Giurb. decis. 13. num. 1. & 2. & sub num. 9 Escob. de Ratioc. cap. 21. sub num. 5. & 22. Cutell.* Orat. 15. Capib. de Bar. *cap. 92. nu. 16. lib. 2.*

42 Et redeundo vnde digressi sumus quia continuare societatem nihil aliud esset quam nouam incohare ex dictis supra, ideo v-
43 triusque consensus requiritur in renouatione, & proinde non potest societatem continuare *l. planè ff. pro socio Decian. conf. 60. nu. 40. Vbald. de duob. frat. p. 3. num. 16.* Alex. *conf. 132. num. 10. lib. 5. Corn. conf. 34. num. 2. lib. 1. Menoch. conf. 121. num. 75. 76. Michal. de duob. frat. p. 2. cap. 42. num. 25. 26. Cost. ficul. conf. 51. num. 24. & seq. Hodier. dicto cap. 22. num. 37. & seq.* & in puncto *Mich. dicto cap. 15. num. 25.*

44 Amplia secundo etiam si de commodo minorum ageretur *dicta l obligari §. 1. Alex. dicto conf. 49. num. 1. lib. 1. Michal. supra num. 26.*
45 nam licet pupillus in his, quæ simpliciter eius fauorem respiciunt, possit se obligare vt scripsi *effect. 1.* id tamen non procedit
46 in actibus indifferentibus, qui & damnum, & commodum continere possunt, vt est societas & aditio hæreditatis *Bald. in l. cum oportet C. de bon. qualib. Iason. in l. 1. C qui testam. fac. poß. num. 6. Mascard. de probat. Concl. 31. num. 15. Michalor. dicto num. 26. Hodier. supra Narb. dicta quæst. 8. num. 11. in*
47 *fine* vbi secus dicit de puberibus decimum quartum annum excedentibus, si sunt masculi, & duodecimum si fæminæ, quia citra curatorũ consensum possunt societatem contrahere si sit vtilis.

48 Limita primo vt minor cum authoritate tutoris vel curatoris possit societatẽ contrahere *Bald. in l si patruus num. 15. vers. item dicto C. com. V. Jud. & in l. mandatum secunda oppositione C. mandat. Alex. conf. 49. num. 2. lib. 1. Corn. conf. 1. nu. 8. lib. 1.* Alb. *conf. 87. lib. 2. Tiraq. de ll. Connub. Gl. 5. num. 20. Crauett. conf. 286. vers. secundo dico Decian. conf. 36. num 16. lib. 1. post hos & alios Michal. vbi supra num. 28. vbi num.*
49 29. ampliat non solum cum consensu expresso sed etiam tacito quod declara, vt per eum *Hodiern. dicto num. 2.*

50 Limita secundo si testator iusserit societatem cum ipso minore esse continuandam *Bald. in l. cum oportet sub num. 9. C. de bon. qualib. Alex. conf. 46. num. 1. lib. 1. Socc. conf. 4. num. 5. lib. 4. Dec. conf. 441. Mascar. dicta concl. 31. num. 19. Menoch dicta præsumpt. 56. Michal. loco citato a num. 39.* Noal. *de Transmiß.*

cas.

cas. 58. num. 3. Hodiern. loco citato nu.
51 3. vbi loquendo de pupillo dicit quod etiam stante testatoris præcepto, non dicitur renouata sine tutoris auctoritate, vel eius pacientia & dicto *cap. 22. num.* 40.

52 Limitatur tertio si minor maior factus societatem ratificauerit post *Alex. Dec. Bologn.* Corn. *Socc. Vbald.* Mascard. *Surd. &* Mantic. *Michal. loco citato num. 51. quibus addo* Giurb. *super.* Consuet. *Messan. Cap. 1.* Gl. 5. *nu.* 75. vbi etiam de tacita
53 ratificatione cursu quinquennij, sed vide quæ scripsi *effect.* 1. *vers. sed an minor num.* 80. *&* Hodiern. *dicto cap 22. num. 57. & seq. Narb. dicta quæst. 8. nu. 1. in fine & num.* 11. & dicitur societatem ratificare, quando post minorem ætatem se exercet in eadem negotiatione, illam prosequendo *Gratian. Cap. 714. num. 11. & vide num. 2. &* 16.

54 Ex supradictis sequitur minorem matrimonium contrahentẽ bona eius omnia cum vxore & filijs non communicare iudicis decreto deficiente *Giurb. dicto cap. 1. Glos. 5. a num. 56. post* Grati. *Mantic. Freder. de solis Lancellot.* Gall. *& alios* quod pluribus rationibus probat & multis modis ampliat, & limitat vt per eũ Cald. *de empt. cap. 13. num. 31.* quidquid videatur innuere *Mat. Consuet. 43. num* 23.

Ad materiam huius effectus *vide Duard. de societ. lib. 1. cap. 3. q. 2. Balthass. Thomas. post hæc scripta visum de Tut. & Curator. tit. 19. cap. 14 de pupill. gerent. authorę tutor a num.* 3734.

EFFECTVS DECIMVS TERTIVS

SVMMARIVM.

1 *Infans nec solus nec cum tutoris authoritate hæreditatem adire potest.*

Maior vero infante potest cum auctoritate tutoris adire, sed sine eo non potest, licet hæreditas lucrosa sit num. 2. & 4.

Sed distingue a num. 5. cum plurib. sequen. & a num. 28.

3 *Tutor an possit hæreditatem adire siue iure directo siue fideicommissario.*

12 *Pupillus hęres institutus sub conditione si conditionem adimplet ipso iure efficitur hęres.*

Contrarium num 13.

15 *Pupillus si tutore caret an possit adire hæreditatem cum auctoritate iudicis.*

Et quid si iudicis copia haberi non potest? num. 16. & 17.

18 *Pupillus an possit hæreditatem adire cum authoritate curatoris?*

19 *Curator non potest explicare ea quæ iuris solemnitatem desiderant.*

20 *Pupillus an possit opulentam hęreditatem adire? & num. 21. 23. 24. 25. & 26.*

22 *Statutum prohibens mulierem contrahere sine interuentu mariti & agnatorum*

torum non prohibet hæreditatem opulentam adire.

27 *Statutum disponens quod pupillus doli capax possit hæreditatem adire sine tutoris auctoritate valet.*

31 *Adultus curatorem habens æquiparatur pupillo.*

34 *Adultus post aditionem hæreditatis an possit ab hæreditate se abstinere vel repudiare via restitutionis in integrum? & num. 38.*

Et quæ requirantur in concedenda hac restitutione in integrum? num. 36. 39. & 40.

42 *Mulier quæ vult exigere dotem in bonis fideicommissi debet probare bona libera non extare, & num. 44.*

Quid si mulier dicat non adesse alia bona præter fideicommisso subiecta? num. 43.

Quid si tempore restitutionis aderant bona allodialia & tempore executionis contractus non adsunt quod tempus attendatur? num. 43. & 47.

52 *Adultus curatore carens an possit hæreditatem adire stante Capitulo Imper. Carol. 78. & num. 55.*

53 *Authentica sacramenta puberum loquens de contractibus habet locum etiam in distractibus, & quasi contractibus.*

54 *Statutum requirens certam solemnitatem in contractibus mulierum eandem requirit in aditione hæreditatis, ubi quasi contrahitur.*

56 *Statutum loquens de contractu nõ habet locum in quasi contractu, & vide a num. 57. cum plur. seq.*

63 *Maior decem & octo annis in Regno potest adire hæreditatem absque spe restitutionis.*

64 *Minor an possit repudiare hæreditatem sine curatore & iudice? & nu. 65. cum sequent. & a num. 77.*

72 *Repudiatio an sit alienatio?*

73 *Debitor an possit in fraudem fisci vel creditorum repudiare hæreditatem vel legatum, vel usumfructum? & num. 74. & 75. & vide num. 84. 85. & 86.*

Et an eo ipso quod renunciat dicatur læsus & debeat restitui? num. 67.

88 *Aditionis & repudiationis hæreditatis materia remissive.*

89 *Aditio hæreditatis per minorem facta non censetur ratificata si maior factus credita hæreditaria exegerit, & quando secus? ibidem.*

90 *Aditio hæreditatis non præsumitur nisi probetur.*

Amplia etiam si hæreditas sit opulenta num. 91.

Amplia 2 etiam in filio hærede instituto num. 92.

93 *Aditio non probatur ex possessione bonorum hæreditariorum.*

94 *Aditio hæreditatis est difficilis probationis & num. 95.*

In dubio actus debet interpretari ut non importet aditionem hæreditatis sub num. 95.

96 *Aditio hæreditatis ex actibus æquivocis & dubijs non probatur.*

Et debet plene clare & concludenter probari num. 97.

Et quibus actibus probetur & inducatur? n. 98.

Per

Per testes singulares probatur nu. 99.

Sed an debeant esse parte citata recepti? num. 100.

101 *Ius adeundi an transmittatur.*

102 *Ius adeundi cedi non potest.*

103 *Ius adeundi non est in bonis nostris.*

104 *Ius adeundi non comprehenditur in donatione omnium bonorum & iurium, nec potest per creditores adiudicari nec per fiscum confiscari.*

105 *Ius adeundi præscribitur.*

1 DEcimus tertius effectus est quia minor si infās sit, nec solus nec cum tutoris auctoritate adire hæreditatem potest, sed solus tutor adit *l. si infanti C. de Iur. delib. Simoncell. de Decret. lib. 2. titul. 6. sub num.* 13. sicut si infans sit soli tutori fit restitutio hæreditatis *l. restituta §. fin. ff. ad Trebell. Angel. Iason. & communiter DD. in §. sed neque inst. de auth. tut. & ibi addit. ad Gl. scripsi de effect. minor. ætat. circa iudicialia in præludio sub num. 18. vers. nec hæreditatem adire* si vero
2 maior infante sit potest cum auctoritate tutoris adire, sed sine eo non potest licet hæreditas lu-
3 crosa sit, sicut nec solus tutor potest, siue iure directo, siue obliquo idest fideicommissi ad eum spectet, & pertineat dicto §. *sed neque vbi communiter DD.* vbi dici-
4 tur neque tamen hæreditatem adire, neque bonorum possessionem petere, neque hæreditatem ex fideicommisso ex S.C. Trebell. suscipere aliter possunt, nisi tutoris auctoritate, quamuis illis lucrosa sit, ne vllum damnum habeant *l. obligari §. pupillus auctoritatem ff. de auct. tutor. l. more nostræ Ciuitatis ff. de acq. hæred.* Conuers. *in tit. de auct. tut. num. 30. 31. & sub. num. 52. Simoncell. de decret. lib. 2. titul. 6. nu. 53. Narb. de ætat. ad omn. hum. act. requis. Ann. 14. quæst. 15. num. 9. licet Ottobon. decis. 91. nu. 10. & 110. num. 4.* indistincte dicat quod minor nequit hæreditatem adire sine solemnitatibus requisitis in contractibus minorum q. limitat non procedere dicta *dec. 110. num. 11* in aditione hæreditatis paternæ cum beneficio legis & inuentarij quia cum agatur de actu vtili & necessario solemnitates non requiruntur sed hæc limitatio est contra textum in §. sui autem vers. sed his prætor *Inst. de hæred. qualit. & diff. & contra scripta a me eff. 3. limit. 9.*

5 Sed melius distinguendum est *cum Virgil. de legit. person. pupill. cap. 1. sub num. 64.* Aut infans habet patrem, & potest pater solus pro eo adire, & infanti hæreditatem acquirere, & si fuerit mortuus infans ante acceptam hæreditatem siue ante aditam transmittit illam ad patrem solum ex speciali priuilegio, ad alium vero hæredem non transmittit; si vero infans
6 non habet patrem, & tunc aut habet tutorem, & potest solus

tutor absque interuentu infantis
adire, & etiam bonorum posses-
sionem petere, & si moriatur an-
te agnitam hæreditatem vel bo-
norum possessionem per tutoré,
non transmictit illam, sed hære-
ditas vadit ad illos, ad quos iret
si hæreditas infanti delata non es-
7 set, si vero tutorem non habet,
tunc hæreditatem de iure ciuili
nullo modo adire potest, nisi pro-
uideatur de tutore, sed in bono-
8 rum possessione de iure prætorio
dicit esse remedium, quia quili-
bet consanguineus vel amicus in-
fantis potest adire prætorem, &
agnoscere bonorum possessioné
nomine infantis, & tunc perfe-
cte acquiritur infanti, & transmi-
ctitur ad quoscunque hæredes: si
vero hæreditas est delata pupil-
9 lo maiori infanti siue impuberi,
& tunc aut habet patrem, & po-
test cum auctoritate patris adire
hæreditatem, sed si pater nolit
consentire filio adeunti, tunc po-
test filius sine patre, & econtra
patre volente adire si filius negat
pater solus adire potest, quod in-
telligit si pupillus sit doli capax
& filius familias, aliàs solus non
posset, & si pupillus habens pa-
trem moriatur ante aditam hære-
ditatem illam non transmictit ad
patrem, sed vadit ad illos ad quos
iret si pupillo delatá non esset, si
10 vero non habet patrem, & tunc
si habet tutorem, potest hæredi-
tatem adire cum auctoritate tu-
toris, & non aliter, quia nec so-
lus pupillus sine tutore, nec tu-
tor sine pupillo adire potest idem
dicit *Larr. dec. Gran.* 70. *num.* 15.
quod secus est in bonorum pos-
11 sessione delata pupillo maiori in-
fanti, quia solus tutor sine pu-
pillo eam agnoscere potest vt di-
cit *Virgil supra* vbi de ratione, vi-
de *Simoncell. de decret. lib.* 2. *tit.* 6.
dicto num. 13.

Limitat *Virgil. loco citato* quan-
do pupillus esset hæres institutus
12 sub conditione, & ipse solus im-
pleret conditionem, quia tunc
ipso iure efficitur hæres solus si-
ne tutore.

Sed *Conuers. de auct. tut. num.* 31.
dicit quod non per hoc statim fit
13 hæres, sed tantum reddit institu-
tionem puram, quæ erat condi-
tionalis, & parat sibi aditum fa-
ciliorem ad acquirendam hæredi
tatem, idem dicit *Salgad. Labyr.
Cred. concur p.* 2. *cap.* 16. *nu.* 74. 75.
14 Secundo limitat *Virgil.* quan-
do est institutus seruus pupilli,
quia solus tutor potest iubere
seruo vt adeat sine pupillo.
15 Quid si pupillus tutore caret
quid faciendum? dic quod tunc
loco tutoris posset interponi iu-
dicis auctoritas *l. bonorum vbi Gl.
& DD. C. qui admitt. l. si infanti in
fine C. de Iur delib. Virgil. supra vers.
si vero pupillus non habet tutoré Con-
uers. Inst. de auct. tut. num.* 47. *Si-
moncell. de decret. lib.* 2. *titul.* 6. *sub
num.* 54. *vers. tertius est casus* & si
iudi-

16 iudicis copia haberi non posit a solo pupillo posse adiri dicit *Roman in l. de pupillo in principio per* Gl. *ibi Verbo habetur ff. de nou. oper. nunc. sed* Gl. *a* DD. *reprobatur vt per Jas & Alex. in dicta l. bonorum* Tiraq. *de ll. connub.* Gl. *8. num.* 55. licet
17 posit *Roman.* saluari vbi periculum esset in mora vt notat *Conuers. vbi supra num.* 49.

18 Sed an curatoris auctoritas sufficiat ad hoc vt pupillus posit hæreditatem adire? quod non est dicendum *l. eum in vna §. vltimo ff. de appell.* nam curator datus im-
19 puberi non potest explicare ea, quæ iuris solemnitatem desiderãt *l. curatorem ff. de auct. tut. Conuers. Inst. de auct. tut. num.* 36. 37. *R. Maja Consult.* 12. *num.* 7. *Simoncell. de decret. lib.* 2. *titul.* 6 *sub nu.* 54. *Narb. de at. ad om. hum. act. requis. Ann.* 14 *quæst.* 15. *sub num.* 4. *& quæst.* 16. *sub num.* 6. *Virgil. de leg. pers. pupilli cap.* 1 *sub num.* 64. *vers. nec potest dari curator.*

20 Quid dicendum de hæreditate opulenta an posit illam solus pupillus adire, in qua vt dicit *Gl. in l. si quis mihi bona §. si seruus ff. de acq. hered.* nullæ adsunt vexatio-
21 nes? & duæ sunt doctorum opiniones vna quod in adeunda hac hæreditate nulla requiratur tutoris auctoritas a cessante ratione legis, quia in hac hæreditate, vt dixi nullum potest damnum pati.

22 Pro vt simili dicitur de muliere a statuto prohibita contrahere sine interuentu mariti & agnatorum, quia nihilominus sola potest hæreditatem opulentam adire *Tiraq. ad ll. connub.* Gl. *8. num.* 78. *Paul. de Castr. in dicta l. more num.* 4. *& ibidem Ias. num.* 42. *Rodor. Suar. de ll. fori titul. de las deudas nu.* 17. *Gomez in § omnium num.* 9. *Inst. de act. Ann. singul.* 15. *Cartar. decis.* 46. *num* 16. Hanc opinionem tenent *Dyn in c. quo ad gratiam de regul. Iur. in* 6. *Angel Castr. & Alex. in dicto §. si seruus & alij per Tiraq. vbi supra num.* 77.

23 Altera est opinio contraria quod etiam in adeunda hac hæreditate sit necessaria tutoris auctoritas, quia hæc prohibitio adeundi hæreditatem sine tutoris auctoritate est facta non solum ratione damni, sed quia pupillus non intelligit causam suæ aditionis *l. pupillus ff. de acq. haredit.* nam licet cesset prima ratio, remanet tamen secunda, & sic re-
24 manet dispositio, quia quando dispositio est fundata in pluribus rationibus æque principalibus non cessat quamuis cesset vnica ratio *l. si non lex. vbi Bald. de hered. Inst. §. affinitatis Inst. de Nupt. scripsi effect.* 1. *Vers.*

25 Hanc opinionem firmant *Cyn. Bald. & alij in l. quod fauore C. de ll. Bald. in l. potuit C. de iur. delib. Aret. Port. & alij in dicto §. sed neque Iason. in dicto §. si seruus & in dicta l. more nostra Ciuitatis num.* 17. *Narb.* de

de at. ad omn. hum. act. requis. Aun. 25 *quaest.* 42. *sub num.* 4. Cald. *ad l. si curatorem Verbo hunc contractum. num.* 8. *C. de integr. rest. Montan. de* Tutel. *cap.* 30 *num.* 115. *Spin. in spec. testam.* Gl. 33. *num* 27. *Ceuall. com. contr. com. quaest.* 710.

26 Sed hæ opiniones contrariæ possunt conciliari, vt prima procedat in pupillo doli capace, posterior vero in infante, vel infantiæ proximo, quia ratio quod pupillus non intelligit causam suæ aditionis, procedit in his qui sunt infantes vel infantiæ proximi, deficit vero in his, qui sunt proximi pubertati, ac doli capaces, quibus nihil obesse videtur quo minus possint hæreditatem adire, vt voluit *Ias. in l. potuit C. de Iur. delib.* hanc conciliationem ponit *Conuersan. Inst. de auct. tut. num.* 35.

27 Hinc dicunt DD. quod statutum disponens quod pupillus doli capax possit hæreditatem adire sine tutoris auctoritate valet *Angel. Roman. Alex. Ias. & alij in dicta l. more ff. de acq. hæred. Alex. Ias. & Dec. in dicta l. boorum Montan. de tutel. cap.* 30. *num.* 128. *Conuers. vbi supra num.* 50.

28 Si vero minor sit adultus, & tunc aut habet patrem, & potest cum auctoritate patris hæreditatem adire, & patre recusante potest solus si vult adire hæreditatem, & econtra filio recusante, potest solus pater adire *l. vltim. C. de bon. quæ lib. Cald. ad l. si curatorem Verbo hunc contractum num.* 14. & 15. *C. de in integr. rest. minor.*

29 aut non habet patrem, & tunc aut habet curatorem, vel non habet: primo casu potest adire hæreditatem cum auctoritate curatoris *l. cum quidam. C de admin. tut. Simoncel. de decret. lib.* 2. *tit.* 6. *sub num.* 53. *vers. secundus est casus Virgil. de legit pers. adult. cap* 2. *num.* 34. *Conuers. Inst de auct. tut. num.* 38.

30 sed solus sine curatore vel curator sine eo adire nō possunt, quia

31 adultus curatorem habens æquiparatur pupillo secundum *Gl. & Alex. in l. impuberibus ff. de acq. hæred. Alex. in l.* 2. *§ fuit quaesitum col.* 1. *vbi* Gl. & *communiter* DD. *ff. ad Trebell. Cald. in dicto Verbo hunc contractum num.* 2. *Gall. de except. quæ ot poss. ex succ. ab intest. vel ex testam. tit.* 2. *except.* 2. *p.* 3. *sub num.* 72. sed

32 si læditur, potest aduersus aditionem restitutionem petere *l.* 2. *C. si tut. aut curat. & est tex indicta l. si curatorem habens Virgil. supra.*

33 Si non habet curatorem potest solus hæreditatem adire, & valet aditio secundum *Alex. in dicto § fuit quaesitum Bald. in l. fin. §. fin. autem tit. C. de bon. quæ lib. Virgil. loco citato num.* 31. *& sub. num.* 34.

34 Sed si læditur restituitur in integrum, & potest post aditionem ab hæreditate se abstinere, vel repudiare, quamuis factus maior exigisset a debitoribus hæreditarijs *l.* 3. *§ scio de minor. Ricc. coll.*

Roll. 392. Bacacc. super const. March. Gl. 8. a num. 130. Morot. cons. 77. Maresc. Var. lib. 2. cap. 98. num. 11. Merlin. Contr. for. Cent. 2. cap. 53. nu. 8. Barbos. in l. si iam puberes C. si tut. vel cur. interu. & in Aut. si omnes C. si minor ab hær. abstin. vbi quod
35 in concedenda hac restitutione debent citari omnes prætendentes interesse, seu qui prætendere possunt interesse nu. 3. & 6. idem dicit Secc. supra num. 133. scripsi de Cit. 1. q. & in l. si vos paterne eadem tit. dicit Barbos. q minori propter
36 ætatem conceditur beneficium restitutionis, & si non probet hæreditatem esse damnosam sed Menoch consil. 1094. nu. 30. dicit quod minor petens se restitui aduersus aditam hæreditatem non solum debet probare se minorem sed læsum & Surd. cons. 287. num. 6. dicit quod minor qui agit pro restitutione probare debet inter alia quod sit minor quia est necessarium preambulum ad obtinendam restitutionem & cons. 91. num. 1. & 2. quod a minore qui petit restitutionem probanda est ætas & læsio & cons. 365. num. 15. inquit quod minor ad vitandas vexationes admittitur ad repudiandam hæreditatē simpliciter aditam licet sit opulenta & soluendo idem dixerat cons. 95. num. 11. Virgil. dicto num. 33. dicit
37 procedere etiam si hæreditas sit locuples, quia nihilominus potest eam repudiare eo quod multis molestijs sit implicita ex Gl. fin. in l. minoribus ff. de minor. Surd. de alim. tit. 9. quaest. 26. num. 92. dicit quod licet minor adeundo confecerit inuentarium propterea que sit tutus ab omni dāno tamen si in hæreditate sint vexationes restituitur perinde ac si esset in damno Sforz. de Rest. in integr. quaest. 22. Art. 3. n. 32. inquit quod
38 si minor adiuisset hæreditatē imperfecte, & minus solemniter, posset infra quinquennium a die maioris ætatis restitutionem petere, & vide eundem quaest. 36. Art. 6. vbi disputat an minor eo
39 ipso quod hæreditatem adiuit, dicatur læsus, ita vt alia probatione læsionis non indigeat, sed
40 quod sit necessaria probatio læsionis vt minor restituatur Pancirol. cons. 165. num 1. Larr. dec. Granat. 70. num. 11. Ludouis. dec. 120. & ibi addit. Coccin. dec. Rot. Roman. 219. Farinac. dec. 125. p. 2. tom. 1. Paul. Rub. decis. Rot. Rom. 351. num. 2. tom. 1. vbi inquit quod minor
41 qui petit restitui, quia dicit se læsum ex aditione hæreditatis, tenetur probare hæreditatem nō soluendo, & quod probat sufficienter si dicat tantum esse in hæreditate, & non plus, pro vt etiam dicit mulieri, quæ in subsi-
42 dium vult exigere dotem in bonis fideicommissi incumbit onus probandi bona libera non exta-
43 re, nihilominus quando dicit non esse alia bona præter illa, quæ sunt

sunt subiecta fideicommisso habet suam intencionem fundatam, & probatam ita vt dicenti alia bona extare incumbat onus probandi & dicta bona ostendēdi,& vide *Merlin.in Addit. ad dec.* 124. *tit.* A. *post tract. de legit.* vbi quod
44 onus probandi non extare bona libera incumbit fæminis agentibus contra fideicommissum & petentibus dotes congruas, nisi
45 sint dotatę & reperiātur in possessione *Font.de pact.* Nupt. *Clauf.* 5. Gl. 1. *p.* 2. *num.* 12. 28. 34. & 36. *Mut.super Cap.* R. *Iacob.* 22. *num.* 33. *Gratian.*Cap. 331. *num.* 22. *bene Sp.Cost.consf.*89. *a num.*9. *post.Fusar. Mastrill.* & *alios.*
46 Sed quid si temporé restitutionis aderant bona allodialia & tēpore executionis contractus non adsunt quod tempus attendatur? *Fontanell.de pact. Nupt.Clauf.* 7. *Gl.* 3. *p.* 14. *num* 25. 26. *Molin.de primog. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 8. & 19. *Cancer.Cap.*15. *de* Renunc. *num.*104. *Becc.consf.* 54. *num.*2. *lib.*1. *Peregr. de fideicom Art.* 42. *sub num.* 18. *Milantis.dec.*7. *sub num.*6 *o lib.*1. *Mart. de Succ. legal.p.* 4. *quaest.* 21. Art.10. *num.*65. *in fine Intrigl.de subst.Cent.* 3. *quaest.* 73. *num.* 379. & *seq. Sp. Cutell.omnino* Orat. 13. *a num.* 21. & *n.*23. dicit decisum quod atté-
47 datur tempus executionis, scripsi *tom.*3. *de Citat.*

Sicut etiam restituitur minor aduersus omissam aditionem hęreditatis *Surd. consf.*232. *num.* 12.

Et scias quod minor qui post aditam hæreditatem restituitur debet præstare si quid ex hæreditate in rem eius peruenit nec perijt per imbecillitaté ætatis *Gratian.cap.*720. *num.*12. 26. & 27.

Sed vide *Narb. de æt. ad omn. act. requis.* Anno. 14. *quaest.* 15. *num.*4.
48 & 7. vbi pubertatem siue in masculis siue in fæminis dicit esse ætatem congruam ad adeundam hæreditatem, & licet ex aliquibus legibus appareat requiri curatorum consensum & interuentionem in aditionibus a puberibus obeundis, id quidem non ex necessitate, sed vtilitate & commodo adolescentium procedere
49 dicit, sicut etiam puberibus inquit *num.* 10. recte potest fieri re-
50 stitutio ex S. C. T. & *quaest.* 16. *num.*9. dicit posse etiam adultum
51 sine curatoris auctoritate hæreditatem restituere fideicommissario, licet pupillus non possit.
52 Sed quid dicendum stante capitulo Imperatoris Caroli 78. An scilicet adultus curatorem nō habens possit hæreditatem adire? & videtur quod non quia statutum loquens de contractibus habet locū in distractibus & quasi contractibus *Cancer. cap.*1. *de min.* 25. *ann num.* 127. Hinc *Auth. sacramenta puberum C. si adu. vendit.* lo-
53 quens de contractibus habet locum etiam in distractibus,& quasi contractibus *Gl. in Verbo contractibus vbi etiam DD. Afin. de exequut.*

quut. §. 9. *Cap.* 326. *numero* 10. *Afflict. in* §. *item sacramenta pubetum in* 6. *not. numero* 1. & 3. *idem Asin. fusissime in eodem tract. in principio Cap.* 14. *numero* 1. Gomez. in §. *omnium numero* 28. *vers. circa hoc Inst. de actio. Intrigl. singul.* 165. *numero* 5. *Tiraquell. ad ll. connub. l.* 15. *vers. contracter. Gl.* 3. *numero* 111. & 113. *Granut. Theor.* 25. *numero* 35. vbi si statutum requi-
54 rit certam solemnitatem in contractu mulierum, eamdem requirit in aditione hæreditatis vbi quasi contrahitur *Salgad. Labyr. Cred. concur. p.* 2. *cap.* 14. *num.* 65. *Palat. Rub. de donat. inter vir. & vxor.* §. 63. *num.* 15. *Gratian. cap.* 780. *Abruz. in* §. *nunc admonendi num.* 5. & *num.* 35. concludit quod stan-
55 te dicto capitulo in aditione hæreditatis etiam lucrosæ requiritur auctoritas curatoris, & iudicis.

56 Contrarium quod statutum loquens de contractu non habeat locum in quasi contractu *Asin. plures cumulans dicto cap.* 14. *sub num.* 5. *vers. contrarium Canc. cap.* 1. *de minor. viginti quinque annis nu.* 81. *Narb. Anno.* 14. *quæst.* 15. *num.* 8. *in fine*.

Virgil. vero de legit. person. adult. cap. 2. *sub num.* 17. dicit quod aut
57 in quasi contractu militat omnimoda ratio, & æquitas quæ in contractu, & tunc statutum prohibens contrahere comprahendit quasi contractum, ex *Dec.*
58 & *Asin.* aut omnimoda ratio non concurrit, & tunc statutum locum non habet; Vnde infert *Virgil.* quod si minor quasi contra-
59 hendo remaneret enormiter læsus, procederet capitulum quod loquitur de contractu ad quasi
60 contractum, secus si læsio cessaret per rationem expressam in statuto, seu in capitulo nostro ibi delchi ni resulta che multi volti ditti minuri sunnu enormimẽti lesi & ingannati. Subdit deinde *Virgil.* Maranta vero in repetitione *legis si potest* tenet statu-
61 tum non procedere in quasi contractu, ex quo sequitur quod adultus possit sine curatore & iudice adire, vt dicam latius infra statuto nostro non obstante, & sic *Virgil.* recedit a distinctione
62 supradicta, a qua mihi videtur nullatenus recedendum, pro qua multos cumulat DD. *Asin. de exequut. in princ. cap.* 20. *per tot.* quid quid dicat *Abruz. supra*.

63 Et aduerte quod in Regno stante constitutione minorum iura, per quam maior ætas vigintiquinque annorum de iure communi est restricta ad decem & octo vt scripsi in præludio potest quis eo ipso quod est maior decem & octo annis absque restitutione adire hæreditatem, Notat

Oo *Marant.*

Maraut. in l. is potest sub num. 238. ff. de acq hæred.

64 Sed An minor possit illam repudiare sine curatore & iudice? *Gall. de except. quæ or. poss. tam ab intest. quam ex testam. tit. 2. except. 2. p. 3. numero 73. Abruz. in §. nunc admonendi numero 157. ex Menoch. de arbit. cas. 185. numero. 33.* negatiue respondent, & inquit
65 *Abruz.* quod capitulum Imperat. Carol. 78. habet locum in repudiatione hæreditatis, quia
66 repudiatio alienatio est, & sub interdicto alienationis continetur *l. magis §. fundum ff. de reb. eor.*
67 vbi pupillus non potest repudiare fundum legatum, quia alienatio est sine prætoris auctoritate.
68 Secundo facit tex. in *l. Liberta ff. de bon. Libert.* vbi dicitur hæredem liberti infraudem patroni legatum repudiare non posse. Ex quibus & alijs iuribus in hanc partem inclinare videntur *Pinell.*
69 *in l. 1. p. 3. a numero 103. C. de bon. mat. Molin. de Iust. & Iur. tract. 2. disput. 468. numero 12. August. Barbos. de potest. Episc. Allegat. 91. numero 54. Citati ab Arias de Mes. Var. Resol. lib. 2. cap. 41. numero 6.* supradictam conclusionem Ampliat *Abruz. ex eodem Menoch. cas. 71. numero 55.* etiam si hæreditas
70 non esset adita; est verum quod *numero* 158. dicit quod minor be-
71 neficio restitutionis in integrum aditam hæreditatem repudiare potest citatis creditoribus, probata prius læsione.

72 Contrarium quod repudiatio alienatio non sit suadetur ex infrascriptis legibus scilicet ex *l. quia autem 6. in principio & §. proinde & §. sed & illud l. patrem 19. l. debitorem 20. ff. quæ in fraud. cred. l. postulante 67. ff. ad Trebell. l. si sponsus quinta §. si maritus ff. de donat. inter vir. l. 1. §. vtrum ff. si quid infraud. Patron. l. profectitia. 5. §. sed si legatum ff. de Iur. dot. l. seruum 44. §. 1. l. si sibi 86. §. confertur ff. de collat. bonor. l. nemo 68. §. vltimo ff. pro Socio. l. alienationis 28. versiculo qui occasione ff. de verb. signific. l. non fraudantur 184. ff de regul. Iur. Citati ab eodem de Mes. loco citato num. 1.* ex quibus infert quod si debitor re-
73 pudiet hæreditatem non videtur infraudem fisci factum, quod acquisitum non est ex *l. cum quidam 26 ff de Iur. fisc.* & quod magis in foro obtinuit debitores posse repudiare hæreditatem vel
74 legatum nulla creditorum habita ratione quin infraudem eorum id fieri intelligatur ex multis *DD.* quos citat, quibus addo *Fontan. de pact. nupt. Claus. 4. Gl. 9. p. 5. numero 69. & 77.* qui loquitur
75 & de renunciatione hæreditatis & vsus fructus in præiudicium

cre-

creditorum, & ideo videndi sunt *Castill. dec. 150. num. 153. Cutell. de Donat. Tract. 1. disc. 2. p. 10. num. 51. in fine & p. 9. num. 1. 2. & 3. Hodiern. in l. hac edictali quaest. 31. Andriol. Contr. 208. lib. 3. Apicell. de quinquen. dilat. numero 103. Giurb super Consuet. Messan. Cap. 7. Gl. 11. a num. 6. & Cap. 1. Gl. 12. num. 18. Simoncell. de Decret. lib. 3. titul. 8. a num. 63. cum plurib. seq.* vbi
76 examinat si minor possit repudiare sine iudicis decreto, & si repudiatio sit alienatio?
77 Et in puncto quod minor possit hæreditatem non aditam repudiare sine curatore & iudice, *Cancer. cap. 1. de minor. 25. annis nu.*
78 128. quia repudiando ad nihilū se obligat, nec aliquod damnum sentit cum ante acceptationem
79 nullum sit ei ius quæsitum & cessante ratione statuti cessat statutum *l. adigere ff. quamuis ff. de Jur. Patron. l. 4. §. toties ff. de damn. infect. c. cum cessante de appellat.* & in repudiatione hæreditatis delatæ Ecclesiæ *Pellicciar quaest. 41. cap. 11. & vide Redoan. de reb. Eccl. non alien. quaest. 2. cap. 12.*

Sed *Narb. dicto Anno 14. quaest. 16. num. 2. & 6.* dicit puberes
80 post decimum quartum annum masculos, & post duodecimum fæminas repudiationis esse capaces, siue curatorem habeant, siue non, licet pupillis sit interdicta repudiatio sine tutoris autho-
81 ritate, & ratio differentiæ est, vt ipse notat, quia repudiatio ex illis est, quæ ad curatoris prouidentiam & administrationem nō spectant, cum sit actus legitimus, qui non per alium nec alterius auctoritate potest expediri, &
82 ideo necessario à minore sine curatoris sui auctoritate perfici debet: Non sic est in pupillo, quia cum tutor principaliter personæ
83 pupilli & ad supplendum eius defectum constituatur, vnam eãdemque personam cum pupillo efficiat, quare absque ipsius tutoris interuentu actum legitimum repudiationis, qui ad personam spectat, solus pupillus exercere nequit, quia persona ipsius maxime ad hunc effectum ab illius auctoritate & consensu dependet, adeo vt sine eo sit imperfecta, licet *Virgil. de legit. pers. pupill. cap. 1. sub num. 64.* dicat quod pu-
84 pillus potest solus repudiare hæreditatem in præiudicium creditorum si sit maior infans, sed cum
85 *Narb.* firmat & recte in pupillo *Arias de Mess. supra num. 10.* & de repudiatione legati, donationis, & fideicommissi vltra Arias de Mess. supra vide *Raudens. cons. 17. num. 34. Intrigl. de subst. Cent. 3. quaest. 91. num. 8. Fusar. de subst. quaest. 390.* vbi quod iudicis decretum requiritur, *Bottil. de Succ. ab intest. titul. de Renunc. Succ. Cap. 2. Theor. 82. num. 9. p. 9. Gutter. de Tut. p. 2. Cap. 5. num. 40. Hermos. ad Lop. Gl. 2. l. 4. tit. 5. p. 5. num. 32.*

Barbos. in l non solum num. 16. C. *de prad. & ali. reb. Pellicion. dicto cap.* 17. *Redoan. de reb. Eccl. non alien. quaest.* 2 *cap.* 11. vbi quod non potest facere remissioné illius quod sibi debetur Ius sibi delatum potest repudiare absque solemnitatibus *Thom. de tut. trac.* 8. *tit.* 19. *num.* 3591. *Narb. de et. ad om. hum. act. requisit. Ann.* 21. *quaest.* 13. *a nu.* 6. *&* *nu.* 5. de renunciatione hypothecæ & quod minor non possit renunciare iura in bonis stabilibus absque decreto *Bardellon. cõs.* 158. *num.* 23. *t.* 2. *Ricc. in pra. re. quo. t.* 3. *resol.* 351. *num.* 10.

87 Et an eo ipso quod minor renunciat dicatur læsus, & debeat restitui? videndus *Regens Salern. dec.* 53. *num.* 2. *Cornaz. decis.* 135. *num.* 10.

88 Ad materiam aditionis & repudiationis hæreditatis, vide *Galter. in prax. Tutel. p.* 2. *Verbo v. tiliter agat & contrahat a num.* 42. *cum plur. seq Balthass Thomas de Tutor. &* *Cur. Tit.* 19. *cap.* 52. *de Aditione hæreditatis per tutorem patrem & c. a num.* 4343. *& cap.* 14. *de pupill. gerent. auth. tutor num.* 3727. *&* 3720. *Cornaz. dec.* 143. *num.* 4. *Fach. Cõtr. Iur. lib.* 6. *cap.* 49. & quod minor restituatur aduersus aditionem & repudiationem hæreditatis *Surd. cons.* 301. *num.* 13. & An hæres minoris restituatur aduersus aditionem hæreditatis omissam a minore *Baldass. de Angel. in l. illud. C. de in integr. rest. minor.*

89 Et aduerte quod aditiò hæreditatis per minoré facta non censetur ratificata, ex quo maior factus credita hæreditaria exegerit, nisi coram iudice sciente hoc fiat, quoniam hoc facere potuerit ob aliam causam, & alia quælibet occasio & causa sufficit ad excludendam ratihabitionem *Merlin. Contr.* 79. *num.* 10. *&* 11.

90 Aduerte etiam quod aditio hæreditatis cum sit quid facti nõ præsumitur, nisi probetur *Virgil. de legit. pers. Cap.* 20. *num.* 2. *Menoch. de præsumpt. lib.* 4. *præsumpt.* 95. *num.* 2 *&* 3. *Capyc. latr. dec.* 117. *num.* 1. *Prat. discept. for. Cap.* 31. *num.* 11. *&* 12. *ex Franc. dec.* 60. *& Bartol. Merlin. Contr. for. Cap.* 89. *num.* 11. *Cyriac. Contr.* 244. *num.* 21. 22. *Mascard. de prob. Concl.* 41. *num.* 8. *Ioseph. Ludouic. concl.* 16. *& in dubio Garon. var. resol. cap.* 1. *num.* 1. *&* 2.

91 Etiam si hæreditas sit opulenta *Prat. supra nu.* 13. *&* 15. *ex Franc. dicta dec.* 60. *nu.* 9. *Merlin. dicto Cap.* 89. *num.* 11. *Menoch. vbi supra sub num* 3. & multo magis si sit damnosa *Prat Cap.* 32. *num.* 9. *Cyriac, dicta Contr.* 244. *num.* 32.

92 Et etiam filio hærede institutò *Cyriac. Contr.* 244. *num.* 24. *Menoch. supra num.* 4. *& Virgil loco Citato num.* 2.

93 Et possessio bonorum hæreditariorum non sufficit ad inducẽdam aditionem *Prat. supra nu.* 16. *Merl. dicto cap.* 89. *num.* 14. *&* 15.

94 Et est difficilis probationis *Cyriac.*

riac. Contr. 244. nu. 31. *Masc. concl.* 40. nu. 1. Ludouic. Concl. 16. Menoch. *dicta præsumpt.* 95. num. 24. *Capyc. latr. dec.* 8. num. 15.

95 Et coniectura hæreditatis aditæ cum difficultate sumitur, quãdo alia capi potest *Prat. dicto Cap.* 31. num. 14. ex Bald. & Roman. & ideo alienans res hæreditarias quæ erant tempore perituræ non videtur adire quamuis alias ex venditione rerum aditio inducatur *Surd. de alim. priu.* 45. num. 5. & indubio actus debẽt interpraetari vt non importent aditionem hæreditatis & tunc statur declarationi hæredis & hæredi hæredis *Achill. per sonal. de adipisc. poss. num.* 417.

96 Et ex actibus æquiuocis & dubijs non probatur *Prat. dicto cap.* 31. num. 18. *Cyriac. dicta Contr.* 242. num. 27.

97 Et debet clare plene & concludenter probari *Cyriac. dicta Contr.* 242. num. 23. Ioseph. Ludouic. *dicta concl.* 16. quia potest magnũ præiudiciũ inferre hæredi *Masc. dicta concl.* 40. num. 9. *Franc. dec.* 60. *in fine.*

98 Et ex quibus actibus probetur & inducatur? vide *Font. de pact. Nupt. Claus.* 4. Gl. 5. nu. 37. & 38. *Hodiern. contr. for. lib.* 1. Cap. 50. nu. 7. *Giurb. super Consue. Mess. cap.* 13. Gl. 7. num. 10. *Ricc. Collect.* 556. & *de Iur. Patron. Resol.* 167. 169. 173. & 177. *Cyriac. Contr.* 127. 139. & 242. *Mascard de probat. à concl.* 42. vsque ad 53. *Garron. Var. Resol. cap.* 1. *Ludou. concl.* 16. *Marant. in. l. is potest num.* 42. *Virgil. de legit. pers.* Cap. 20. nu. 1. & 3. *Menoch. de præsumpt. lib.* 5. *præsumpt.* 100. 101. & 102. *Gizz. Obser.* 13. *à num.* 19. *Fontan. dec.* 87. 88. & 89. *Cassanat. cons.* 10. *Cutell. Orat.* 5. *Nouar. in Rubr. de primip. num.* 7. *lib.* 12. *Rot. luce. diu. dec.* 40. *Fach. Contr. Jur. lib.* 8. *cap.* 51. 52. 53. 56. 57. *Intrigl. cons.* 2. *Cost. sicul. cons.* 7. *Bonorn. cons.* 6. *inter consil. sicul per Lun. Mart. de Succ. legal. p.* 4. *quæst.* 14. Art. 2. *Thes quæst. for.* 51. *lib.* 2. *Ricc. in addit. ad Mascard. vbi supra Pasch. de Patr. pot. p.* 4. *cap.* 1. *à num.* 33. *Franc. dec.* 60. & 80. & Addent. ad eum *Barr. de Succ. fol. mihi* 72. *cum seq.* Nouar. *dec.* 137. & Paul. *Rub. Resol. præd. cap.* 92. *à num.* 97.

99 Probatur etiam per testes singulares *Mascard. de prob. concl.* 52. *Ludouic. dicta concl.* 16. *Marant. in dicta l. is potest num.* 94. *de acq. hæred.*

100 Sed an hoc casu requiratur partis citatio? quod sic fuit decisum dicit *Franc. dec.* 60. num. 10. & 11. & *vide quæ scripsi de Citat. tom.* 1. *quæst.* 6. *num.* 89. & *ad DD. ibi citatus adde Burg. de mod. proc. ex abrupt. quæst.* 3. num. 201.

Et quia incidit sermo de Citatione & in meis tribus voluminibus omnis scribere si testes pro probanda vergentia mariti ad inopiam sine p. c. recipiendi ab vxore ideo sciendum quod *Cost. sicul. cons.* 53. num. 3. ex *Mastrill. dec.* 142. num.

num. 26. dicit quod mulier in casu inopiæ potest agere executiue contra maritum ad restitutionem dotis constito per testes in vim extremorum & sic. p. incitata quia extrema p. in c. probãtur vt scripsi *tom. 1. de (it. q. 16. num. 62. 63. sed Mastrill. allegat. Mut. super Rit.* qui hoc non dicit imo *dec. 23.* dicit contrarium.

Sed vide textum *in l. si constante ff sol. mat. ibi* (& constat exinde dotis exactionem competere) quæ verba videntur partis citationem requirere secundum notata per *Mutam consuet num. 1. num.* 87. *Ricc. de Iur. patr. Resol.* 192. *num.* 3. *Montalt. & Pertoll. super* Rit. 135. *Farinacc. dec.* 573. *p. p. num.* 1. *to.* 2. *Barbos. Claus.* 30. *n.* 4. *meũ sing.* 37. Hinc *Virgil. de legit pers. mul. cap.* 24. *n°* 35. dicit & constito de inopia potest executiue procedere quod verbũ constito partis citationem importat & in puncto videndus *Fonta. de pact. Nupt. Claus.* 7. *Glos.* 2. *p.* 3. *num.* 36. vbi inquit Deinde Citatio tertiorum possessorum potest fieri simul cum marito, vt excussis prius bonis mariti deinde in subsidium deueniatur ad bona per tertios possessa *num.* 71. dicit quod quo ad præiudicium viri non requiritur citatio sed quod præiudicium creditorum *vide in meo sing.* 104. *& in Annot. ad eum Dexart. dec.* 94. *num.* 7. *Cast. deduc. ne eg q.* 1. *num.* 196. *sed deinde sub dicto nu.* dicit quod in Regno semper fuit seruatum contrariũ quod inopia probetur *p. in c. idem dicit dicta q.* 1. *sub num.* 99. *& vide num.* 204.

Et redeundo vnde digressi sumus aditio hæreditatis confirmat omnia gesta a defuncto & ipse hæres obligatur *Paul. Rub. Resol. prac. cap.* 63. *num.* 136.

101 Ius adeundi an transmictatur *Noal. de Transm. cas.* 8. *per tot.* Gal*ter. in prax. tutel. p.* 2. *Verbo vtiliter agat num.* 45. *&* 54.

102 Alteri cedi non potest sed hæreditas adita sic Noal. *supra num.* 146.

103 Non est in bonis nostris *Ioan. Gutt. in c. quamuis pactum num.* 22. *de pact. in* 6. *Cancer. cap.* 21. *de Transmiss. num.* 157. *&* 158.

104 Et ideo non comprænhenditur in donatione omnium bonorum & iurium nec potest per creditores adiudicari nec per fiscum cõfiscari *Font. Claus.* 5. *Gl.* 8. *p.* 10. *num.* 24. *Franc. dec.* 60. *&* 101. *Surd. dec.* 140. *cons.* 116. *num.* 29. *cons.* 300. *nu.* 27. *Mastrill. dec.* 277. *num.* 22. *& seq. & num.* 41. *Bardell. cons.* 1. *num.* 26. *Virgil. de legit pers. cap.* 12. *num.* 6. *Gutter. in §. sui num.* 95. *Mut. dec.* 49. *num.* 33. *Marcabru. cons.* 81. *Ball. lib.* 4. *pp qq quæst.* 9. *num.* 44. Cutell. *de Don. tract.* 1. *disc.* 2. *part.* 2. *num.* 26. *& seq.* vbi quod neque venit in generali bonorum obligatione nec minus potest per creditores quibus adiudicantur seu insolutum dantur bona exerceri

&

& quod poteſt repudiari in præiudicium fiſci & creditorum *(enc. ſupra num 160.*

105 Præſcribitur *Alleg. 16. num. 75. poſt deciſ. Tho. anell Salern. (euall com. contr. com. quaſt. 714. Gall de except. tit. 2. exc. 2. p. 3. num. 27. Theſ. dec. 4. Virgil. dicto cap. 12. num. 9. Graſſ. lib. 2. com. op. tit. de hæredit. quaſt. 4. Mut. conſuet. 36. num. 38. Cutell. de donat. tract. 1. diſc. 2. p. 10. num. 9.* vbi hoc procedit in emãcipato in ſuo vero nullo tempore præſcribitur vide *Antonell. de tempor. legit. lib. 2. de Ann. quaſt. 92.* Aduerte vltimo quod tempus adeundi vt currat hæredi non ſufficit vt ſciat mortẽ defuncti ſed requiritur vt ſciat ex quo capite debet admitti ad ſucceſſionem *Cutel. Orat. 19. num. 14. & num. 22. & 28,* dicit quod hoc tempus nec ignoranti nec dubitanti currit nec ſtante ſtatuto continuante poſſeſſionem.

EFFECTVS DECIMVS QVARTVS

SVMMARIVM.

Minor non poteſt cedere iura ad res immobiles abſque decreto & ſolemnitatibus, & num. 2. & 13.

Et eſt communis opinio ſub num. 3 & num. 7. de ratione & 8.

Quid ſtante capitulo Imper. Caroli 78 ??nu. 5. 6.

Amplia num 3. & a num. 15.

Limita a num 18.

9 *Statutum prohibens vendere rem, non prohibet vendere actionem ad rẽ ſecundum Amatum qui reprehenditur ab Olea. ibi.*

10 *Minor non poteſt cedere ius redimendi, & retrahendi rem immobilem ſine decreto.*

11 *Actio iudicatur mobilis & immobilis ſecundum naturam rei, pro qua competit.*

12 *Minor non poteſt bona immobilia alienare ſine ſolemnitatibus.*

14 *Hæres fideicommiſſo grauatus quia non poteſt alienare non poteſt cedere.*

15 *Minor non poteſt cedere actionem competentem ad res mobiles quæ ſeruando ſeruari non poſſunt.*

16 *Ceſſio paſſiua an poſſit fieri minori? & num 17.*

18 *Minor poteſt cedere actiones fideiuſſori vel poſſeſſori.*

19 *Ceſſio poteſt fieri fideiuſſori ex interuallo.*

20 *Minor poteſt cedere actiones ad res mobiles, quæ ſeruando ſeruari non poſſunt, vbi de ratione.*

21 *Minor cui ab aliquo fuit permiſſum vt pro eo emeret fundum poteſt hoc caſu ſine decreto iura cedere.*

22 *Minor an poſſit cedere actionem quam habet ad rem mobilem, quæ ſeruari non poteſt, & ad immobilem vel mobilem quæ ſeruari poteſt? & num. 23. & 25.*

24 *Tutor ſi habet electionem reſtituendi fundum vel eius pretium non poteſt fundum reſtituere abſque decreto.*

DECI-

DECIMVS quartus ef-
fectus eſt quia licet ve
1 riſſima ſit iuris cóclu-
ſio quamlibet actioně
cedi & vendi poſſe *toto titul. de hæ-
red. vel act. vendit. notat Hodiern. in l.
hac edictali quæſt. 34. num. 1. Muta
ſuper bull. a nu. 4.* minor tamen non
poteſt cedere iura ad res immo-
biles abſque decreto & debitis
ſolemnitatibus *l. ſed ſi pecuniam §.
ſi ius ff. de reb. eor. l. ſi ad reſoluendam
C. de præd. & al. reb. min.* vbi proba-
2 tur minores non ſolum res ipſas
immobiles, ſed nec ius ad ipſas
res poſſe remittere aut cedendo
alienare *Barboſ. in dicta l. ſi ad re-
ſoluendam num. 6.* Bertach. *in Verbo
minor alienat verſ. minor an cedat iu-
ra ſua* Euerard. *in loco a minoribus ad
Eccleſiam num.* 10. *Simoncell. qui mul-
tos refert de Decret. lib. 1. tit. 3. Caſ.
1. num. 2. Cald.* Pereir. *de Empt. &
Vendit.* Cap. 13. *num.* 11. & *Cap.* 24.
num 62. in principio Bertaz. de Clauſ.
Clauſ 10. *Gl. 2. num. 13 in fine* Narb.
de ætat. ad omn hum act. requiſ. Anno.
25. quæſt. 25. num. 1. Gall. *de Except.
quæ or. poſſ. tam ab inteſt. quam ex te-
ſtam. tit. 2. except. 2. p. 3. num.* 74 *Cy-
riac. Contr.* 181. *num.* 17. *Gutter. de
Tutel. p. 2. Cap. 5. num.* 27. *Bartol.
in l. neque tutores num. 18. C. de proc.
Aſin. de exequut. § 7. Cap. 260. num.*
3 *7* qui de tutore loquuntur; de tu-
tore etiam loquitur *Balthaſſ.* Tho-
*maſ. de tutor. & Cur. tract. 1. tit. 19.
cap. 7. de vend. & alien. bon. pupill.
num. 188. trac. 7. tit. 19. num. 3077.
& tract. 9. tit. 19. cap. 82. num. 4518.*
Hermoſ. *ad* Lop. *l.* 4. *Gl* 2. *tit.* 5. *p.* 5.
num. 32. Ambroſ. *dec.* 14. *num.* 26.
*Olea de Ceſſion. Iur. tit. 2. quæſt. 1. a
num.* 31. Mut. *Conſuet.* 51. *num.* 7. vbi
4 teſtatur de communi opinione
Virgil. de legit. perſon. pupill. Cap. 1.
num. 40. & *de legit. perſ. adulti cap.
2. num* 18. *Verſ. iſtud Cap. Regni* vbi
5 dicit iſtud Capitulum Regni pro-
cedit vbi minor vellet cedere ac-
tiones ſuas ſiue curatorem ha-
beat, ſiue non habeat, non poſ-
ſet cedere actiones ſine curatore,
quia ſine eo non poteſt ſe obliga-
re *Ioan. de Graſſ. de Ceſſ. Iur. § 2. nu.
4 fol. 13. tom. 3. p. 2. tract.* Intrigl. *ſin-
gul.* 87. *num.* 4. *lib.* 3. qui etiam lo-
6 quitur ſtante Capitulo Caroli
78. & inquit quod minor ſiue ha-
beat ſiue non habeat curatorem
non poteſt ſe obligare nec cede-
re ſine interuentu curatoris, vel
iudicis, ex quo per cap. ſupradi-
ctum prohibetur ſine vno ex eis
contrahere, & qui non poteſt ſe
obligare non poteſt cedere *Scacc.
de Iudic. lib. 2. cap. 2. num.* 305. Prac.
papienſ. informa libelli in cauſa vẽ-
ditionis §. ceſſit & mandauit om-
nia iura folio mihi *344. num.* 11.
Balthaſſ. Thomaſ. *de* Tutor. & *Curat.
tit. 19. Cap. 82. De Ceſſ. act. per min.
tutoreſque num.* 4518.
7 Sed validiſſima ratio huius cõ-
cluſionis eſt quoniam de actione
ad rem idem eſt iudicium quod
eiuſdem rei *l. ſi ad reſoluendam* C.
de præd. & al. reb. min. ſcripſi in effect.

de iure

de iure luendi Simoncell. vbi supra nu. 3. *Pereir. dicto cap.* 13. *num.* 11. *Narb. loco citato num.* 2. *Thomass supra Olea de Ceß. Iur. dicta quæst.* 1. *num.* 36.
8 vbi inquit regulare esse quod qui immobilia alienare non potest, nec ius quod ad ea habet transferre valet, & propterea inquit *Amat.* non benedicere sua *Resol.* 10 *nu.* 8. dum scripsit quod qui ex sta-
9 tuto prohibetur vendere rem, nõ est prohibitus vendere actionem ad rem, dicit etiam *Olea* quod mi-
10 nor sine decreto non potest cedere ius redimendi & retrahendi rem immobilem pro eodem pretio, & quod actio iudicatur mo-
11 bilis & immobilis secundum naturam rei pro qua competit *Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæst.* 14. *num.* 22. *&* 23. *Giurb. super consue. Meß. cap.* 12. *Gl.* 5 *sub. nu.* 7. *vnde nu.* 8. infert quod actio ad feudum feudalis est *Barbos. in dicta l. si ad resoluendum sub nu.* 6. *scripsi dicto effect. de iure luendi & vide* Pellicion. *Illus. qq. quæst.* 41. *cap.* 13. *per to. Molign. de appell. V. l. ext. num.* 737. *vers. mobilium appellatione Barbos. in eodẽ tract. appell.* 117. *nu.* 3. Capyc. *Galeot. Contr.*
12 40. at minori rerum immobilium alienatio nisi præuia solemnitate nequaquam permittitur *toto tit. de reb. eor. & C. de pred & al. reb. minor. scripsi effect.* 3. ergo neque immo-
13 biliũ cessio ipsi permittitur, quia actionem cedere alienare est *Paul. Christ. Belg. dec.* 110. *nu.* 3. *Buratt. dec. Rot. Rom.* 690. *num.* 11 *tom.* 3. *Cyriac. Contr* 181. *num.* 17. *tom.* 1.
14 Hinc hæres fideicommisso grauatus quia prohibitus alienare, cedere non potest *Fusar. de subst. quæst.* 697. *Sforz. de prob. alien & fideic. quæst.* 19. *Art.* 12. *num.* 242.
15 Ampliatur primo supradicta cõclusio nõn solum procedere in iuribus & actionibus ad immobilia pertinentibus, sed etiã in competentibus ad res mobiles, quæ seruando seruari possunt, quia cũ distrahi a minore sine solemnitate non possint *l. lex quæ tutores C. de admin. tut. scripsi effect.* 3. ita nec earum actiones sine prædicta solemnitate poterũt valide cedi *Simonc. supra nu.* 4. *Thom. supra nu.* 189. *Narb. loco citato etiã n* 4. *Tusc. pp. Conclus. Verbo minor concl.* 252. *nu.* 36. *Olea dicta quæst.* 1. *nu.* 38. *&* 39.
16 Ampliatur secundo vt nec etiã passiua cessio ipsi minori fieri possit, quia minori plura remedia & priuilegia competunt, ex quibus potentior dicitur *Iacob. de Sancto Georg in l.* 1. *C. ne lic. potent. n.* 18 *Duẽ. Regul.* 88. *Ampliat.* 1. *Cald. Pereir. de Empt. & vend. cap.* 24. *n.* 62. *Narb. supra n.* 6. *scripsi de effect. minor. ætat. circa iudic. effect.* 41. *nu.* 3. 4. *&* 5. li-
17 cet Contrarium dicat *Olea de Ceß. Iur. tit.* 2. *quæst.* 2. *num.* 12 *ex Alciat. & Carpan. & num.* 16. Limitat vbi ex cessione bona sua obligaret idem dicit *Olea contra Narb. dicto tit.* 2. *q.* 4. *n.* 48. *Balth. Thom. de Tutor. & Curat. titul.* 19. *cap.* 82. *de Ceß. act. sub num.* 4517.

18 Fallit primo quando minor cederet actionē fideiussori vel possessori ex necessitate, quia tunc absque alia solemnitate cessio iurium ad res immobiles, quamuis a minore facta effectum sortietur *Galeot. in suo Margarit. Cap. 4 nu. 5. Simonc. dicto Titul. 3 nu. 2. in fine & titul. 4. nu. 27. & post eos Narb supra n. 3 pract. Pap. dicto n 11. Balth Thom. tr. 7 de Tut tit. 19. n. 3078.* vbi si cederet ex necessitate contractus cū defuncto celebrati *Virgil. dicto nu. 40.* quem citat *Olea de Cession tit. 2.*

19 *q. 2. n. 9.* & potest hæc cessio fideiussori ex interuallo fieri *Amat. Resolut. 37. n. 39. Mariu Resolut. 41. n. 4. Cost. de Rat q. 22. n. 8. Gutt. Alleg 4. n. 10.*

20 Fallit secundo si ad res mobiles iura competant, quæ minime seruando seruari possunt, quia sicut potest minor res ipsas alienare, ita actionem ad illas *Bart. in l. mouentium ff de verb. signific. Redoan. de alien. reb. Eccl q. 14. a nu 23. & q. 51. cap. 16. num. 5. & quæst. 52. cap. 26. Simoncell. supra Narb. loco citato num. 4. in fine Mut sub dicto num. 7. Scacc. supra num. 307. Balthass. Thomass. supra num. 3081. Farinac. de Accus. quæst. 15. num. 14.*

21 Fallit tertio quando quis permisit minori vt pro eo emeret fūdum; quia potest hoc casu sine auctoritate tutoris ei iura cedere *l. 4. §. nihil vbi Bartol. ff. de manu. Bald. in l. 1. q. 10. C. si seru. ext. addito ad eūdem Bartol. in l. obligari ff. de auct. tut. Mut dicto nu. 7. in fine.*

Fallit 4. in actione personali pro immobilibus *Thom. supra n. 3080 ex Dec. Tiraq. & Montan.*

22 Quid dicendum si minori competit actio ad rem mobilem, quæ seruando seruari non potest, & ad immobilem seu mobilem quæ seruari recte valet? *Narb. supra num. 5. ex Simonc. loco citato num. 8.* concludit non licere minori actionem sibi alternatiue competentem videlicet ad fundum vel pecuniam absque iudicis auctoritate cedere aut alienare, cum ex tali cessione sequi possit alienatio quæ minori est prohibita sed *Muta sub dicto nu. 7.* dicit quod si cessio a minore esset sic alternatiue facta, hoc penderet a voluntate debitoris validare vel non validare hanc iurium cessionem cum in electione ipsius sit alterutrum soluere, quia si soluerit fundum, non valebit cessio rei immobilis factæ per minorē absque iudicis decreto, si vero eligat pecuniam soluere, valebit ex quo erit de re mobili, vnde concludit quod hoc ex futuro euentu declarabitur.

Olea vero de Cession. Jur. dicta quæst. 1. sub num. 39. distinguit aut
23 in illa obligatione alternatiua electio pertinet ad minorem creditorem, aut ad debitorem, licet in alternatiuis obligationibus regulariter electio sit debitoris. Primo casu inquit certum esse

esse obligationem illam alternatiuam sine solemnitatibus, & decreto cedi non posse, quia in tali cessione res illa immobilis alienatur ex *Simon. Narb. & Galeot. lib. 3. Contr. 40. num. 10.* vbi pro-
24 bat tutorem habentem electionẽ restituendi fundum, vel illius prętium non posse absque decreto fundum restituere.

25 Secundo casu inquit quod duę ad sunt DD. opiniones prima & communis quod pendeat ex futuro euentu, quã ipse approbat; secunda quod non valeat cessio, quam non approbat & quod isto casu valeat cessio tenet *Balthass. Thomass. tr. 7. tit. 19. de Tut. num. 3079.*

Sed an sine solemnitatibus possit minor cedere nomina debitorum? hæc quæstio pendet ab alia quæstione An scilicet nomina debitorũ sint mobilia vel stabilia an vero constituant tertiam speciem pro qua quæstione videndi sunt *Ripol. de execut. censual. cap. vlt. nu. 332. Barbos. de Appellat. verb. sign. Verbo bona appell. 3 1. Thes. qq. forens. lib. 1. q. 2. Intrigl. cons. 13. nu. 37. & seq. Pont. cons. 144. num. 11. Capibl. de Baro. prag. 3. nu. 22. Caualc. de Vsufr. num. 84. Carroc. de Excuss. bon. p. p. q. 9. Fusar. cons. 199. num. 92. & 93. Mut. super Cap. R. Alfons. 443. sub num. 48. Giurb. super Consuet. Mess. Cap. 1. Gl. 2. a num. 1. & Cap. 3. Gl. 13. num. 3. Barbat. de Assist. Gl. 5. num. 10. & seq. Gait. de Cred. q. 7. num. 340. in puncto Olea. de Cession. Iur. tit. 2. q. 1.*

EFFECTVS DECIMVS QVINTVS

SVMMARIVM.

1 *Minor etiam cum auctoritate tutoris vel curatoris & iudicis decreto donare immobilia non potest vbi etiã de ratione, & num. 2. 3. 4. & 5. & vide a num. 19. & 21.*

Amplia a num. 27. limita a num. 46.

3 *Decretum iudicis vt legitime interponatur iusta causa requiritur.*

4 *Donare est perdere & num. 6.*

Et species furoris num. 7.

5 *Læsio an consideretur in donatione?*

8 *Donatio non præsumitur quando aliqua potest capi coniectura.*

Et ad illam excludendam potius prę sumitur quod actus sit nullus num. 9. & inualidus num. 12.

Et potius præsumitur fatuitas & error etiam in facto proprio nu. 10. 11. & 14.

Et semper facienda est interpretatio per quam præsumptio donationis excludatur nu. 13. & 16.

15 *Donatio præsumitur ob importunitatem facta.*

16 *Iogalia non fiunt vxoris quia præsumuntur donata ad ornatum & non animo donandi.*

17 *Judex non debet decretum interponere quando minor vult dare.*

18 *Tutores & curatores donare non possunt, & ibi de ratione.*

20 Minor habilitatus *ad omnes contractus vel redditus maior per principis rescriptum donare non potest.*

22 *Donatio facta à minore est nulla non obstante quod interuenerit iudicis decretum.*

23 *Minor non potest etiam ob causam nuptiarum sine decreto alienare.*

24 *Tutor pupillo donare volenti auctorare non potest alias tutela iudicio tenebitur.*

25 *Tutor non potest dari minori ad donandum.*

26 *Nullitas donationis factæ a minore potest allegari a tertio cuius interest.*
Etiam si ille in cuius fauorem est nulla posset ratificare, ibidem.

27 Minor *etiam minimam rem donare non potest.*

28 *Minor an possit donare ei à quo bona habuit? & num. 29.*

30 *Minor donare non potest etiam obseruando solemnitatem statuti in donatione requisita & de ratione num. 31.*

32 *Statutum ut minor possit donare cum aliquibus solemnitatibus interpretandum est de donatione ob benemerita.*

33 *Minor non potest consentire ut bona sua dentur.*

34 Mulieres *minores non possunt donare immobilia.*

35 *Renunciationes quas faciunt minores cum nuptui traduntur in fauorem fratrum vel aliorum etiam cum decreto & iuramento quatenus inuoluunt donationem non valent, maxime stante cap. Carol. 78 & num. 36. & 37. & 38. & de ratione nu. 39. & 40.*
Et an talis renunciatio ea effecta maiore si per quinquennium taceat ratificetur? num. 41.

42 Minor *habilitatus ad contrahendū non est habilitatus ad donandum.*

43 Confessio *minoris non valet quando non constat de vera numeratione, & ibi de ratione.*

44 *Minor nec etiam cum decreto potest mobilia donare vide num. 46.*

45 *Minor non potest ex causa dotis donare nisi ad sit decretum.*

47 *Minor potest ex causa remunerationis donare.*
Amplia in tutore, & in Ecclesia nu. 48. 49.
Intellige ut num. 50.

51 *Donatio remuneratoria non potest propter ingratitudinem reuocari.*

52 *Donatio facta à pubere vel ab impubere pubertati proximo confirmatur iuramento.*
Intellige quando constat de animo donandi num. 53. & quando est in modica quantitate num. 55.
Idem & multo magis si iurauit & promisit illam non reuocare nec ei contrauenire aliqua ratione vel causa num. 54.
Amplia etiam si minor curatorem habens sine eo contraxerit num. 56.
Contrarium num. 57.

Limi-

Limita in Regno stante Cap. Imp. Car. 78. num. 58.

Limita secundo in donatione omnium bonorum vel sibi praeiudiciali num. 59.

Limita 3. in donatione facta curatori num. 60. Amplia num. 61. 62 63. 64.

65 *Minor factus maior an possit rescindere donationem a se factam tempore minoris aetatis cum iuramento? & quid obtenta absolutione ab eo?*

Et An restituatur adversus dictam donationem? a num. 66. cum plur. seq.

78 *Minor potest donare propter nuptias cum decreto iudicis & vide num. 78.*

80 *Minor potest cum iudicis decreto donare Ecclesiae? vel pia causa.*

Intellige vt num. 81.

82 *Minor factus maior potest expresse & tacite ratificare donationem a se factam tempore minoris aetatis & nu. 83.*

Quid stante Cap. Imp. Carol. 78? num. 84.

Quid in tertij praeiudicium? num. 85.

86 *Donatio facta minori sine solemnitatibus an valeat.*

Donatio facta infanti notario pro eo stipulante est irrevocabilis sub n. 86.

87 *Minor an possit donare causa mortis? & num. 88.*

89 *Heres minoris qui dolo fuit inductus ad donandum potest illam actione de dolo revocare.*

90 *Minor non restituitur adversus donationem causa mortis, & testamentum.*

91 *Capitulum Imper. Carol. 78. an habeat locum in donatione causa mortis? & num. 92. & 94.*

93 *Donatio causa mortis procedit ad instar legatorum & vltimae voluntatis.*

95 *Donatio causa mortis facta ab impubere doli capace an firmetur iuramento?*

96 *Minor an restituatur adversus donationem causa mortis?*

DECIMVS quintus effectus est quia minor
1 etiam cum auctoritate tutoris, vel curatoris & iudicis decreto donare immobilia non potest *l. 1. in principio vers. sed & si non morte ff. de Tutel. & rat. distrahend. l. si quando si maior factus* quia si in casu, in quo permissa est donatio rei mobilis minori regulariter requiritur decretum *l. vltim. ff. de Cur. furios. l. vltim. §. sed nonnullos ff. de Tutel. & ratio. distr. ab. & vide infra* ergo aliquid amplius debet esse in rebus immobilibus,
2 quorũ alienatio est maioris praeiudicij, vt scilicet neque etiam cum decreto alienari possint *Simonc. de Decret. lib. 1. Titul. 2. sub nu. 28. Circa finem vers. & primo si in*
3 *casu* ad decreti namque interpositionem iusta causa requiritur *& magis puto §. si ex alienum ff. de reb. eor. & sem ff. de Tut. & Cur. dat. ab his & cum vero §. subnotam ff. de fideicom.*

com. libert. l. si præses vbi DD. C. de
præd min. Ventur. conf. 12. num. 71.
Simonc. de Decret. lib. 1. titul. 1. num.
17. & seq. Narb. de ætat. ad omn hum.
act. requisit. Anno. 25. quæst. 11. nu.
2. & 3. & quæst. 13. num. 4. Donat.
Anton. *de Marin lib. 2. Resol. 136. a*
num. 3. & scripsi supra effect. 3. quæ
4 cum in donatione repiriri non
possit, quia donare est perdere *l.*
contra iuris §. vltim. ff. de pact. l. pro-
hibere §. plane ff. quod vi aut clam.
l. si filius familias ff. de donat. Laderch.
Jmol. conf. 139. sub num. 1. Surd. de
alim. priu. 56. num. 108. Barbos.
Axiom. 77. *Roding. Var. lect. Iur. feud.*
lib. 1. cap. 39. nu. 7. Bardell. conf. 58.
num. 25. tom. 1. Bottil. de Succ. ab in-
test. cap. 2. Theo. 60. *num. 5. Cutell. de*
donat. tract. 1. disc. 2. p. 10. num. 39.
Bocc. super. Const. March. *Gl. 8. num.*
148. Redoan. de reb. Eccl. non alien.
quæst. 2. cap. 19. num. 3. & 4. vbi in-
quit quod donatio dicitur dam-
nosa datio & donare est perdere
& alienare *scripsi de eff. min. æt. cir-*
ca iudicialia eff. 18. num. 10. Barbos.
Axio. 77. nu. 1. Ventur. conf. 12. nu.
72. & sub num. 92. & 124. Velan-
zol. conf. 148. num. 30. Rouit. conf.
13. num. 20. lib. 2. Garon. *Var.* Resol.
Cap. 4. *de Donat. num. 1. & 2.* Gra-
tian. Cap. 233. *num. 2. & 750. num.*
15. *Donat. Anton. de* Marin *lib. 1.* Re-
solut. quotid. Cap. 144. *sub num. 10.*
5 *vbi a num.* 8. examinat si in dona-
tione possit cõsiderari læsio *Ricc.*
dec. Cur. Arch. Neap. 297. num. 3. p.
2. Nouar. dec. 194. num. 4. Amat. Re-

6 *sol. 84. num. 1.* vbi donatio aliena-
tio dicitur, & perditio *Carpan. su-*
per. stat. Mediol. Cap. 324. *num.* 137.
tom. 1. Surd. conf. 122. num. 1. Escob. de
Rac. cap. 24. sub num. 1. Roman. conf.
290. in casu num. 6. Borell. conf. 4.
num. 25. Mut. *Consuet. 45. num. 46.*
& Consuet. 66. num. 8.
7 Imo species furoris est *Socc. sen.*
conf. 73. circa principium num. 18. lib.
1. Piagg. *de Tut. quæst. 15. num. 32.*
Gait. de Credit. Cap. 2. Titul. 7. num.
1070. Grattian. *Cap.* 233. Cutell. *de*
donat. Tract. 1. *disc. 2. p. 10. num. 38.*
Cancer. Var. *Resolut.* Cap. 5. *de fide-*
iuss. sub num. 64. & Cap. 8. de Iura-
ment. num. 108. & 109. Narb. dicta
quæst. 11. num. 3. & sub num. 20.
Giurb. super Consuet. Messan. *Cap. 9.*
Gl. 2. *sub num. 15. vers. nam si com-*
munia bona Marin. supra sub num. 3.
Simonc. de Decr. *lib. 1. Titul. 2. nu. 3.*
8 Et ideo non præsumitur quan-
do alia capi potest coniectura
Cost. de Rat. Rat. *quæst. 22. num. 2.*
Barbos. dict. Axio. *77. num. 2. 3. &*
4. Ripol. de dot. recup. Cap. 10. *num. 66.*
Mut. Consuet. *32. sub num. 30.* vbi
9 quod donatio non præsumitur,
& ad excludendam donationem
potius præsumitur quod actus sit
nullus *Menoch. de* Arbitr. *cas. 88.*
& de præsumpt. lib. 3. præsumpt. 30.
Amesc. *de potest. in se ipsum lib. 2. cap.*
7. num. 30. Antonell. conf. 60. vbi po-
10 tius præsumitur facultas quam
donatio, & error etiam in facto
proprio & infra *Tiraq. de præscript.*
§. 1. Gl. 4. sub vers. octauo istius Ga-
ron.

ron. supra num. 3. vbi quod potius
11 præsumitur per errorem fuisse dictum quod donabat *Ricc. dec. Cur. Arch. Neap.* 297. *p.* 2. *num.* 1. *&* 2. vbi quod magis præsumitur actus
12 inualidus cum nemo præsumatur iactare suum *Post Resol.* 66. *num.* 11. *&* 12. *& Resolu.* 135. *a nu.* 31.
13 Vnde semper facienda est interpretatio, per quam præsumptio donationis excludatur *Cassanat. conf.* 10. *num.* 44. *& seq. & conf.* 51. *num.* 46. vbi in dubio illa interpretatio est facienda per quã vel donationis vel maioris donationis præsumptio excludatur *Barbos. Axiom.* 77.
14 Et debet potius præsumi fatuitas, quam donatio *Cancer. Cap. 8 de Iuram. num.* 105. *&* 106. *Post. Bald. Iason. Menoch. Mascard. & alios Garon supra num.* 4. *post multos.*
15 Et præsumitur ob importunitatem facta *Cabell. Melliloq.* 803. *num.* 1.
16 Hinc sequitur iocalia non effici vxoris, quia præsumendum est illa dedisse ad ornatum & non animo donandi, quia quælibet coniectura excludit præsumptionem tacitæ donationis *Bald. in l. vltim. nu.* 19. *C. de dot. promiss. Gratian dec.* 19. *num.* 45. *Mantic. de Tac. & ambig conuent. lib.* 13. *tit.* 9. *num.* 11. *Fontan. de pact. Nupt. Clauf.* 6. *Gl.* 2. *p.* 6. *num.* 24. *Clauf.* 7. *Gl.* 3. *p.* 4. *num.* 69. *Des. conf.* 402. *num.* 6. *Menoch. lib.* 3 *præsumpt.* 12 *num.* 10. *præs.* 71. *num.* 2. *Garon supra num.* 5. *&* 6. licet contrariũ dicat sentire *Bald. Nouell. de Dot. p.* 6. *priu.* 45. *num.* 2. *Alb. conf.* 12. *num.* 11. *Velasc. Consult.* 127. *num.* 11. sed Circa iocalia & omnes quæstiones circa ea occurrentes videndi sunt *Hieron. de Leo. decis.* 15. *Cyriac. Contr.* 120. *a nu.* 50. *Georg. Alleg.* 45. *nu.* 30. *Gratian. dec.* 118. *Nouar. qq. for.* 66. *num.* 4. *lib.* 2. *Ludouis dec.* 474. *Ricc. in prax. tom.* 1. *in prax. matr. dec.* 223. *& dec.* 236. *Becc. conf.* 62. *lib.* 1. *Capra conf.* 151. *Hond conf.* 30. *lib.* 2. *Sforz. Odd. Conf. vlt. Surd. dec.* 166. *Vital. de Coll. in trac. de Succ. q.* 11. *in fine Ripol. de Dot. Recup. Cap.* 10. *num.* 74. 438. 439. *&* 443. *Franc. dec.* 503. *Marin. Resol.* 9. *&* 90. *Afflic. dec.* 315. *Peregr. decis.* 140. *Prat. cap.* 10. *a nu.* 49 *Cancer. de dot. num.* 114. *Bertazol. conf.* 59 *in Ciuil. a num.* 18. *Spin. in specul. testam. Gl.* 18. *de melior. num.* 115. *Aretin. in §. fuerat num.* 16 *& Ias. num.* 17. *Inst. de actio. Amend. ad Franc. dec.* 172. *Ann singul.* 157. *Hieron. de Leo. dec.* 36. *Molfes. super Consuet. Neap tit. de Renunc. quæst.* 19. *num.* 4. *Giurb. super Consuet Messan. Cap.* 13. *Gl.* 4. *Hermosill. ad Lopez. Gl.* 3. 4. 5. 6. 7. 8. *&* 9. *l.* 2. *tit.* 5. *n.* 7. vbi ornamenta quæ dantur vxori potius commodata quam donata videntur nisi sint consueta donati vel sint vestes quotidianæ non pretiosæ quia præsumuntur donatæ & soluto matrimonio cedũt vxori *Hodiern. ad dec. Surd.* 818. *Graff. de effect. amic. effect.* 36. *num.* 115. *& seq. Castill. dec.* 93. *& in addit*

dit. Lun. conf. 36. Taffon. de Antef. verf. 5. Obferu. 2. a num. 3. Pedroc. conf. 11. Lup. in c. per veftras de Donat. inter vir. & vxor. §. 6. Roland. conf. 10. num. 13. lib. 1. Coft. de Rat. quæft. 23. num. 4.

17 Sequitur ergo ex fupradictis iudiciale decretum ad minorum donationes ftabiliendas concedi non poffe, tanto magis cum decretum debeat ad fauorem minoris interponi, & fi concedatur nullius erit momenti Caftr. conf. 386. lib. 1. quem citat Tufc. litera D. Concl. 682. num. 2. Citati a Narb. fupra num. 3. Ventur. conf. 12. num. 73. Imol. conf. 39. fub num. 3. Cutell. fupra num. 38. & 40.

18 Et quo ad tutoris vel curatoris auctoritatem alia eft ratio vt notat Narb. fupra num. 4. quia hæc facultas alienandi tutoribus & curatoribus permiffa nō eft, quia ad eorum adminiftrationem non pertinet, bene Ventur. dicto conf. 12. fub nu. 88. Verf. quintus eft cafus.

19 Hanc opinionem firmant cōmuniter DD. Surd. conf. 122. num. 1. & de alim. priu. 56. num. 107. Bonaci. de Contr. difp. 3. qu. 13. pun. 2. prim. propof. num. 3. & 4. Peregr. conf. 153. num. 6. 10. 5. Coft. Papienf. conf. 11. num. 16. & num. 17. non folum extraneo fed & fratri Andr. Contr. 239 a num. 71. Cauagnol. ad Menoc. conf. 22. nu. 10. & feq. Carpan. fuper ftat. Mediol. cap. 324. a num. 135. tom. 1. Antonell conf. 60. num. 17. 18. & 19. Menoch. conf. 29. num. 14. & 31. conf. 184. num. 14. conf. 388. num. 1. & conf. 813. num. 6. 814. num. 7. 819. num. 2. & 903. num. 24. Barbof. in l. non folum num. 7. C. de prad. & al. reb. & in l. fi quando C. fi ma. fact. alienat. Noguerol. Alleg. 14. num. 21. Laderch. Imol. conf. 139. num. 1. & 2. Hond. conf. 42. num. 1. & 2. Thor. in Comp. p. 3. fect. 2. Verbo minor an poffit conftituere donationem Bonac. de Contr. difp. 3. q. 13. punct. 2. vbi etiā quod non poteft arràs promictere in bonis immobilibus vel mobilibus pretiofis, quæ feruando feruari poffunt Capyc. latr. Confult. 46. num. 36. tom. 1. Pancirol conf. 58. num. 43. Ventur. conf. 12. fub num. 11. verf. hancque donationem & a num. 66. Simoncell. de Decret. lib. 1. tit. 2. Infp. 1. num. 1. & tit. 2. Infp. 2. fub nu. 23. in duobus locis Morot. conf. 87. num. 9. & 12. Sfor. de Reft. q. 58. art. 1. Balthaff. Thomaf. tract. de Tut. & Curat. cap. de don. tut. & min. a num. 50. Cyriac. Contr. 181. nu. 20.

20 vbi quod donatio non eft permiffa minori etiam habilitato generaliter ad omnes contractus, vel reddito maiore per principis refcriptum, & Contr. 257. num. 37.

21 & num. 38. in terminis ftatuti, & Contr. 321. num. 62. Caren. Refol. 6. num. 1. Marcell. Marcian. conf. 12. num. 6. tom. 1. Griuell. dec. 10. num. 24. Roding. var. lect. Iur. feud. lib. 1. cap. 39. num. 7. Maur. de reft. cap. 20. num. 4. Buratt. decif. 924. num. 16. Cutell. de donat. tract. 1. difc. 2. p. 10. fub num. 37. & feq. Scacc. de Iudic. lib. 2. cap. 2. fub num.

num. 28. & 281. Peregr. Tract. Var. lib. 6. sub num. 80. Cutell. dec. 28. to. 2. num. 71. 72. Odd. de in integr. rest. p. 2. quaest. 58. Art. 1. num. 2. Mozz. de Contract. de Contr. donat. & de pers. inter quas cadere possit donatio num. 4. Tusc. lit. D. Concl. 682. num. 1. lit. M. Concl. 247. num. 1. Gutter. p. 2. de Tutel. Cap. 5. num. 57. & sub num. 60 versic. sit igitur regula Marin. dicto Cap. 136. num. 1. Velanz. cons. 148. num. 25. 26. 27. 28. & 32. Farinac. in prax. Crim. quaest. 15. num. 17. Narb. post multos quaest. 11. nu. 1. Gratian. Cap. 233. a num. 1. & nu. 15. & cap. 750. nu. 14. Mont. dec. Arag. 47. Camill. Borell. cons. 4. num. 26. & 27. Virgil. de legit. pers. pupill. cap. 1. vers. & si minor & de leg. pers. adult. cap. 2. num. 24. l. fin. §. fin. C. si ma. fact. Bald. in l. 1. C. si adu. donat. Natt. cons. 166. nu. 17. & cons. 173. Ruin. cons. 107. num. 12. in 1. Paris. cons. 89. num. 63. in 1. Socc. Iun. cons. 34. in 1. Rolãd. cons. 54. num. 30. in 2. Alex. cons. 125. col. pen. lib. 1. Milan. bene dec. 19. num.

22 16. & seq. lib. 1. qui loquitur stante Capitulo Carol. 78. & dicit quod non obstante decreto iudicis donatio facta a minore est nulla ipso iure, quia requiritur iusta causa Onnat. de Contr. trac. 2. disp. 4. sect. 5. sub num. 70. Mut. dec. 25. num. 28. Intrigl. de feud. Cent. 1. quaest. 53. nu. 253. Menoch. de Arb. Cas. 175. num.

23 46. & nu. 47. ampliat vt nec possit ob causam nuptiarum sine decreto alienare Cornaz. dec. 56. nu. 4. Thes. qq. for. 112. lib. 3. Post. Resolut. 46.

num. 85. Et ideo minor non potest ius suum remittere cum authoritate sui curatoris & decreto iudicis quia idẽ est quod donare Menoch. cons. 731. n. 12. & cons. 153. n. 41.

24 Et tutor pupillo donare volenti auctorare non potest, quod si consentiat iudicio tutelae tenetur Escob. de Rac. Cap. 24. num. 2. & 3.

25 & ideo non potest dari tutor, aut curator minori ad donandũ Ventur. cons. 12. nu. 74. & 174. Velanz. cons. 148. num. 29. & num. 30. & 31. de ratione Peregr. tract. var. lib. 6. sub num. 81. Surd. de alim. priu. 56. num. 107. & 109. Bottil. de Succ. ab intest. cap. 2. Theor. 60. num. 5. Thomas. supra num. 63. nec minus tutor donare potest nisi in quatuor casibus Cost. de Rat. Rat. q. 135. num. 26. & 27. Thomas. supra.

26 Et haec nullitas donationis potest allegari a tertio, Cuius interest etiam si ille, in cuius fauorem est nulla, posset ratificare, in puncto Ruin. cons. 40. col. fin. lib. 5. Cephal. cons. 533. nu. 124. lib. 1. Bursat. cons. 82. col. fin. num. 25. lib. 1. Alex. cons. 59. in 4. Paris. cons. 95. num. 36. lib. 1. vide effect. 5. num. 41.

27 Amplia principalem conclusionem primo vt nec etiam minimae rei donationem facere possit l. in causa §. item relatum ff. de minor. l. vult, §. volt. C. si ma. fact. rat. hab. Escob. de Rat. Cap. 25. num. 63. Narb. dicta quaest. 11. num. 5.

28 Amplia secundo etiam si velit ei donare, a quo eadem bona similis

milis donationis titulo habuit, vel ex alia lucratiua causa fuerit consecutus, licet auctoritas curatoris & decretum iudicis intercedat, quia nihilominus retrodonatio non valet l. 2 C. si adu. vendit. l. si ad resoluendam C. de præd. min. l. 1. §. vlt. ff de reb. eor. Iason. in l. cum filius num. 170. ff de leg. 1. Tiraq. in l. si vnquam verbo donatione largitus num. 158. C. de reuoc. donat. Pinell. in l. 1. p. 3. num. 58. de bon. mat. Menchac. de Succ. creat. lib. 1. §. 10. Ampliat. 21. num. 72. Thomas. supra num. 80. & vide num. 133. & 134. Simoncell. de decr. dicto lib. 1. tit. 2. num. 7. vbi vt aduertit Narb. supra num. 6. hanc opinionem contra Gl. Paul. de Castr. & Bauer. veriorem appellat, sed circa hanc ampliationem vide omnino Monter. dec. Aragon. 47. a num. 65. referen-
29 tem Iasonis distinctionem quod aut conuenit inter donantem & donatarium retrodonandi, aut non conuenit, aut sumus in dubio: si conuenit, aut conuenit in continenti, aut ex interuallo; si non conuenit iterum distinguit aut retrodonatio fit in continenti, aut ex interuallo; ipse vero nu. 91. breuiter se restringit quod aut retrodonatio fit ex necessitate præambulæ conuentionis in ipso actu donationis adiectæ, & vera est opinio quod retrodonatio à minore facta valet absque solemnitate, aut fit ex voluntate donatarij, qui potuit non retrodonare, & tunc non valet sine solemnitatibus Barbos. in dicta l. si ad resoluendam num. 2. & 3. C. de præd. & al. reb. min. dicit quod minor non potest se obligare ad resoluendam donationem sibi factam vel rem immobilem alteri dare, vel cradere, vide etiam Simoncell. de Decret. lib. 2. tit. 6. num. 1. vers. Secundus est casus Olcan. de Cession. Iur. tit. 2. quæst. 2. num. 1. & 17. vbi examinat An minor in ipso acquisitionis actu possit iura sibi donata retrocedere? Cyriac. Contr. 239. num. 15. & Contr. 340. a num. 9. cum plur. seqq.

30 Amplia tertio etiam si extet statutum vt non valeat donatio a minore facta, nisi certe obseruata solemnitate, quia etiam si in donatione facta a minore obseruaretur dicti statuti solemnitas, nihilominus non valet, quia
31 donando minor læditur, & ideo statutum interpretandum est de
32 donatione ob causam in benemerentem collata Castr. cons. 433. numero 2. lib. 1. Tusc. pp. Concl. lit. M concl. 347. num. 5. Narb. loco citato num. 7.

33 Amplia quarto vt nec suæ rei donationi consentire valeat, nisi illius dominium non habeat, puta si serui, quem in pignus habet, manumissioni vel donationi consentiat Bart. cons. 70. libr. 1. Tusc. dicta conclus. 347. numero 13. & seq. Narb. loco citato num. 9.

34 Amplia quinto tam in masculis quam in fœminis *Bald.in l.1. C. si adu.donat. Petr. de Ancharan. conf. 69. Incip. contra donationem factam in principio Alex. conf. 116. num. 2. lib.1 Simoncell. dicto titul. 2. Insp. 1. num. 5. Narb supra nu.10.* vbi infert
35 quod refutationes, quas fœminæ faciunt cum nuptui traduntur in fauorem fratrum vel aliorum etiam cum auctoritate curatorum vel iudicis decreto, quatenus donationem inuoluunt non valent, idem dicit dicto *Ann. quæst. 13. nu.*
36 *3.* etiam stante iuramento *Gratian. cap. 233. num. 3. Cyriac. Contr. 321. num. 63. Bardell. conf. 58. num. 26. tom. 1.* Sed circa hoc videndus *Amat. Resol 23 num. 16. & seq.* vbi
37 quod renunciatio facta a minore etiam iuramento roborata nō tenet, maxime stante Capitulo Regis & Imper. Carol. 78. & ad DD. ab eo adductos in terminis dicti capituli *Marzar. conf. 20. nu. 1. Marin. Resol. quotid. lib. 2. Cap. 193 num. 10. & 11. Borell. conf. 4. num. 28. Menoch. conf. 731. num. 12. 321. nu. 26. 401. a num. 176. & 410. num. 64. Cutell. de Donat. tract. 1. disc. 2. p. 10. num. 42. Staiban. Jun. Resol. 57.*
38 *num. 12.* & de renunciatione facta a minore si iuramento firmetur *Donad. de Renunc. cap. 9. & Cap. 10.* quando habeat vim donationis & translationis *Bottilier. de Succ. ab intest. cap. 2. Theor. 60. & 61. & Theorem. 62.* si ei detur restitutio in integrum iuramento non obstante. *Balthass. Thomas. supra sub num. 63.*

39 Et ratio est quia renunciare saltim quo ad effectum licet non quo ad actum virtutis donare est & minor vt dixi ante vigesimum quintum annum perfectum etiam cum decreto iudicis donare non potest ita post *Bart. Bald. Simonc. Tiraq. Surd. Menoch. Tusc. Cabr. & alios Narb. dicta quæst. 13. num. 4. Addo Cost. sicul. conf. 7.* Item renun-
40 ciatio alienatio dicitur *Apicell. Alleg. 8 num. 48. Maluas. conf. 120. num. 63.* & minor vt dixi effect. 2. alienare non potest.

41 Sed an talis renunciatio ea effecta maiore si per quinquenniū taceat, dicatur ratificata? quod sic *Menoch. conf. 658. num. 10. Merlin. Contr. for. Cap. 7. num. 1.* Contrarium tenet *Marzar. dicto conf. 20. & vide infra fall. 6.* vbi quid stante supra dicto Cap. Imp. Caroli.

42 Amplia sexto procedere quāuis statutū disponeret quod maior decem & octo annis habeatur pro legitima persona, quia licet talis pronunciatio operetur habilitationem ad contrahendum, non tamen habilitat ad donandū *Gratian. dicto Cap. 233. num. 21. & 22.* Vide quæ scripsi *de effect. minor. atat. circa iudic. in prælud. num: 103. Barbos. in l. eos qui veniam num. 3. C. de his qui ven. atat. Rip. Obseru. 301.*

43 Amplia septimo procedere in confessione quando non constat

de vera & reali numeratione, quia tunc vim donationis habet, & prohibitus donare dicitur prohibitus confessionem facere *Cyriac. Contr.* 252. *num.* 34. 35. 36. & 37.

44 Amplia octauo vt nec etiam minor possit cum decreto, & multo magis sine bona mobilia donare & donando donatio est ipso iure nulla *Cyriac. Contr.* 508. *num.* 25. *ex Castr. Simonc. & aliis & scripsi supra in princ. huius effectus sed vide Fall.* 1.

45 Amplia nono vt non possit donare ex causa dotis nisi ad sit decretum *Menoch. de Arb. lib.* 2. *Cent.* 2. *Cas.* 171. *num.* 46. 47. quem citat *Carp. super stat. Mediol. Cap.* 324. *num.* 140. *Ventur. cons.* 12. *sub num.* 88. & *seq* & *vide infra fall* 4.

46 Fallit primo conclusio in bonis mobilibus, quæ seruando seruari non possunt, quia illa minor siue curatorem habeat siue nō propria voluntate donare potest; quamuis nullum iudiciale decretum accedat *l.* 2. *C. si adu. don l. si filius vbi Paul. & Aretin. de inoffic. testa. Bartol. cons.* 70. *lib.* 1. *Tusc. dicta Concl.* 347. *num.* 17. & *seq. Simoncell. de decr. lib.* 1. *tit.* 2. *Insp.* 4. *Narb supra num.* 12. vbi in sequentibus numeris nonnulla ex hac limitatione infert *Gutter. dicto cap.* 5. *num.* 59. *Thes. quæst. for.* 112. *lib.* 3. *num.* 2. *Ventur. dicto cons.* 12. *num.* 80. & 81. & *seq Sforz. dicto Art.* 1. *num.* 3. *Thomas. supra num.* 117. & 139.

47 Fallit secundo in donationibus, quæ remunerationis causa fiunt, quia cum ad eas naturali iure vnusquisque teneatur, minor etiam qui quo ad ius illud spectat, nil a maioribus distat eas posse conficere communis est doctorum opinio, licet pauci contrarium velint inter quos sunt (*Gutter. dicto Cap.* 5. *num.* 58. *Gratian Cap.* 233. *num.* 16. *Boccat. super Consi. Marchi. Gl.* 8. *num.* 58. *Redoan. de reb. Eccl. non alien. quæst.* 2. *cap* 19. *a num.* 7. *Sforz. dicto Art.* 1. *num.* 4. *Rub. dec. Rot. Rom p.p.* 1. 2. *dec.* 447 *num.* 25.) ita post *Roman. Iaso. Tiraq. Socc. Bert. Aret. Maur. Tusc.* & *alios Narb. supra num.* 16. *Farinac. dec. Rot. Rom. dec.* 461. *num.* 12. *p.p. tom.* 1. *Carp. dicto Cap.* 324. *num.* 143. & 144. *Mut. Consuet.* 51. *num.* 81. *Surd. cons.* 122. *num.* 1. *Intrigl. de feud. Cent.* 4. *quæst.* 53. *num.* 258. *Menoch cons.* 29. *num.* 2. & 3. vbi etiam

48 de tutore quod possit causa remunerationis donare, & *cons.* 388. *num.* 10. & *cons.* 1003. *num.* 53. *Nouar. quæst. for.* 54. *num.* 11. *Barbos. in l. non solum num.* 7. *C. de præd* & *ali. reb. Medic. examin.* 3. *num.* 59. vbi

49 quod bona Ecclesiæ & minoris ob bene merita distrahi possunt, & *num.* 60. & *seq. Pelliccion. Ill qq. quæst.* 41. *Cap.* 22.

50 Intellige quando merita essent alias obligatoria, vt per *Gutter. supra* & vide eumdem *num.* 60 *Perez de Lar. in Comp. viti. hom. Cap.* 22. *num.* 3 9 & *æquiualentia donationi* Re-

ni Redoan. dicto cap. 19. num. 9. vi, de Thomas. supra a num. 89. & nu. 99.

51 Quæ donatio vt notat Carpan. *dicto Cap. 324. num. 145.* non potest propter ingratitudinē reuocari.

52 Fallit tertio stante iuramento à pubere præstito vel ab impubere pubertati proximo si est doli capax; quia tanta est vis iuramenti, vt pluries in hoc opere diximus vt contractum alias inualidum validum efficiat *Narb. post multos quos more solito citat supra nu. 17.* quibus addo Marcab. ab Angu. *cons. 39. nu.* 110. vbi dicit procedere
53 quando constat de animo donandi, & ibi de ratione *Depont. cons. 6. num 9. tom.* 1. *Botth. de Succ ab intest. cap. 2. Theor. 60. num. 7. & 9. Morot cons. 87. num. 9. & 12.* Peregr. *tract. Var. lib. 6. sub num. 81.* vbi intelligit procedere vbi minor scit se donare quantum donat & iurat velle donare & donationem valere *Thomas. supra sub nu. 63. cum seq. & 118. Rouit. cons. 13. num. 18. 19. & 21. lib. 2. Hond. cons. 42. a num 19.*
54 vbi quando iurauit & promisit illam non reuocare, nec ei contrauenire aliqua ratione vel causa *Marcian. cons. 12. num. 11. tom. 1.* vbi quando secus *Ludouis. dec. 391. num. 1. & ibi Addit.* Cyriac. *Contr. 182. num. 29. Noguerol. Allegat. 34. num. 21.* vbi dicit solum procedere
55 re quando donatio est in moderata quantitate *Barbos. in Auth. sacramenta puberum num. 9. C. si adu. vend. Menoch. cons. 29. num. 8. & 9.*

Caren Resol. 6. num. 4. Carpan. dicto Cap. 324. num. 139. tom. 1. Pancir. cons. 1. num 58. Surd. cons. 46. & cons. 114. num. 14. *Franc. Rocc. Resp. 57. num. 26. tom. 2. Gratian. Cap. 233. nu. 25. & seq.* vbi dicit procedere etiam si minor curatorem habens
56 sine illo contraxerit *Ventur. cons. 12. num. 75. Sfor. dicto Art. 1. Donat. Ant. de Marin. lib. 2. Resol. quotid. Cap. 116. num 13. & 14. Serafin. dec. 291. num. 3. & decis. 782.* licet
57 contrarium dicat Antonell. *cons. 60. num. 20. Natt. cons. 166. num. 17. 18. Sed vide eff. 1. num. 340. & seq.*

58 Sublimitatur primo hæc limitatio non procedere in Regno stante Regis & Imp. Caroli 5. Capitul. 78. *Millan. dec. 19. num. 17. lib. 1 scripsi effect. 1. & supra.*

59 Sublimitatur secundo in donatione omnium bonorum, vel sibi præiudiciali *Marcabr. ab Anguis. cons. 50. num. 102.*

60 Sublimitatur tertio in donatione facta a minore curatori vel tutori cum iuramento, quia iuramentum illam non confirmat tamquam continens turpitudinē ex parte curatoris recipientis, & iniquitatem ex parte minoris iurantis *Paul. Rub. dec. 185. num. 11.*
61 *12.* quod ampliat etiam in curatore non confirmato *num. 13. & num. 14.* Ampliat etiam quando
62 renunciauerit curæ ante donationem vel fuerit finita cura, dum curator non petiit alium curatorem, & *num. 16.* Ampliat etiam

in

63 in donatione remuneratoria si
merita non fuerint concludenter
probata, *Balthass. Thomas. de Tu-
tor. & Curat. Tract. 8. tit. 19. cap. 15.
de emptor. rer. min. num. 3813. & cap.
5. de donat. sub num. 94.* bene *Velan-
zol cons. 148. a num. 34. & num. 43.*
64 inquit quod nec valet in persona
eam tangente & vide *Aym. Publ.
super consuet. Aluern. tit. 12. Art. 49.
num. 7.* vbi disputat an possit do-
nare vxori curatoris & videtur
pro affirmatiua determinare, &
de donatione inter viuos facta in
testamento tutori quod non va-
leat *Cald. ad l. si curatorem fol. 21.
a tergo col. 1. in princ.*

Et an possit illum hæredem in-
stituere vide *eff. 1. sub num. 9. de
eff. min. et circa vlt. volunt.*

65 Sed An minor maior effectus
possit rescindere donationem a
se factam tempore minoris ætatis
iuramento roboratam, & quid ab
solutione non obtenta? quod sic
determinat *Marin. Resol. quotid. lib.
1. Cap. 136. per tot.* & vide *Carpan.
dicto cap. 324. num. 138. tom. 1. super
stat. Mediol.*

66 Et an restituatur in integrum
aduersus dictam donationem?
videndi sunt *Hond. cons. 42. lib. 1.
& cons. 47. Viu. dec. 437. lib. 3. A-
mat. dec. Rot. March. 46. num. 9. Thes.
dec. 66. Surd. cons. 46. num. 81. Ann.
cons. 73. lib. 1. Odd. Sfor. de Rest. quæst.
58. Bocc. super Const. March. Gl. 8. nu.
148. Anchar. Regiens. quæst. 52. lib.
8. Andr. Contr. 37. sub nu. 6. Cyriac.
Contr. 121. num. 85. Caren. Resol. 6.
a nu. 2.* vbi dicit ad concedendam
67 restitutionem solummodo duo es-
68 se consideranda primum quia in
donatione non attenditur læsio,
quia donans donando semper læ-
ditur, secundum *Simonc. de Decr.
lib. 1. Tit. 2. nu. 27.* Secundum quan-
do donatio est iuramento firma-
ta, quo ad primum plures distin-
69 guit casus primus cum minor ex
causa sibi vtili consulto discussa,
& sibi iusta & honesta donat, &
in hoc casu inquit cessare restitu-
tionem in integrum ex causa læ-
sionis & donatio iurata obseruari
debet.

70 Secundus est casus quando mi-
nor donat immoderate vix sibi re-
seruans alimenta, idque facit non
ex iusta nec sibi vtili causa, sed
facilitate sua, & tunc inquit mi-
nori dandam esse restitutionem
in integrum aduersus dictam do-
nationem.

71 Tertius casus est quando do-
natio est correspectiua ad ali-
quid quod a donatario promitti-
tur & tunc inquit si in donatione
minoris in magno est excessu res
donata, & superat illud quod a
donatario promittitur, & datur
minori restitutio in integrum ad-
uersus dictam donationem ex ca-
pite læsionis.

72 Quo ad secundum principale
obiectum de iuramento inquit
considerandum quod iuramen-
tum debet habere tres comites,
verita-

veritatem, iudicium, & iustitiam,
secundum quod iuramentum ni-
hil operatur stante læsione enor-
missima, & quod stante immodi-
73 ca læsione in donatione & renũ-
ciatione & cæteris contractibus
non est curandum de iuramentis
Andriol. contr. 3. a num. 23. inquit
74 quod quamuis restitutio in inte-
grum non concedatur, nisi prius
restitutis acceptis, hoc tamen di-
cit procedere si recepta pecunia
in vtilitatem minoris versa pro-
betur, & etiam dicit necessariam
75 esse absolutionem a iuramento &
vide eumdem *Andriol. Contr. 201. num. 14. & 15.* vbi ex eodem *Ca-
ren. Resol.* 6. dicit quod licet ma-
ior non restituatur in integrum
76 aduersus donationẽ sub prætex-
tu cuiuscunque læsionis, tamen
minor stante læsione etiam iure-
iurando donans restituitur, &
*Contr. 239. num. 82. & 85. Ventur.
cons. 12. num. 76. 77. 78. Gratian. Cap.
233. num. 31.* dicit quod per iura-
77 mentum tollitur beneficium resti-
tutionis in donatione simplici,
idem dicit *Barbos. in Auth. sacramẽ-
ta puberum sub num. 10. C. si adu.
vend. Cyriac. Contr. 182. num. 29.
& Contr. 240. num. 28. 29. & 30.*
non obstante certioratione *Bell.
cons. 120. num. 13. vide Sforz. dicta
quæst. 58. Art. pr. & seq.*

Quid si minor donando iura-
uit se esse maiorem? Dic quod li-
cet sit exclusus a beneficio resti-
tutionis in integrum ratione mi-
noris ætatis non tamen impedi-
tur quominus possit dare de nul-
litate donationis ob non serua-
tas requisitas solemnitates a sta-
tuto *Rot. dec. 24. post Pacific. de salu.
interdict. script. eff. 1. num.*

78 Fallit quarto in donationibus
propter nuptias siue arrarum no-
mine constitutis, iudicis tamen
decreto interueniente *l. vltim. §.
fin. C. si ma. fact.* *Thor. in Compend.
decis. p. 3. sect. 2. Verbo minor an possit
Sforz. dicto Art. 1. q. 58. num. 5. Tho-
mas. supra num. 79. & 112. bene Fri-
deric. de sol. de Dot. q. 24. p. 2. a num.
6. Menoch. cons. 29. num. 15. lib. 1. &
num. 31.* dicit quod verior opinio
est quod talis donatio confirma-
79 tur lapsu quadriennij & *cons. 242.
num. 2.* loquitur de mobilibus *Bap-
tist. de Sancto Blasio de priuileg. dotal.
Cent. 1. priu. 63. num. 63. Barbos. in
l. minorum num. 11. C. de præd. & al.
reb. in l. prædia rustica eodem & in l.
si quando num. 19. C. si ma. fact. alien.
Narb. supra num. 18. & num. 19.*
refert Sanc. dicentem prædictas
donationes arrarum nomine fa-
ctas a minore, si sint immobilium
rerum aut mobilium quæ seruan-
do seruari possunt; licet statim,
nullius esse roboris, tamen con-
firmari si post adimpletam ætatẽ
viginti quinque annorum donã-
tis quinquennium effluxerit *vi-
de Fall. 6. vers. sed vide Bonac. loc.
citato sub num. 4. vers. vtrum vero
minor.*

80 Fallit quinto in donationibus
in

in Ecclesiam, & pios locos iudicis decreto collatis, vt firmat Narb. *supra post multos Simoncell. de decret. lib. 1. tit. 2. Insp. 1. Borell cons. 100. num. 10. Thomas. supra num. 82. Maccabr. cons. 30. Natt. cons. 180. in fine Bero. in c. in praesentia a num. 155. de probat. Roland. cons. 18. in 2. Caualc. de Tut. & Cur. num. 121. Cornaz. dec. 56. per tot. Carroc. decis. 95. nu. 12.* vbi dicit procedere quan-
81 do principaliter hoc faciat intuitu pietatis, secus si faciat ob desperationem, vel in odium coniunctorum, vel ob liberalitatem exercendam, quia tunc inquit non valere etiam cum decreto *Thomas. supra num. 84. Camill. de Medic. cons. 100. num. 25. Sforz. supra.*
82 Fallit sexto si minor maior factus ratificauerit, aut si post eius legitimam aetatem biennium praeterierit *Thomas. supra num. 108. Bonac. dicto num. 4. Narb. supra num. 3.* penes quem alias limitationes.
83 Sed vide *Cyriac. Contr. 181. nu. 72.* vbi quod in alienationibus titulo lucratiuo factis cursus decennij requiritur *Imol. cons. 129. sub nu. 3. Prat. Cap. 13. num. 10. Bardell. cons. 38. num. 15. tom. 1. Menoch. cons. 29. num. 32. Gabr. Pereir. a Castr. dec. 28. num. 3. Ventur. dicto cons. 13. a num. 219. Surd. cons. 41. num. 10. Thor. in Comp. tom. 1. Verbo minor maior Menoch. de recup. poss. Remed. 15. num. 159. & Cons. 819. num. 1. Gabr. de min. concl. 4. num. 3. Tepat. Var. lib. 1. titul. de minor. fol. 136. a terg. col. 2. Vers. donatio facta per minorem Barbos. in l. inter minores num. 12. C. si ma. fact. rat. hab. & in l. si quando nu. 18. & 27. C. si ma. fact. scripsi effect. 1. in fin.*
84 Sed stante Capitulo Imper. Carol. 78. non censetur ratificata per lapsum temporis ibi nullo vnquam tempore *& scripsi effect. 1. Gabr. dicta concl. 4. num. 9. Rainald. Iun. cons. 5. num. 238.*
85 Et in praeiudicium tertij non potest ratificari *Dec. cons. 460. Tiraq. de Retrac. consanguin. §. 1. Gl. 10. num. 69.*

Fallit septimo quando donauit legitimus administrator ipsius minoris & minor est persona nobilis *Sforz. de Rest. dicta quaest. 18. num. 6.*

Fallit octauo si minor donat praeceptoribus suis pro modo facultatum suarum *Sforz. supra nu. 9.*

Fallit nono si donat alimenta parentibus suis, vel agnatis vel etiam extraneis ex pietate *Sforz. supra num. 10. alias limitationes vide apud Thomas. supra.*

Fallit decimo quãdo donat quę alij suae conditionis donant *Bonac. loco citato sub num. 4. vers. non nego.*

86 Sed An minori possit dari sine solemnitatibus? & certũ est quod sic *Olea de Cession. Iur. tit. 2. quaest. 2. num. 12.* vide *Amat. Resol. 30. nu. 15. & 18.* vbi de donatione facta infanti notario pro eo stipulante quod

quod non possit reuocari *Pares de Larin Compend. vit. homin. cap. 15. nu. 27. & c. 16. nu. 98. Cutel. de donat. tr. 2. disc. 1. spec. 9. nu. 19. Narb. de et. ad omn. hum. act. req. Ann. dec. cum dim. q. 15. num. 13. vbi a num. 1.*
de ætate requisita in donatario
scilicet in masculo annus deci-
mus cum dimidio, in fæmina ve-
ro nonus cum dimidio *Hermos. ad Lopez. Gl. 1. l. 4. tit. 4. num. 44.*

87 Quid dicendũ de mortis cau-
sa donatione? & certum est pu-
beres idest masculos quatuorde-
cim & fæminas duodecim annis
siue habeant siue non curatores
posse donationem causa mortis
celebrare, minus læditur minor
mortis causa donando quam te-
stamentum ordinando; si quidem
donationem sola pœnitentia re-
soluit, testamentum vero aliud æ-
que perfectum requirit *Surd. cons. 77. sub num. 32. & Cons. 122. nu. 2. Barbos. in l si curatorem habens num. 3. & 10. C. de in integr. rest. scripsi effect. 2. num. 45. Narb. Anno. 14. qu. 50.* plures pro hac opinione citat
licet ipse a *num. 11.* videatur re-
88 sidere cum distinctione *Fabri.* sci-
licet aut loquimur de donatione
causa mortis, quæ per traditionẽ
fit, aut de ea quæ per stipulatio-
nem vt videre est apud eum & di-
cto anno *14. quæst. 40. num. 6.* ab-
solute contrarium tenet bene *Virgil. de legit. pers. ad alleg. cap. 2. num. 32. Gratian. Cap. 233. sub num. 18. & 19 ex Bald. in l. 1. in princ. ff. de Tutel. & rat. distrab. & in l si curatorem C. de Rest. in integr. vbi etiam Alexan., Tiraq. de ll. Connub. Gl. 5. num. 73. leg. 16. vbi num. 20.* dicit aliud
89 dicendum quando minor dolo in-
ductus donationem causa mortis
fecisset, quia tunc poterit hæres
illam reuocare actione de dolo,
& ex crimine stellio natus *Molin. de primog. lib. 2. cap. 9. num. 9. & de Iust. & Iur. tract. 2. disp. 288. num. 27. Hippolyt. Rim. Inst. de donat. in princ. num. 1615.*

90 Hinc est quod aduersus do-
nationem causa mortis & testa-
mentum non datur minori resti-
tutio in integrum; cum possint ad
libitum reuocari *Osasc. decis. Pedem. 120. num. 16. & vide infra nu. 98.* licet quod non possit causa
mortis donare sine curatore dicat
Balibass. Thom. de tut. & curat. trac. 8. tit. 19. sub num. 3163.

91 Sed An in tali donatione ha-
beat locum capitulum Imperat.
Caroli 78 & Abruz. *in §. nunc admonendi num. 159.* affirmatiuam te-
net opinionem; sed videtur con-
92 trarium dicendum, quia sicut ca-
pitulum non habet locum in vl-
timis voluntatibus, vt scripsi ef-
fect. 1., nec minus locum habebit
in donatione causa mortis, ex
tex. *in l. cum status §. similes ff de donat.* ibi nam & mortis causa do-
nare poterit cui testari permis-
sum est & *l. Marcellus ff eodem l. filij familias in fine ff. de donat. l. discretis C. qui testa. fac. poss.*

93 Et facit receptissima omnium sententia qua cauetur mortis causa donationes instar legatorum & vltima voluntatis haberi *l. 2. ff de public. in rem act. l. 1. §. 1. ff si quid in fraud.* Patron. *l. Marcellus l. & si debitor & l. illud ff. de mort. caus. donat. l. vlt.* C *eodem &* Inst *de Donat.*

94 Sed negari non potest quod donatio causa mortis quo ad modum ineundi equiparetur contractui & consequenter quod comprehendatur sub dicto capitulo bene omnino videndi *Hippolyt. Riminal. Inst. de donat. in princ. a num.* 1649. Paul. *Duran. de cond & mod. impossib. p. 4. cap. 1. num.* 14. Thomas. *supra sub num.* 139. *Cutell de donat. tract. 1. disc. 1. partic. Vnic. a nu. 145. Eugen. cons. 63. num. 9. tom. 2. Blas. Mich. de Cec. Surd. & mut. cap. 8. num. 3. Hodiern. ad decis. Surd. 13. sub num. 3. Aguirr. de Succ. Portugall. p. 2. num.* 20. Sed hoc non videtur absolute verum cum secundum magis communem opinionem ad sui validitatem quinque testes desideret *vt scripsi de effect. minor. et circa vltim. vol. eff. 5. num. 2. & est tex. in l. vlt. C. de donat. caus. mort.* contractus vero duorum testium numero probari certum est cum aliud in iure non caueatur *l. vbi numerus ff. de Testib.* vnde est cogitandum & aduertit *Duran. supra num.* 31.

95 Sed an facta ab impubere doli capace validetur iuramēto? quod sic *Serafin. de priuil. Iuram. priu.* 161. *Vtu. Verbo pupillus a num.* 9. *Com. op. Crass. §. testamentum quaest.* 20. *nu. 4.* Mant. *de Iuram p. 4. effect.* 247.

Contrarium *Merend.* Contr. *Iur. lib. 1. cap. 6.*

96 Et an minor restituatur aduersus dictam donationē causa mortis? *Sforz. de Rest. in integr. q. 58. Art. 7. vide supra num.* 90.

EFFECTVS DECIMVS SEXTVS

SVMMARIVM.

1 *Minor non potest in feudum dare & num. 2. 3. 4. 5. & 6. de ratione.*

Distingue a num. 7. cum sequenti.

4 *Infeudatio est species alienationis.*

5 *Minor non habet liberam suarum rerum administrationem.*

6 *Feudū super immobilibus cōstituitur.*

8 *Feudum antiquum est illud quod fuit acquisitum ab aliquo ex ascendētibus vltra quartum gradum agnationis.*

Et alio nomine paternum appellatur num. 9.

16 *Feudum nouum est illud quod de nouo est acquisitum, & habet originem ab ipso inuestito.*

Et dicitur nouum respectu primi acquirentis.

Sed eo mortuo apud successores dicitur paternum ibidem.

Dos de paragio & vita militia an debeantur super feudo antiquo & nouo sub num. 23.

Feudum

24 Feudum nouum & antiquum quomodo differunt cum plur. seq.
26 Feudum antiquum ex dispositione capituli volentes potest absque Regio consensu in personam eque dignam alienari.
29 Vassallus si enormiter delinquat cui applicetur feudum? & num. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. & 38.
36 Feudum beneficium est & intelligitur sub conditione concessum vt si ingratitudo contra dominum committatur feudum ad ipsum deuoluatur.
37 Quilibet potest traditioni rei suæ apponere legem quam vult.
40 Feudum nouum in regno sine inuestitura acquiritur. Inuestituræ renouatio infra annum & diem est petenda tam in feudo nouo quam antiquo sub num. 40.
41 Inuestitura quare sic dicta & duplex est propria & abusiua ibidem & num. 42. 43. & 44.
48 Vassallus effectus clericus amittit feudum.
49 Feudum nouum si concedatur iure antiqui feudi an dicatur antiquum & quid econtra & in plur. num. seq. & num. 54.
50 Verba rei veritatem non mutant & num. 57.
53 Princeps potest imponere concessioni legem quam vult.
Quilibet est moderator & arbiter rei suæ sub num. 53.
58 Prælati an possint concedere feudum nouum iure antiqui feudi cum plurib. seq.
62 Confessio prælati quæ habet pro se iuris præsumptionem valet.
63 Feudum in dubio præsumitur antiquum.
67 Feudum & si beneficia accedat, nihilominus contractus dicitur.
68 Donatio quæ beneficium appellatur contractus dicitur & vide num. 69.
70 Feudum est contractus nominatus, & stricti iuris.
71 Vassalli in Regno prohibentur infeudare.
Sed in Emphiteusim concedere possunt num. 72.
Fallit de iure communi num. 73.
74 Vassallus in Regno potest feuda plana & de tabula, sed non quaternata sub infeudare.

1 DECIMVS sextus effectus est quia minor nõ potest in feudum dare, quia illi feudum
2 dare possunt qui liberam suarum rerum administrationem habent Intrigl. de feud. Cent. 1. quæst. 53. num. 1. Bonac de contrac. disp. 5. q. 8 punct. 3. §. 2. num. 1. Mozz. de feud. in Rub. qui feud. dar. poss. num. 1. Camill. de Larat. in Theatr. feud. p. 3. diluc. 33. num. 1. Ruding. var. lect. iur. feud. lib. 1. cap. 24. Borcolt. de feud. Cap. 5. num. 41. Lipar. in addit. ad Odofred. in sum. tit. qui poss. inuest. facer. in princ. &
3 qui qualibet ratione aliquid de suis rebus impeditur alienare, is nec per feudum poterit inuestituram facere c. 1. per quos fiat inuestitura Scrad. de feud. p. 4. cap. 1. num.
4 62. & infeudatio species est alie-

nationis *Barcolt. supra num. 42. &*
alij per Camill. de Larat. loco supra ci-
tato num. 2. sed minor non habet
5 liberam suarum rerũ administra-
tionem cum non possit, vt dixi
effect. 1. & 3. bona immobilia si-
ne iudicis decreto, & alijs requi-
6 sitis vt ibi alienare, sequitur ne-
cessario quod infeudare non pos-
sit; cum feudum in immobilibus
consistat, vt scripsi effect. 3. *Ca-*
mill. de Larat. vbi supra num. 3. post.
Scrad. & alios Redoan. de reb. Eccl.
non alien. quaest. 2. cap. 28. Bald. bas.
Thomas. tract. de iut. tit. 19. cap. 7.
nu. 205. etiam iuramento non ob-
stante infeudatio nõ valet *Thom.*
supra tr. 9 tit. 19. nu. 931. sed melius
est in hoc effectu cum communi
7 DD. schola distinguere quod aut
nos loquimur de feudo antiquo,
vel de feudo nouo, si de antiquo
feudo scilicet de illo, quod fuit
8 acquisitum ab aliquo ex ascendẽ-
tibus vltra quartum gradum a-
gnationis c. 1. *de natur. Succ. feud.*
Afflict. in c. 1. §. hoc quoque de Succ.
feud. vbi Bald. Jason. de feud. nu. 83.
diuis. 3. Rebuff. in declarat. Arbor.
feud. diuis. 9. Iacob. Verbo in feudum
diuis. 2. Rauen. in prælud. feud. Curt.
Iun. de feud. qu. 8. cap. 9. Zas. de feud.
p. 2. diuis. 1. & p. 3. in princ. Aluar.
Velas. de Jur. Emphit. quaest. 42. num.
1. Cutell. ad ll. Feder. Cap. 28. not. 33.
num 12. Intrigl. de feud. Cent. 1. quaest.
21. num. 3. quod feudum alio no-
9 mine paternum appellari solet *Ia-*
son. Curt. & Velas. vbi supra Scrad.
de feud. p. 2. Cap. 7. Illustris Regens de
Corsett. ad Patr. Consf. 12. num. 14.
10 Et tunc verum distinguendũ
est Aut loquimur de infante, &
certum est quod sine auctoritate
tutoris inuestire non potest *l. po-*
tuit & l. si infanti C. de Jur. delib.
Aluarot. in c. 1. in principio col. fin.
vers. quid autem per quos fiat inue-
stitura Sonsbec. in tract. de feud. p. 6.
num. 22. Intrigl. cent. 1. de feud. quaest.
53. num. 240. scripsi de effect. minor.
etat. circa iudicial. num. 18. in prælud.
11 Aut est maior infans, & non
habet tutorem vel curatorem, &
potest solus inuestire, ita post
Bald. Jas. Bertach. & Sonsbec. Intrigl.
loco citato sub num. 242.
12 Aut loquimur de pupillo, &
si habet tutorem, requirur auc-
toritas ipsius in tali infeudatione
seu renouatione *Intrigl. dicta qu.*
53. sub num. 242.
13 Contrariam opinionem verio-
rem & communiorem dicit *Ca-*
mill. de Larat. dicta Diluc. 33. num.
5. quod imo pupillus possit feu-
dum antiquum sine auctoritate
tutoris infeudare, quam opinio-
nem bene probat vt ibi per eum.
14 Aut loquimur de adulto, &
habet curatorem, & est necessa-
ria eius potestas in tali infeuda-
tione, secundum *Intrigl. vbi supra*
dicto num. 242.
15 Sed contrarium & recte in-
quit *Camill. de Larat. loco citato dicto*
num. 5.
16 Aut loquimur de feudo nouo,
quod

quod de nouo est acquisitum, & habet originem ab ipso inuestito, & appellatur nouum respectu primi acquirentis, sed eo mortuo apud successores dicitur paternum, ita vt feudum quod apud patrem meum fuit nouum, apud me dicitur paternum *c. 1. §. nouum qui test. nec sint. Iason in dicta 3. diuis. Rebuff. diuis. 4. Iacob. & Velas. supra Caball. Resol. Crim. cas. 8 2. num. 3. Intrigl. cent. 1. de feud. quaest. 23. Cutell. dicto num. 1 2.*

17 Et tunc minor illud infeudare non poterit *Intrigl. dicta quaest. 53. num. 246. Camill. de Larat. supra num. 4. Ruding. var. lect. Iur. feudal. num. 3.* vbi ampliat etiam si curatoris consensus interueniat & veniam aetatis impetrauerit.

18 Et ratio differentiae inter vnā, & alteram infeudationē est quia quando infeudat antiquum feudum, minor non alienat, sed alienatum inuenit, & maiorum suorum factum confirmat, & potius dicitur renouatio antiquę inuestiturae quam noua infeudatio seu concessio *Intrigl. dicta quaest. 53. a num. 239.*

19 Sed quando nouum feudum infeudāt dicitur feudum donare, quia noua infeudatio aequiparatur donationi, & donatio a minore fieri non potest etiam cum auctoritate tutoris & decreto iudicis *Intrigl. dicta quaest. 53. a num. 251. scripsi in effect. de donat.*

20 Limitat *Intrigl.* quod dictum est de feudo nouo *a num. 247.* quatuor modis Primo vbi minor inuestiret aliquem sine eius damno,
21 Secundo vbi minor iurauit non venire contra nouam inuestituram ratione minoris aetatis.
22 Tertio quādo ex priuilegio Principis hoc sibi fuisset concessum
23 ex certa scientia. Quarto & vltimo quando minor fecisset inuestituram procuratorio nomine maioris.

Sed An dos de paragio & vita militia debeantur super feudo nouo & antiquo? vide *Cost. sicul. cons. 91. a num. 39. Corset. cons. 16. & ibi Addit. cons. 17. num. 4. cons. 28. num. 2. & 3. Gregor. de dot. de Parag. quaest. 21. Mastrill. dec. 200. nu. 51. Intrigl. de feud. cent. 1. quaest. 51. num. 238. Amat. Resol. 71.*

24 Differunt inter se ista feuda quia in feudo nouo non succedūt nisi descendentes primi acquisitoris *Rebuff. in declar. arb. feud. in 4. diuis. vers. & in hoc succedunt Velasq. de iur. Emph. quaest. 39. num. 10. & quaest. 42. Giurb. de Succ. feud. § 2. Gl. 3. num. 30. in fine* qui ex *Bald. in c. 1. §. hoc quoque de Succ. feud.* notat feudum nouum agnatos non habere: In feudo vero antiquo non solum succedunt descendentes, sed etiam collaterales agnati, dummodo a primo acquisitore descendant *c. 1. de nat. Succ. feud. Petr. de Gregor. de concess. feud. p. 5. quaest. 4. eff. 1.*

Sed haec differentia, vt notant

Iason.

Iason de feud. num. 83. diuis. 3. Curt. *Iun. de feud. p. 8. c. 9. num. 7. &* Greg*or. vbi supra num. 6. vers. ita quod* est parui momenti, quia licet dicatur collateralis quo ad istum, cui immediate succedit tamen stipite considerato & primo acquisitore est de eius descendentibus vide *Larat. ad materiam in Theatr. feud. p. 9. dilucid. 37. & 54. Bilocl. in suis concl. feud. cons. 24. n. 4.*

25 Differunt secundo quia feudum antiquum sine consensu agnatorum cum consensu domini alienari non potest *c. 1. de alien. feud. pat.* licet absque consensu domini alienari possit in proximiorem agnatum, qui post mortem vassalli esset successurus cum talis alienatio refutatio dicatur *dicto c. 1. vbi Aluarot. Petr. de Gregor. vbi supra num. 14. eff. 2.* qui *num. 15.*

26 aduertit quod in hoc regno ex dispositione capituli volentes potest feudum antiquũ absque Regio consensu in aliam personam æque dignam siue habilem integrum & indiuisum alienari tam inter viuos quam in vltima voluntate, dummodo talis alienatio non repugnet formæ concessionis feudi; Feudum vero nouum cum consensu domini sine consensu agnatorum alienari potest, cum nullius nisi domini interfit qui rem concessit notatur in *dicto c. 1. & tradunt* Petr. *de* Gregor. *vbi supra & Zas. de feud. p. 9. vers. 7. principaliter.*

27 Differunt 3. quia ad probandam inuestituram in feudo nouo non admictuntur nisi pares curiæ, qui ab eodem domino habent feudum, ne quid excogitetur falsitatis in perniciem domini alijs testibus inductis forte pecunia vel odio vel gratia, quæ non sunt suspicanda in paribus curiæ *c. 1. §. id circo de not. feud.* sed in feudo antiquo etiam extranei testes admictuntur *c. 1. qui test. sint necess. ad prob. nou. inuest.* Curt. *Iun. de feud. p. 9. quæst. 8. cap. 9. num. 7. Iacob. in* In*uest. feud. Verbo qui quidem inuestiti num. 57. Ias. in prælud. feud. num. 34.* Gregor. *dicta p. 5. quæst. 1. num. 24. eff. 4.*

28 Differunt 4. quia in feudo antiquo successor illius Vassalli qui decessit intra annum & diem forsitan in nono mense non petita inuestitura habebit integrum annum & diem ad petendam inuestituræ renouationem cum non veniat ad feudum prouidentia defuncti sed quodam successorio edicto, optima ergo ratione tempus decursum in vita vassalli defuncti ipsi successori non computatur, sed in feudo nouo habebit tantum tempus quod superest ad annum & diem, quia hoc in feudo venit ex prouidentia primi acquisitoris Iacob. *de Beluis. & Nicol. de* Neapol. *in c. 1. quo temp. mil.* Iacob. *in Verbo qui quidem inuestiti num. 34.* vbi etiam aduertit quod hoc tempus petendi renoua-

nouationem inueftituræ,non currit filio, nifi a die quo fe immifcuit hæreditati paternæ.

19 Differunt 5. quia fi vaffallus enormiter delinquens in aliū quā in perfonam domini priuatur feudo & feudum eft nouum reuertitur ad dominum omnibus defcēdentibus & agnatis exclufis *c. 1. §. fin. qua fu. prim. cauf. benef. am. c. 1. an ille qui interfecit frat. dom. fui Giurb. de Succ. feud. §. 2. Gl. 6. fub nu. 88. verf. fed illud* Aluar. *Velafc. de Iur. Emphit. quæft. 39. nu. 7. & quæft. 42. fub num. 3. Farinac. de delict. & pen quæft. 25. num. 14. Caball. Refol. Crim. Caf. 182. num.* 4. vbi multos;

30 fi vero feudum fit paternum, vel antiquum tranfit ad agnatos proximiores, domino & defcendentibus Vaffalli exclufis *dicto §. fin. Velafc. dicta quæft. 39. & 42.* Iacob. *Verbo dicti que vaffalli num. 59. Rauen. in dicto §. fin. in.* 10. *&* 11. *conclus. Curt. Iun. p. 5. in 2. & 3. princ. conclus. Zaf. p. 10. conclus. 5. Petr. de Gregor. vbi fupra num.* 10. *eff.* 1. *Giurb.* qui in feudo antiquo non hæreditario loquitur *de Succ. feud. §. 2. Gl. 6 fub num.* 88. *Farinac. fupra nu. 76. Caball. loco citato num. 5.* qui diftinguit inter feudum hæreditarium ex p. & p. principis, & mixtum licet *Cumia in c. fi aliquem verbo mortui num. 66. & 76.* affirmet quod hoc in cafu filij & defcendentes fuccedunt, quem fequitur *Menoc. de arb. caf. 354. nu. 87.* a quibus cauendū effe aduertit *Giurb. vbi fupra* fed *vide Caball. loco citato fub num. 15. ver. fecundum vero* vbi contrarium defendit.

31 Sed An omnes Agnati in hoc cafu admictantur ad feudum? & cōmunis DD. refolutio eft quod illi tantū admictantur, qui quarto gradu a delinquente remoti funt *Zaf. vbi fupra concl. 5. verf. hæc conclufio fallit* Iacob. *loco fupra citato verf. quidam tamē Giurb. fub dicto n. 88. verf. aduertendum* & licet *Curt. Iun. dicta p. 5. conck. 5.* dicat quod hæc opinio fit dura tamen fatetur quod iura a DD. allegata funt vrgentiffima nec vlla refponfio eis accomodari poteft; Ratio autem huius conclufionis vt omnes

32 fupra citati DD. notant ea eft, quia ratione proximitatis & coniunctionis præfumitur fimilitudo & eadem audacia, argumento *l. quifquis C. ad l. Iul. Maieft.* & eft tex. expreffus pro hac opinione *in c. 1. fi vaffall feud. priu.*

33 Vnum tamen prætermictendū non eft quod vbi agnati vocantur propter delictum vaffalli non habent neceffe expectare mortem delinquentis, fed in continenti veniunt tāquam eo mortuo *Bald. in c. 1. fi Vaffall feud. priu.* quem refert & fequitur *Rauenn. fupra conclus. 12. Curt. Iun. de feud. p. 5. in 2. princ. conclus. verf. fed imo fimpliciter & Cumia loco citato.*

34 Si vero vaffallus grauiter delinquat in perfonam domini & feudum fit nouum reuertitur ad domi-

dominum omnibus exclusis *Rauen.* qui de communi testatur *vbi supra conclus.1.& ibi Afflic. Velasc. loco supra citato* Intrigl. *de feud. Cent. 8. quaest. 11. num. 188. Farinac. supra Pasch. de patr. pot. p. 4. c. 5. num. 30.* qui *num. 31.* quatuor modis limitat. Si vero paternum sit variarunt DD. vt dicunt *Rauenn. supra Curt. iun. de feud. p. 5. concl. 1. verf. sed in quantum Zasiu. feud. p. 10. nbl. 4. verf. de agnatis est disputatio &* *Iacob.* Verbo *dicti quae vassalli nu. 58.* Alij simpliciter & absolute affir-
35 marunt quod reuertitur ad dominum exclusis omnibus descendentibus, & agnatis; quam opinionem post multos sequitur *Farinac. vbi supra num. 78.* Alij quod admittuntur agnati exclusis descendentibus *Afflict. in dicto § fin. in principio*; nonnulli denique in eam inclinarunt opinionē quod reuertitur ad dominum, donec extent descendentes masculi ex
36 ipso delinquente. Ego vero in hac opinionum varietate non recederem a prima opinione, quia feudum originali natura attenta beneficium est *c. 1. § fin. in quib. caus. feud. am.* & a principio censetur datum cum hac conditione vt si ingratitudo contra dominū committatur, feudum ad ipsum deuoluatur, vt post multos notat *Farinac. dicto num. 78.* & tradi-
37 tioni rei suae potest vnusquisque apponere legem quam vult *l. in traditionibus ff. de pact. Giurb dec. 79. num. 46. Peres. de Lar. in compend. vit. hom. cap. 23. nu. 13. Balth. Ass. de Angel in dicta l. legem* & hoc est quod dicit *tex. in dicto c. 1. § fin. quae fuit prim. caus. benef. am.* in illis verbis (vt habeat dominus
38 hanc saltem suae iniuriae vltionē) vt optime aduertit *Curt. loco citato* subintelligitur namque in feudi concessione tacita conditio si primus & omnes ab eo descendentes grati ergà dominum erunt, argumento *l. cum quis ff. de solut. & l. stipulatio nem ff. de* Iure *dot.* Cum ergo feudū a principio sit hac qualitate affectum & hoc modo per concedentem conditionatum, sequitur quod quamprimum aliquis ex descendentibus primi inuestiti committit ingratitudinem contra dominum, cessante illa tacita conditione sub qua fuit cōcessum, quod feudum ad dominum reuertitur, argumento *l. prima C. de donat. quae sub mod.* a qua opinione non esse recedendum in iudicando *Curt. & Iacob. supra*, quā sequuntur *Syluan. de feud. recogn. quaest. 27. nu. 41. Caball. Resol. Crim. Cas. 122. num. 15. & 19.* licet *Cum. in c. si aliquem Verbo mortis num. 65. consil. 1.* dicat quod in hoc casu admittantur agnati in 4. gradu & vlteriores in infinitum post mortem culpantis. Sed vide *Pasch. vbi supra num. 30.* qui distinguit inter feudum antiquum haereditarium & ex p. & p.

Limitatur tamen haec opinio

pluri-

pluribus modis vt videre est a-
pud supra citatos DD.
39 Differunt 6. quia feudum no-
uum sine inuestitura quæri non
potest nec ad descendentes trans-
mitti *c. 1. quib. mod feud. Const.* anti-
quum vero vel paternum succes-
sione acquiritur *c. 1. §. sciendum de*
feud. cogn. Larat. in Theat. feud. p. 12.
diluc. 49. num. 6. Petr. de Gregor. *vbi*
supra p. 5. quæst. 4. num. 16. cum seq.
40 (vbi aduertit quod in regno feu-
dum nouum sine inuestitura ac-
quiritur ex sola Regis concessio-
ne), licet infra annum & diem re-
nouatio inuestituræ sit petenda
tam si feudum sit nouum quam
antiquum *c. 1. quæ fuit pri. caus be-*
nef. am. Zas. de feud. p. 3. circa princi-
pium Curt. Jun. p. 4. causa 23. Clar.
§. feudum quæst. 49. Farin. de delict.
quæst. 25. num. 85. Petr. de Gregor.
de concess. feud. p. 8. quæst. 16. Cost. *de*
fact. scient. & ignor. Cent. 1. dist. 38.
num. 1. Giurb. *de Succ. feud. §. 1.* Gl.
14. *num. 33. & 34. & §. 2.* Gl. 12.
sub num. 14. quæ ideo sic dicta est,
41 quia sicut homo pannis exterio-
ribus vestitur & *Job. cap.* 10. dici-
tur *pelle & carnibus vestisti me* ita
vestitur quis feudo per traditio-
nem ipsius feudi *Afflict. in c. 1. nu.*
1. quid sit inuestitura & dupplex est
propria scilicet impropria & a-
busiua *dicto c. 1. vbi Bald.* Rauen.
Afflict. & communiter DD. Iacob. de
feud. Verbo inuestiti in principio. Ca-
mill. de Curt. in p. p. diuers. Jur. feu-
dal folio mihi 30. num. 3. & 4. Petr.
de Greg. de concess. feud. p. 5. quæst.
4. num. 22. Bald. in prae. feud. num.
27. Propria nihil aliud est nisi
possessio rei feudalis realiter tra-
ditæ a domino ipsi vasallo, & ideo
in inuestitura non sunt necessaria
illa verba inuestio te de tali feu-
do, sed sufficit quod vassallus de
volũtate domini sit missus in pos-
sessionem rei feudalis vel realiter
a domino sit inuestitus per tradi-
tionem ipsius rei præsentialiter
existentis, eo enim ipso quod
vassallus feudum de voluntate
domini possidet dicitur de ipso
feudo a domino inuestitus *Isern.*
in dicto c. 1. vbi Afflict. in princ. A-
42 busiua vero illa est quæ verbis fit
mediante aliquo signo quia do-
minus absens de re feudali inue-
stit aliquem de aliquo feudo dã-
do illi anulum ensem berrectam
vel dando illi litteras inuestituræ
43 expresse dicendo, inuestio te de
tali re quia in ista abusiua inuesti-
tura expressio verborum requi-
ritur. In regno vero vt notat *In-*
trigl. de feud. Cent. 1. quæst. 15. num.
75. non fit concessio feudi per
aliquam inuestituram verbalem
aut realem propriam vel abusi-
uam, sed fit concessio dationis
in feudum per priuilegium quod
44 de oraculo Regis concedentis na-
scitur, & in locum inuestituræ
succedit. Hæc autem inuestitura
abusiua si fiat in ipsa re vel in lo-
co quo res videri potest posses-
sionem transfert *l. clauibus tradi-*

in l. ff. de contrah. empt. l. quod meo §. si vendit. eorum ff. de acq. poss. Sed facta in dicto remoto nec dominiū neque possessionem transferri, benedicamen intelligitur per eam data potestas inuestito vt propria authoritate possessionem feudi apprehendere posit *Innoc. & Canon. in d. c. extr. de consuet.* Bald. *Afflict. Rau. & commun. DD. in dicta c. 1. quid sit inuestitura idem Bald. in rub. C. de contr. empt. quæst. 1 quos refert & sequitur* Iacob. *Verbo inuestitura num. 8. & Mastrill. ad Greg. de concess. feud. p. p. quæst. 8. litera A.*

Non obstat si dicatur quod sicut traditis clauibus transfertur possessio, ita per traditionem anuli indistincte possessio feudi transferri debet, quia ideo traditis clauibus transfertur possessio, quia sub clauium custodia res sub clauibus reconditæ continentur; anulus vero, & similia cum quibus fit inuestitura, nihil habent commune cum rebus quę continentur in feudo, ideo per traditionem anuli non transfertur indistincte possessio Rauen. *in dicto c. 1. quid sit inu.*

45 Septimo differunt quia refutatio in feudo antiquo agnatis non nocet *c. 1. de eo qui fin. fec. agn. de feud. pat.* in feudo vero nouo nocet filijs & est limitatio *ad tex. in dicto c. 1. pro vt notat Zas. de feud. p. 8. vers. & hæc vera sunt in 10. p. vers. & in hoc porro Aluar. Valasc. de Iur. emph. quæst. 42. circa finem.*

45 Octauo differunt quia vassallus alienans feudum nouum sine domini consensu cadit a iure suo, & feudum reuertitur ad dominum, vt docent *comm. DD.* pro vt de comm. testatur *Rauen. in c. 1. §. fin. concl. 10. quæ fit pr. caus. benef. am.* si vero feudum est antiquum & vassallus habet agnatos de linea primi acquirentis, tunc non reuertitur ad dominum, sed ad agnatos filijs exclusis *Annot. vbi supra concl. 17. Zas. p. 10. concl. 1. Curt. p. 5. concl. 4. primo.*

Differunt nono quia propter inuestituram non petitam infra tempus debitum feudum nouū reuertitur ad dominū filijs exclusis, sed antiquum ad filios si extāt alias ad agnatos quibus non extantibus reuertitur ad dominum *Rauen. vbi supra concl. 20. Curt. Jun. de feud. p. 3. concl. 5. vers. exemplum Giurb. de Suc. feud. §. 1. Gl. 14. num. 17. quæst. 2.*

47 Differunt decimo quia vassallus mutus, & surdus licet primetur feudo paterno non tamen reuertitur ad dominum, sed ad filios vel ad agnatos, quod secus est in feudo nouo, quia ad dominum reuertitur omnibus exclusis *Doctores commun. in tit. an mut. vel alit. imperf. docent Rau.*

Raui vbi supra concl. 23. *Zas. p.* 10. *vers. defactu feudum & Curt. vbi supra.*

48 Vltimo differunt omissis alijs vt videre est apud supra citatos DD. & maxime *Velasc. Ruding. var. lect. Iur. feud. lib.* 1. *cap.* 26. & *Intrigl. cent.* 1. *de feud. quest.* 51. quia licet vassallus effectus clericus ammittat feudum *c. clericus si de feud. fuer. contr.* non tamen reuertitur ad dominum, sed ad agnatos si feudum est antiquum, sed si nouum reuertitur ad dominum agnatis exclusis, sed si adsunt filij ipsi succedunt domino excluso *c.* 1. *de milit. Vass. qui ar. bell. depos docent. Rau supra cõcl.* 44. *Zas. & Curt. in locis supra citatos.*

49 Sed an si dominus concedat feudum nouum iure antiqui feudi dicatur antiquum *Oldrad. cons.* 178. & *Alberic. in dict. verbo feudũ* affirmant feudum non dici antiquum sed nouum, quam opinionem communem esse dicit *Iason. cons.* 152. *lib.* 2. *Mozz. de feud. diuis. num.* 53. pro qua opinione consuluit *Castr. cons.* 156. *incip. considerātis his vol.* 2. quæ probatur primo quia contrariorum eadem est diciplina *DD. in rub. ff. de acq. poss. l. & si contra vbi Gl. ff. de vulg & pupill. l. fin. §. fin. ff. de leg.* 3. *l. si vt maior C. de repud. hæred. l. pen. vbi Bald. C. de solut. l si ex toto ff. de leg.* 1. Sed si feudum antiquum concedatur iure feudi noui non per hoc efficitur nouum *c.* 1. *an agn.* *Bald. in prælud feud. in* 5. *diuis. & in l.* 1. *quæst.* 45. *ff de rer. diuis. Mastrill. ad Petr. de Greg. de feud. p.* 3. *quæst.* 2. *littera* A. *ex eodem met. Petr. de Gregor. Roland. cons.* 60. *nu.* 8. *Bald. in c.* 1. *de Vassall. decrep. at. vbi Aluarot. Afflict. dec.* 212. *Cacher. dec.* 23. *num.* 22. vbi de communi (licet contrarium teneat *Mantic. de tac. & ambig. lib.* 23. *tit.* 3. *num.* 76.) ergo eodem modo si feudum nouum concedatur iure antiqui nõ

50 antiquum sed nouum erit secundo facit quia verba rei veritatem non mutant *l. si forte ff. de Castr. pec. l. non epistolis C. de probat. l. cum falsa ff. de Iur. & fact. ignor. l si donatione C. de Collat.* ergo quod non est nouum, nouum fieri non potest & quod non est antiquum antiquum fieri non potest.

51 His tamen non obstantibus cõtrarium tenent *Bald. in c.* 1 *de alien. feud. pat. Borcolt. de feud. cap.* 4. *diuis.* 1. *Iser. in c.* 1. *de cont. apud par. term. Curt. Iun de feud. p. p. q.* 8. *Petr. de Gregor. de conceß feud. p.* 5. *quæst.* 3. *nu.* 2. vbi *Mastrill. in addit. lit.* A. *Dec. cons.* 194. *col.* 2. & 185. *col.* 5. *Iacob. Verbo in feudum num.* 12. *in fine & alij per Clar. §. feudum quæst.* 8. *Larat. in Theas. feud. p.* 9. *dilucidat.* 47. & *vide diluc.* 21. & 34. *ad materiam successionis & p.* 6. *diluc.* 7. *Ill. Regens de Corsett. ad Patr. cons.* 23. *num.* 12. *vbi multos Mantic. supra num.*

52 77. Quæ opinio probatur primo pactum vt succedant illi qui alias succedere non possunt valet

c.1. de feud. non hab. propr. nat. ergo
etiam valebit pactum quod feu-
dum intelligatur concessum Iure
antiqui feudi. secundo facit ratio
adducta a *Curt. sen. cons. 50. col. 3 Ir-*
cip. prafens consultatio quem c.tat
Petr. de Gregor. vbi supra nu. 5. quia
53 princeps potest imponere con-
cessioni legem, quam vult. qui-
libet enim est moderator & arbi-
trer rei suæ *l. in re mandata C. man-*
dat Centius *de Cens. p. 2. cap. 2. q. p.*
art. 2. num. 6. & cap. 1. q. 3. & 4. nu.
11. Angel cons. 110. col. 4. vers. quia
princeps Nouar. quæst. for. 21. num.
4. & quæst. 109. num. 3. Cost sicul.
cons. 15. num. 30. & cons. 74. num.
15. Maia *consult. 28. num. 4. & 5.*
Cald. ad l si curatorem Verbo cum non
absimilis fol. 35. etiam abutendo Mal-
uas cons 74. num. 1. Gramb. dec. 86. nu.
1. Cost sicul. cons. 29. num. 28. cons. 57.
num. 56. Iutrigl. *consil. 1. num. 134.*
Oter. diu. Iur. qq. p. 2. q. 11. & num.
1. Cald. *vbi supra per tex. in l. sed et*
si lege § consuluit de pet. hæred. ibi cũ
re sua abuti putant, quem valde comẽ-
dat Aretin *l. si is cui lege ff. de testam.*
Iason. *in l. si quis in conscribendo C. de*
pact. num. 6. quæ potestas loquen-
do in subditis neque a Rege im-
pediri potest *Menoch. lib. 1. qq. Ill.*
cap. 17. num. 2. & 3. quem *refert*
Cald. vbi supra Tertio probatur
quia tenor inuestituræ derogat le-
gi & naturæ feudorum, feuda nã-
que magis dependent a lege con-
uentionis, quam a iure proprio
vel consuetudinario vt notat *Ma-*
strill supra Menoch. cons. 160. nu. 26.
54 Non obstat primum argumẽ-
tũ nã Respõdeo vna *cum Curt. vbi*
supra nu. 38. & Menoch. quod pro-
cedit quando eadem militat ra-
tio *l. a Titio de verb. oblig. & illud ff ad*
l. aquil. l. stipulatio ista § alteri ff de
verb. obl. tradita Gl. Verbo domino
sed quando feudum nouum con-
ceditur Iure antiqui feudi agitur
tantum de præiudicio ipsius con-
cedentis, quia feudum antiquum
est semper potentius, & magis
transmictitur quam feudum no-
uum, vt ex supra dictis constat,
proinde non est mirum si illa ver-
ba, ex quo solum præiudicant
concedenti, operantur quod feu-
dum nouum fiat antiquum, quod
secus est, quando feudum anti-
55 quum conceditur iure noui feu-
di quia agitur de præiudicio agna-
torum & collateraliũ qui in feu-
do nouo non succedunt *c. 1. an*
agnat. c. 1. de duob. fra. a cap. inuest. do-
cent Gregor. *vbi supra num. 8. &* Ma-
strill. in addit. ad eum p. 3. quæst. 2.
56 *litt. A.* Hinc est quod nonnulli af-
firmant quod si talis concessio
fieret consentientibus agnatis v-
tique efficeretur feudum nouũ,
& ita intelligẽdus est *Petr. de Gre-*
gor. dicta p. 3. q. 2. num. 2. 3. & 4. vt
docet Mut. *super Cap. R. Alfons. 456.*
sub num. 43. & ita affirmat *Afflict.*
dicta dec. ita nu. 5. vbi quando mu-
tatur forma consentiente feuda-
tario, eo ipso fit feudum nouum,
quia tacite videtur renunciatum
siue

siue refutatum in manibus domini, ideoque per Regem, videtur facta noua inuestitura argumento *l. singularia ff si cert. pet. Mut. vbi supra num. 44.* Ad secundum Re-
57 spondeo quod licet verba non possint rei veritatē mutare quantum ad rem ipsam attinet, tamen secus est quo ad effectum iuris, sicut facta pro infectis fieri non possunt *l. in bello § facta ff. de Capt. & post lim. reu.* & tamen quantum ad iuris effectum lex potest facere vt pro non factis habeantur *l. iubemus nulli § 1.* ibi ea quæ contra leges facta sunt pro infectis habenda sunt bene *Borcolt. de feud. cap. 4. diuis. 1. num. 8. Gram. cons. 7. num. 8. in Crim.* hanc opinionem subtilissime defendit *Franc. Curt. cōs. 49.* In compilatione ipsius cō-silij incip. memoriæ recolendæ & *vide Aluar. Velasc. de Jur. emph. qu. 42. num. 2. Rosental. de diuis. feud. concl. 13. Apont in tit. qui feud. dar. poss num. 13. & in qq. laude. quæst. 10. num. 22.*

58 Conclusio supra posita limitatur in prælatis Ecclesiæ *Bald. in prælud. feud. diu. 3. Iacob. Verba in feudum num. 12. Laud. in c. 1. col. 7. qui feud. dar. poss. Io. de Jmol. in c. 1. col. antepen. de feud. qui refert Card. ita consuluisse Alex. cons. 30. ponderatis bis col. 3.* nam quoties assertio con-
59 trahentium facit actum licitum, qui alias licitus non esset, non creditur ipsorum assertioni nisi per legitimas probationes adiuuetur *Bart. in l. & si forte ff de Castr. pec. Alex. cons. 51. consideratis col. 3. vol. 1. & in l. si donatione C. de collat.* Sed prælati Ecclesiarum non
60 possunt sine debitis solemnitatibus infeudare, ea quæ non sunt solita infeudari *c. 1. de feud.* ergo nullo modo credendum est assertioni Prælati dicentis feudum esse antiquum vel paternum & si aliter diceremus esset aperta via fraudibus contra *tex. in c. quanto de diuort. & l.* in fundo de rei vendic. *Larat. in Theatr. feud. p. 7. diluc. 5. num. 7.*

61 Contrarium tenet *Curt. vbi supra* quod prælatus apponēdo illa verba iure antiqui feudi quod probet feudum antiquum; prælatus
62 enim quando aliquid confitetur quod habet pro se iuris præsumptionem tunc confessio valet *c. si diligenti vbi Pan. nu. 4. de præscript.*
63 Sed vbi dubitatur an feudum sit antiquum, vel nouum in dubio antiquū præsumitur *c. 1. vbi Bald. de grad. Succ. in feud. c. 1. vbi Aluar. si de feud. fuit contr. int. do. & agn. vas. Ias. de feud. num. 97. Larat. in Theat. feud. p. 7. diluc. 7. An. in c. 1. de vas. decr. at. num. 183. Menoc. præs. 93.* sic fuisse decisum dicit *Tho. de Mar. de feud. in tit. ex p. & p. ant feu. pat. num 32. in fine* in dubio enim benignior præsumptio & inter pretatio est facienda *l. fin. C. qui bo. ced. pos. Caput. de Reg. Reip. c. 2. num. 10. l. proximi vers. sed in re dubia de his quæ in test. del. Dec. cons. 482. in fin.*

Rot luc.diu.dec.5 r. & benignior est
64 interpretatio vt feudum sit antiquum cum in eo admittantur agnati; vt supra diximus, ergo standum est confessioni prælati confitentis illud pro quo est præsumptio iuris quod tanto magis
65 procedit; vt dicit *Curt.supra* quando prelati confessio cum toto capitulo facta esset, nam tunc in multis casibus Ecclesiam obligat *Gl.in c. dudum il 2. de elect.* inquit tamen Curt. quod vbi contrariū probaretur Ecclesia vti læsa poterit in integrum restitui aduersus talem confessionem sed hæc Curt.opinio procedit interminis in quibus loquitur quādo scilicet sumus in dubio an feudum a prelato concessum sit nouum vel antiquum, quia tunc si prælatus in concessione apponat illa verba iure antiqui feudi, feudum præsumitur antiquum, sed non interminis quæstionis nostræ quando constat feudum esse nouum sed cōcessum iure antiqui feudi quia indubitanter teneo non esse nec dici feudum antiquum & vide *Mantic.supra a nu.78.* *Intrigl. Cent. 1.de feud.quæst.24.*

Sed An minor possit de feudo inuestiri? distingue vt per *Intrigl.de feud.Cent.1. q.54. a nu.29.* quod aut est infans, aut maior infante primo casu potest accipere feudum cum auctoritate tutoris secundo vero casu poterit solus feudi inuestituram accipere sine auctoritate tutoris vel cū authoritate pro vt ipsi pupillo videbitur vide etiam *Borcholten. de feud cap.5.de his qui feud.dar. & accip. poss. num. 46. scripsi de effect. min ætat.circa iudic. in prælud.nu.18.*

66 Et aduerte quod & si feudum beneficio accedat *c.1.§.fin.ex quib. caus.feud. amittat Ruding. Var. lect. Iur feud.lib.1.cap.20.nu.4.* vbi propterea dicit quod fauorabilem ac-
67 cipit interpretationem nihilominus contractus dicitur *Abb in c.quæ in Ecclesiarum col.pen de Const. Bartol.in l. iuris gentium §. quinimo col. fin. vbi Alex. ff. de pact. Bald.in Rub.C.de rer.permut.Syluan de feud. recogn.quæst.2.Curt.Iun.de feud p.p. quæst.9. & quæst.11. num.3. Scrad. de feud.p.2.Cap.2. num.1. Intrigl.de feud.Cent.1.quæst.15. num.11. Rosental.de feud. Cap.1.Concl.4.Concl. 5.num.8. Concl.7. in princ & Cap. 10.concl.11. num. 26. Giurb. de Succ. feud.prælud 2.num.9. 29. & 34.* sicut & donatio, quæ beneficium appellatur *c. cum dilecti in fine vbi commun. Canon. de Donat. Hippolyt. Riminald.in princ. Inst. de Donat.nu.*
68 *1877.* & tamen contractus dicitur *l.eum qui ff.de Donat. Bero.cons. 121.num.14.lib.2.Clar.in §.Donatio quæst.1.DD. in dicto §. quinimo ff.de pact. Riminald. de Donat. in Rubr. num.136.*

69 Non obstat *Gl.in l.fin.ff.de Cōst. princ.* quæ ponit differentiam inter contractum & beneficium; nam ibi *Gl.* loquitur de contra-
ctibus

ctibus onerosis, vt est maior pars contractuum, non autem de his qui continent beneficium, vt est feudum vt notat *Syluan. dicta qu. 2. & Tiraq. in l. si vnquam Verbo donatione largitus sub num. 173. C. de reuoc. donat.*

49 Quid lata sententia? *Ioan. Maria & Iacob. Riminald. cons. 69. num. 8. lib. 1. Innoc. in c. per tuas sub num. 2. vers. item ad hoc Abb. in c. ex parte il. 2. de Cler. non resid. & in c. 1. de Iudic. sub num. 21. Vers. & adduco vide text. in Auth. decet de recept. arb. vbi Barbos. num. 4.*

50 Et aduerte etiam quod compromissum fieri non potest super re feudali sine consensu domini *Cost. cons. 3. num. 10. & cons. 2. num. 9 & cons. 91. num. 1. & 2. Borell. dicto titul. 63. num. 109. Rot. luc. diu. dec. 19. Intrigl. de feud. Cent. 2. Art. 92. num. 63. Petr. de Gregor. de Iudic. caus. feud. quaest. 7. num. 18. & q. 29. num. 3. & de conceff. feud. p. 5. quaest. 6. num. 11. & 13. Mastrill. dec. 83. Giurb. de suc. feud. § 2. Gl. 12. num. 91. Mut. super Cap. R. Alfons. 540. num. 27. & R. Iacob. cap. 33. num 74. Paul. Staiban. Iun. Resol. 57. num. 39. & num 40.*

51 dicit quod etiam si assensus domini esset interpositus super laudo, non autem super compromisso, compromissum erit nullum, & *nu. 41.* dicit quod nec incidens seu emergens causæ

52 feudalis compromitti potest, sed vide quæ scripsi *de effect. min. aet. circa iudic. effect. 13. num. 81.*

53 Nec super bonis maioratus *Auend. dicto cap. 22. nu. 35.* vbi quando secus.

54 Aduerte vltimo quod ad probandum compromissum requi-

situr

ritur scriptura *Dambod. in prax. rer. Ciuil. cap. 204 nu. 4. & cap. 208*
55 *num. 1.* sic decisum per Senat. Sabaud. refert Anton. *Fab. in suo* C. *lib. 7. titul. 17. definit. 2.* Ratio est
56 euidens quia cum omnis arbitrorum & arbitratorum potestas pẽdeat à compromisso *l. non distinguemus § de officio l. si cum dies § plenum ff de recept. arbit.* propterea potestas prædicta, nisi scriptura doceatur, apparere non potest. *Paul. Staiban. lun. Resol. 57 num 6. & seq.*
57 Et an Ecclesia possit compromictere videndus R. *Tancred. p. 2. moral. tom. 5. tract. 5. de var. Eccl. ac regul. dub. § 2.*
58 Et an statutum de causis compromictendis comprehendat naturales? quod sic *Anchar. cons. 187. Blanc. de comprom. quæst. 3. princ. Verbo naturalis* Riminald. *iun. cons. 442. & Inst. quib. alie lic. vel non nu. 88. Rouit. dec. 25. nu. 15. Hond. cons. 95. n. 11. lib. 1. Intrigl. singul. 187. lib. 1.*
Licet contrarium dicat *Herculan. de non offend. Cap. 3. 2.*
59 Sed non comprænhendit spurios *Blanc. vbi supra nu. 14. Intrigl. dicto sing. 187.* vbi dicit procedere respectu patris non matris *Alex. cons. 60. dub. 3. lib. 2. & cons. 144. lib. 3. Cefal. cons. 430. nu. 28. Grãm. cons. 145. num. 9. lib. 2. Hond. cons. 95. num. 95. lib.*
60 An comprænhendat legitimatũ? vide Alex. *dicto cons. 60. & 144. lib. 2.* quod sic nisi ad sit controuersia circa legitimationem *Castr. cons. 178. num. 1. lib. 2.*
61 Compræhendit venditorẽ denunciatum ab emptore si sit consanguineus agentis *Guzm. de Euict. quæst. 5. a num. 43. Facchin. contr. Iur. lib. 2. cap. 41. Nouar. super prag. p. de Arb. Coll. 2. num. 8. Mangil. de Euict. q. 13. num. 17.*
62 An habeat locum vbi articulus est iuris? vel res est clara vel peteretur animo calumniandi? *Alex. cons. 62. vol. 2. cons. 72. vol. 3. Felin. in c inter monasterium vers. 80. limita de re indic. Hond. cons. 9. lib. 1. per tot,* quod non & quando secus *Intrigl. singul. 183. lib. 1. Giurb. dec. 69. Canc. cap. 10. de contr. Iur. num. 78. Burg. de laud. p. 3. Insp. 24. num. 16. & 17. Nouar. de Arb. prag. 1. Coll. 2. num. 15. Mang. de Eui. q. 13. nu. 9.*
63 An in causa appellationis? *Alex. cons. 72. vol. 3. & cons. 82. lib. 1.* Alex. & *Ias. num. 4. in l. si causa cognita* C. *de transact.* Pereir. a *Castr. dec. 46. num. 8. Castr. cons. 320. lib. 1. Intrigl. singul. 192. lib. 1. Burg. supra num. 20.* quod non *Nouar. supra nu. 16. & in nullitate.*
64 An comprænhendat casum mixtum? *Roman. cons. 400.*
65 Non habet locum quando obstat exceptio litis finitæ. *Jason. in l. fratres num. 4. C. de Transact.* idem si obstet alia exceptio impediens litis ingressum. *Bald. Salic. & Alex. in dicta l. fratres. Bald. consil. 193. vol. 3. Alex. cons. 37. vol. 2. Angel. cons. 218. Burg. de laud. p. 3. insp. 24. num. 15.*

An

66 An habeat locum vbi petitur executio instrumenti guarentigiati ex forma statuti? *Socc. consil. 4. lib. 4. & cons. 37. Abruz. de mod. proc. sum. p. p. cap. 1. num 26. Bartol. in l. 1. C. de nou. C. fac. & in l. elegan-ter in princ. vbi Alex. in addit. de cōd. indeb. Alex. cons. 193. lib. 3. Anchar: cons. 183. & Castr. cons. 74. Intrigl. singul. 181. lib. 1.* quod non *Nouar. supra nu. 20.*

67 An comprehendat Clericos? *Paul Squill. de priu. Cler. cap. 7. dub. 3. num. 91. Mut. super pragm. de pan. Cler. & Laic. recept. bannit. tit. 48. nu. 10. Caccamus sol. 18. & 66. Bald. in c. cum venissent de eo qui mic. in poss. caus. rei seru. & cons. 5. lib. 2. Dec. cons. 4. vbi DD. in c. Sanctæ Mariæ de Const. Blanc. de compr. in 3. q. princ. num. 32. Alex. cons. 210. nu. 2. & 3. lib. 2. Roland. cons. 57. per tot. lib. 2. Surd. cons. 2. num. 16. Mastard. de interpr. Stat. Concl. 1. nu. 34. Capic. dec. 66. Mart. de Jurisd. p. 4. Cent. 1. Cas. 40. Intrigl. singul. 182. lib. 1.* qui dicit comprehendere clericos litigantes in foro seculari *Nouar. supra num. 9.* vbi dicit clericos posse cogere laicos consanguineos cū quibus lites agunt & habent ad compromissum faciendum quia gaudent statutis laicorum pro se facientibus non autem contra. *Burg. de laud. p. 3. Insp. 24. num. 6. & 7.*

68 An arctet eos qui existunt extra locum sta. uti licet res in lite deducta sit in territorio, in quo statutum viget? *Mangil. de Euict. quæst. 13. num. 18.* quod non.

69 An comprehendat virum & vxorem quod sic? *Intrigl. singul. 186. lib. 1. Oliuer. de affin. sub nu. 23. Tasson. de Antefat. Vers. 8. Obs. 2. sub num. 131.*

70 An comprehendat minorem quod sic? *Bald. in l. fin. de in integr. rest. Anchar. in c. canonum statuta de Const. Alex. cons. 62. num. 20. 21. 22. lib. 7. & cons. 254. nu. 4. lib. 6. Blanc. dicta quæst. 3. princ. nu. 39. Surd. dec. 49. num. 3. Nouar. supra num. 2. & 3.* vbi requiritur curatoris authoritas & iudicis decretum *Ann. Alleg. 115. Rim. Jun. §. 1. Inst. quib. alien. lic. vel non num. 88. vide Mont. de Tutel. Cap. 38. num. 317.*

Contrarium *Alex. cons. 62. num. 17. lib. 7.*

Primam opinionem intellige in minore pubefacto secus in pupillo *Roman. singul. 816. Marsil. singul. 362. in fine Anchar. Moder. cons. 39. num. 11. p. 2. Surd. dicta dec. 49. num. 9. scripsi supra num. 19. remissiue.*

71 An habeat locum publicatis attestationibus, vel post conclusionem in causa? *Bald. in l. 1. de Transact. Jas. in l. si causa cognita nu. 3. C. de Transact. Caroc. dec. 48. Intrigl. singul. 191. lib. 1. Bald. cons. 71. lib. 2.* quod non *Burg. supra nu. 13. & 14.*

72 An habeat locum in executione sententiæ quæ transiuit in iudicatum? *Nouar. supra num. 18. 19.*

57. quod non *Burg. supra num* 21.

73 Non habet locum quando actor conueniret reum vigore promissionis iuratæ, quia reus petendo compromissum incideret in periurium *Intrigl. singul.* 18 *lib.* 1. *Burg. supra num* 12. *Alex. consf.* 37. *col.* 8. *vers. pro hoc facit lib.* 2. *Thom. Ferrat. consil.* 55. *num.* 8. *Alex. consf.* 62. *num.* 20. *lib.* 2.

74 Non habet locum in causis meri & mixti imperij etiam si dicat omnes causæ *Bartol. in l. non distinguemus* §. *debbet. vbi & ibi Addit. lit. B. de verb. oblig. Pereir. a Castr. dec.* 46. *nu.* 8. *Roman. consf.* 262. *&* 264. *&* 299.

75 Non habet locum inter nouercam, & priuignum mortuo patre *Intrigl. singul.* 180. *lib.* 1. *Burg. supra num.* 18.

76 Nec si causa vertitur inter quondam generum & eius socerum vel inter socerum & quondã nurum *Intrigl.* 129. *lib.* 1. *Nouar. supra num.* 24. *Burg. supra num.* 18.

77 Non habet locum in causis spiritualibus etiam incidẽtibus vertentibus inter coniunctas personas *Intrigl. singul.* 183. *lib.* 1.

78 Habet locum in causa alimentorum futurorum *Intrigl. singul.* 184. *lib.* 1. *singul.* 33. *num.* 6. *lib.* 2. *Nouar. supra num.* 4.

79 Si causa principalis nõ est compromissibilis articulus incidens vel emergens extra eo compromittitur sicut econtra si causa est compromissibilis & articulus in-

trigl. singul.* 185. *lib.* 1. *Burg. supra nu.* 8. & 9.

80 Non habet locũ in causis feudalibus *Intrigl. Cent.* 2. *de feud. Art.* 5. *num.* 144. *Nouar. supra num.* 22. *Mariu. lib.* 1. *cap* 67. *Abbrev. de mod. proc. sum. cap.* 5. *p. p. num* 14. *Larat. in Theatr. feud p.* 2. *diluc.* 80. *scripsi supra nu.* 50. *Io. Bapt. Biloct. cond feud.* 67. *num.* 2. super taxatione vitæ militiæ potest fieri *Biloct. supra nu.* 4. vbi de ratione vide infra.

81 Nec in criminalibus *Nouar. supra num.* 21.

82 Quid in causa dotis quod sic *Giurb. dec. vlt. num.* 22. *Intrigl. dicto singul.* 184.

83 An habeat locum in cessionatio actoris vel rei à *DD. in l. si post diuortium sol. mat. vbi Alex. Castr. & Roman. Blanc. de compro. q.* 3. *nu.* 50. 12. *Burg. supra num* 40. Quid si cessio fiat post litem contestatam an præsumatur facta in fraudem *Dec. consf.* 390. *Cafal consf.* 64. *num.* 29. *& seq. lib.* 1. ex quorum dictis colligitur an hoc statutum loquatur in personam vel in rem.

84 Non habet locum in spolio de recenti *Intrigl. singul.* 193. *lib.* 1. *Abbrev. supra num.* 30. *Nouar. supra nu.* 25.

85 Nec in causa vitæ militiæ nisi tractetur de quantitate *Intrigl. singul.* 200. *lib.* 1. *Nouar. supra num.* 5. *vide supra Larat. vero loco cita. dicit.* 81. *num.* 10. dicit non posse fieri compromissum etiam circa quantitatem.

An

86 An comprahendat controuersiam, quæ est cum vniuersitate, *Los. de Jur. Uni. p. p. num.* 40.

87 An semper debeat compromissi donec fuerit lis finita? quod sic *Bald. consi.* 487 *lib.* 4. 311. 312. *lib.* 5. *in l. si fideicommissa §. si decem de leg.* 3. *Intrigl. singul.* 83. *lib.* 1. *Beza de iur. regul. prin* 2. *num.* 10.

Contrarium quod tantum bis *Afflict. & ad eum Gram. dec.* 66. *lit.* A. *scripsi supra num.* 31. *vide Marin. Resol.* 65. *tom.* 1. *vide supra num.* 33.

88 Quid si est dubium an debeat fieri compromissum an extendatur ad hoc dubium? *Bart. in l. si quis in conscribendo num.* 2. *C. de pact.*

89 An stante isto statuto requiratur partis citatio *Alex. in l. si quis arbitratu de verb. oblig. & scripsi de Cit.*

90 Non habet locum in causis sūmarijs vel aliter celeritatem importantibus *Mastrill. dec.* 270. *nu.* 49. *&* 50.

91 Quod causa debet compromissi est exceptio dilatoria, & ideo ante litem contestatam opponi debet *Lanfranc. de arbitr. q. vlt. Afflict. dec.* 183. *Nouar supra sub num.* 26. vbi multa ad materiam.

92 Habet locū inter fratres quando vnus vendicat fundum ab altero venditum quia pro emptoris defensione in iudicio compareret *Nouar supra num.* 6.

93 Habet locum lite iam contestata *Burg. supra num.* 11. *ex Roland. cons.* 57. *num.* 3. *p.* 2.

94 An Capitulum Imper. Carol. 85. de Causis compromittendis extendatur ex generalite Rubricæ vltra causas successionis, & legati? scripsi quod sic secundum *Intrigl. singul.* 198. *lib.* 1. *in addit. ad Iustificationes sp. Off. Corsetto insertas inter consil. sicul. super priu. Vrb. Pan.* quod fiscus non possit principaliter agere contra ciues *num.* 122. sed contrarium determinaui ex *Castill. decis.* 246. quem etiā citat & sequitur Sp. & doctissimus aduocatus nemini secundus D. Ioseph Xibecca ad presens meritissimus Iudex M. R. C. S. Cr. in suis doctissimis subtilissimisque allegationibus pro Ill. Comite Racudiæ in causa manutentionis possessionis principatus Buteræ & petrepertiæ *fol.* 94. *circa finem Vers. Intrigl. singul.* 198. *lib.* 1. qui in dictis allegationibus citat meam Allegationem feudalem in pluribus locis.

Ad materiam statuti *Burg. de laud p.* 3. *susp.* 24. *Schenard. cons.* 62. *Gallup. in prax. in paru. cap.* 4. *a num.* 11. *&* 37. *Flam. Monac. in addit. ad dec. Minad.* 11.

EFFEC-

EFFECTVS VIGESIMVS

SVMMARIVM.

1 Minor fideiubere non potest & num. 2. 3. & 4. de ratione & vide num. 6.

Amplia a num. 22.

Limita a num. 44.

3 Minor non habet liberam suarum rerum administrationem.

5 Consuetudo panormitana 21. circa fideiussiones minorum, & filiorum familias quid disponat?

10 Minor eo ipso quod pro aliquo intercedit ipso iure laesus dicitur, & num. 19.

11 Fideiubens dicitur male uti substantia sua, & num. 19. & num. 61.

12 Mandatum ad administrandum non continet mandatum ad fideiubendum, & num. 13. de ratione.

14 Maritus qui pro alio fideiubet dicitur male uti substantia sua.

Et uxor potest dotem repetere nu. 20. Intellige num. 21.

15 Habens mandatum cum libera fideiubere non potest.

16 Uxor habens à marito licentiã contrahendi fideiubere non potest.

17 Fideiussio facta a marito contracto matrimonio latinorum more cedit pro sua parte.

18 Fideiussio licet sit actus pius est tamen valde perniciosus.

22 Minor non potest fideiubere etiam pro locuplete.

Etiam si dentur releuatores, ibidẽ.

23 Restitutio integrum aduersus fideiussionem non solum competit marito fideiubenti si sit minor, sed etiam eius uxori, si minor sit, & vide à num. 27. cum sequenti.

Et ad eam obtinendam quae requirantur? a num. 29.

24 Fideiussio facta a minore cum iuramento an valeat? & num. 25. & vide a num. 58.

36 Minori non succurritur aduersus fideiussionem quotiescunque principali successit, & haereditatem adiuit, ubi de ratione.

37 Maior qui simul cum minore fideiussit minore restituto an teneatur in solidum, an pro dimidia? & 38. cum plur. seq.

44 Minor si fideiubet in rem suam vel pro suo procuratore valet fideiussio.

45 Minor si fideiubeat pro patre in vinculis aut captiuitate detento valet fideiussio, & num. 47. de ratione.

Sed requiruntur solemnitates de iure requisitae num. 50.

Amplia num. 50. 51. 52.

Intellige num. 53. & 54.

55 Minor ubi pro maiore se gessit valet fideiussio.

Intellige ut num. 57.

56 Iura subueniunt deceptis non decipientibus?

59 Fideiussio facta a filio familias an firmetur iuramento stante consuet. pan. 21?

61 Fideiussio facta a minore cum solemni-

lemnitatibus statuti valet.

62 Minor potest pro dote mulieris *fideiubere.*

63 *Adultus curatore carens potest fideiubere.*

65 Fideiussio *non præsumitur, sed ab allegante est probanda num. 66.*

67 Fideiussio *est stricti iuris, & num. 68. de ratione & non extenditur de casu ad casum; & pro casu expresso stricte debet interpretari num. 69. & 70.*

71 *Fideiussio est optimum remedium ad multa, & num. 72. & 73.*

74 *Fideiussio nõ valet si obligatio principalis non valet.*

Quid si se obliget vt principalis? num. 75.

76 *Fideiussio catenus durat quatenus durat causa, pro qua fuit præstita.*

77 *Fideiussio in scriptis perpetuo durat oretenus per duos menses.*

78 *Fideiussio an extinguatur morte fideiussoris vel eius pro quo fideiussit?*

79 *Fideiussio præstita per Regnum an includat mare?*

80 *Fideiussio de se præsentando coram* Proregę & M. C. *an dicatur rupta si se præsentet coram iudice* M. R. C. *in tribunali? & num. 81.*

82 *Fideiussio præstita de detinendo carcerem pro carcere pro securitate carcerarii an sit rupta si exiit & reddit? & num. 83. cum seqq.*

86 *Fideiussor qui commode conueniri non potest vel non possidet bona in territorio sed in alio loco non dicitur idoneus & num. 87.*

88 *Fideiussor an possit duci in alieno territorio?*

89 *Fideiussor vnus si cesset an alius cesset?*

90 *Fideiussor de supra pluri in banchis semper est obligatus donec debita banci soluantur.*

Et non conuenitur nisi discussis fideiussoribus de summa certa nu. 91.

92 *Fideiussor qui promisit reum præsentare an teneatur si præsentet eum cũ guidatico?*

93 Fideiussor *pro parte datus infra mẽsem an sit liberatus si quis promisit infra annum & mensem dare fideiussores pro tota summa alias elapso termino contractus sit cassus si alij fideiussores infra dictum tempus non sint dati, si elapso dicto termino creditor & debitor declarent contentari de dicta fideiussione? & num. 94. & seq.*

98 *Vassallus alienans feudum priuatur feudo domino volente.*

99 *Fideiussor an dicatur proprie debitor? & num. 100.*

101 Fideiussor *dicitur licet cum alio obligatus si probet pecuniam ad alium peruenisse.*

102 Fideiussor *an possit agere antequam soluat?*

1 VIgesimus effectus est quia minor fideiubere non potest cum il-
2 le tantum possit fideiubere, qui liberam habet rerum suarum administrationem, & cõsequenter efficaciter obligari, & conueniri potest *l. qui satisd. ff. de fideiuss. Bonac. de Contract. p. 3. q. 9 punct.*

punct. 2 proposit. *Vnic num. 2. Pyrr. Maur. de fideiuss sect. 8. in princ. nu 2 & in* Cap. 3. *eiusdem sectionis nu. 6.*
3 & prohibitus alienare non potest fideiubere *Redoan. de reb. Eccl. non alien. quest. 2. cap 42.* sed minori libera suarum rerum dispositio nõ permictitur *l. 1. in fine cum similibus ff. de minor.* ergo minor fideiu-
4 bere non potest *l. ait prator §. non solum ff. de minor. l. de die §. 1. ff. qui satisd. cog. l. si* Titius *& Seia ff. de fid. l. 1. C. filia famil. min. bene Bero qu. famil.* 115. *num. 1.* Anton. Gomez *to. 2. Var.* Cap. 13. *num.* 19. *Sforz.* Odd. *de Rest. in integr. quest.* 54. Art. 2. Gratian *cap.* 513. *num. 1.* Mascard. *de probat. concl.* 1273. *num.* 50. *Simoncell. de* Decr. *lib. 2. tit. 6. Insp. 16. nu. 133. Mantic. de Tacit. & ambig.* Conuent. *tom. 2. lib. 16. tit. 4. num 1.* Farinac. *tom. 2. decis. Nouiss. dec.* 709. *num. 2. Henrig. de fideiuss.* Cap. 7. *nu.* 82. Pyrr. *Maur. in eodem tract sect.* 8. Cap. 13. *Allegati a Narb. de etat. ad omn. human. act. requis.* Anno 25. *quest.* 15. *num.* 2. Addo *Peregr. dec. 8. num. 1. Mut. consuet.* 21. *num. 6. & eand. Consuet. ibi* similiter hi qui
5 non sunt perfectæ ætatis, & omnes sub patria potestate consistẽtes si fideiusserint pro aliquo fideiussione ipsa pro nulla habita ex hoc nullatenus teneantur *Virgil. de legitim. person. adult.* Cap. 2. *nu.* 25. *Omnut de Contract. tract. 2. disp. 4. sect. 5. sub num. 75.* Ambros. *decis.* 14. *num.* 26. *Ricc. Collect.* 1880. qui
6 in terminis statuti loquitur, & distinguit plures casus. Primus quãdo in obligatione seu fideiussione facta a minore non est seruata solemnitas præscripta a statuto, & tunc inquit contractum, & obligationem esse nullam, non obstante iuramento, quando statutum vlterius progreditur annul-
7 lando instrumentum. Secundus quando statuti solemnitas fuit seruata, & agitur de restitutione in integrum ad effectum impediendi executionem cameralis obligationis, & tunc si oppositæ exceptiones requirunt altiorem indaginem, & tunc petitæ restitutioni non est locus ad effectum impediendi exequutionem came-
8 ralis obligationis. Tertius casus est quando fuit seruata solemnitas statuti, & quæritur in meritis de restitutione in integrum, & potest ille, qui se obligauit, & fideiussit habere regressum, & dicit quod seruata solemnitate, statutum tollit restitutionem in in-
9 tegrum. Quartus est casus quando fuit seruata solemnitas statuti, & agitur de meritis & non de exequutione, & non potest ille, qui se obligauit & fideiussit habere regressum.
10 Minor namque eo ipso quod pro alio intercedit ipso iure læsus dicitur & circumuentus eo ipso quod contrarium non probatur *Surd. de alim. tit. 6. quest. 9. nu. 95. Gratian. cap.* 108. *nu.* 49. vbi quod hæc læsio nõ est enormis & enormissime

sima & cap. 513. nu. 18. & nu. 19. quod dicitur donare, & male vti substantia sua *Blas. Michal. de posit cap. 71. nu. 12. & Decis. diu. 82. num. 42. post eum. Dexart. decis. 58. nu. 1. & 2. Fontanell. de pact.* Nupt. *Claus. 7. Gl. 2. p. 3. num. 21.* qui de marito fideiubente loquitur pro vt *Giurba infra Virgil. dicto nu. 25. Narb. supra nu. 3.* vbi ex Angelo dicit quod
11 fideiubens dicitur male vti substantia sua, inferens ex hoc cum Alexand. habentem mandatum
12 ad administrandum non censeri habere mandatum ad fideiuben-
13 dum, quia fideiubendi actus magis dissipatio est quam administratio *Velasc. de priuil. paup. p. p. q. 5. nu. 46. 47. Giurb. super Consuet. Messan. Cap. 9. Gl. 2. sub num. 15.* vbi ex
14 infinitis pæne doctoribus more solito dicit quod maritus, qui pro alio fideiubet substantia sua
15 rite non vtitur, & quod habens mandatum cum libera fideiubere non potest, & ibi etiã dicit quod
16 mulier habens a marito licentiam contrahendi fideiubere nõ potest
17 & quod contracto matrimonio latinorum more fideiussio facta a marito cedit pro sua bonorũ parte, non pro vxore & filijs idem eo citato dicit *Cost. conf. 66. nu. 47. Tesaur. Allegat. 3. nu. 113.* & eodem *Cap. 9. Gl. 11. sub nu. 1.* dicit *Giurb.* quod
18 & si fideiussionis actus sit pius, est tamen valde perniciosus, quia ex eo nisi damnum regulariter sequi potest, adeo vt fideiussor substantia sua male vti dicatur *Magon. dec. Rot. lucc. 9. nu. 12. Duran. dec. 18. nu. 7. to. 1. Paul. Rub. dec. 1. to. 1. nu. 9.*
19 vbi quod fideiussio est de sui natura læsiua; cũ fideiubere sit notorie male vti substantia sua, *Post. Resol. 90. nu. 26.* vbi fideiussio est actus de sui natura læsiuus Hinc
20 est quod si maritus fideiubeat vxor poterit constante matrimonio repetere dotem *Intrigl. singul. 270. lib. 1. ex Marant. Angel. & Alexandr. Carroc. singul. 183. Mut. Consuet. 80. sub nu. 20. Surd. cons. 114. nu. 15. lib. 1. Cott. in memoral. lit. F. Verbo*
21 *fideiussor* vbi intelligit de eo, qui solitus est intercedere pro magna summa *Mastrill. dec. 142. n. 8. in fine.*

Contrarium quod minor non dicatur læsus eo ipso quod fideiubet *Morot. conf. 87. num. 11.*

22 Ampliatur primo principalis conclusio procedere etiã si minor pro locuplete fideiubeat, vel ei dentur releuatores *Narb. dicta qu. 15. n. 4. & nu. 5.* dicit quod si mari-
23 tus fideiubeat, & sit minor, vel vxor sit minor, non solum ipsi, sed etiam vxori aduersus fideiussionẽ ex marito facta restitutio indulgetur, idẽ dicit *Giurb. d. Gl. 2. n. 16.*
24 Ampliatur secundo etiã quod fideiussio esset cũ iuramẽto *Sforz. de Rest. in integr. quæst. 14. Art. 2. Surd. conf. 46. Citati a Virgil. dicto nu. 25. Peregr. dec. 112. nu. 20.*
25 Contrariũ tenet *Narb. dicta q. 15. n. 14. Depont. conf. 6. n. 8. to. 1.* quia cum salus animæ, quę in iuramẽto versatur, cunctis sit rebus præ-
26 ponenda; necessario, qui præstito iuramento alienam obligationem in se suscipit, & si minor sit, omni

 spe

spe restitutionis seclusa obligatus
manebit *Auth. sacramenta puberum*
vbi DD. C. si adu. vend. Iason *in l. 1.*
n. 6. ff si quis in ius voc. non ier. Mausc.
de Caus exec. limit. 1 1. nu. 7 5. Bott.
super const. March. *Gl. 8. a nu. 1 46.*
Henrig. de fideiuss. dicto cap. 7. nu. 10 3.
Pyrr. Maur. in dicto tract. sect. 8. cap.
1 5 nu. 7. Ludouic. Morot. Cons. 37. lib.
1. Merend. *Contr. iur. lib. 1. cap. 49.*
Surd. a Virgil. allegatus cons. 4 6 nu. 9.
& 10. & cons. 87. nu. 1 3. Rot. apud
Zach. de obligat. Camerali *dec. 1 2 1. n.*
2. & dec. 1 3 4. nu. 1. Caren. Resolut.
200. nu. 11. Ludouis. decis. 1 20. a nu.
4. & decis. 406. sub nu. 1. vbi Addit.
lit. A. *Thesaur. q. forens. 5 0. lib. 4.* Bu-
ratt. decis. 27. nu. 1. & Addit. ad eum
litt. A.

27 Fallit tamen hoc quando mi-
nor fideiubens cū iuramento es-
set sopra modum læsus, aut totale
obligationis onus sofferret, quia
a restitutionis beneficio prætextu
iuramenti non excluderetur *Gut-*
ter. in Auth. sacramenta puberum nu.
92. cum seq C. si adu. vendit. & de iu-
ram. confirmat p. 3. Cap. 1 1. nu. 5. Fa-
rinac. to. 2. decis. Nouiss *dec. 7 0 9. An-*
not. ad Buratt. dec. 27. nu. 10. & Bu-
ratt. dec. 7 5. n. 6. dec. 116. nu. 3. Mau-
son. supra sub nu. 75. Castill. sot. ma to.
6. Cap. 168. §. Vnic. n. 37. Noguer. *al-*
legat. 37. n. 17. & seq. allegati a Narb.
28 *supra n. 1 3.* vbi n. 16. quomodo pro-
cedat *Peregr. dec. 8. Addit. ad Ludo-*
uis. decis. 406 *lit. A. De Xart. dec. 3 8.*
tot. Thes. q. forens. 60. n. 1 3. lib. 4. Lu-
douis. dec. 108. Surd. cons. 46. nu. 87.
cons. 114. *& cons. 376. n. 5. bene omni-*
no videndus Capyc. *latr. consult.* 45.
29 *nu. 1.* vbi etiā quanta debeat esse
læsio ad hoc vt minor aduersus
fideiussionem iuratā restituatur,
30 & quomodo probetur? quem ci-
tat *Buttil. de suc. ab intest. cap. 2. Theor.*
60. n. 7. in fine & Theor. 62. nu. 11.
de Renunc. succ. Cap. 2. De Xart. de-
cis. Sard. 38. per tot. Auend. de Metu
lib. 2. cap. 6. n. 99. Andriob. contr. 31.
tot. & 201. n. 1. vbi etiam quę læ-
31 sio sufficiat ad obtinendam hanc
32 restitutionem, & quod ad illā ob-
tinendam requiritur absolutio a
iuramento, idē *Andr. n. 11. & Contr.*
33 *239. n. 83.* & requiritur etiam læ-
sionis probatio, veluti non posse
indemnē seruari a principali, aut
fideiussionem absorbere & occu-
pare omnia bona *Farinac. dec. Rot.*
Ro. *709. n. 3. p. 2. to. 2. Ludouis. decis.*
34 *406. n. 16.* & quod tempus inspici
debet ad considerandā læsionem
& defectū releuationis illius qui
fideiussit *Post. resol. 89. nu. 67. 68.*
vbi quod attenditur tēpus con-
tractæ obligationis, seu magis æ-
qua opinio est quod attendatur
tēpus solutionis: *Medic. vero exa-*
minat. 15. n. 3 5. dicit quod minori-
35 bus pro alijs fideiubētibus datur
tamquam læsis restitutio in inte-
grum absque vlla læsionis vel dā-
ni incursi probatione.

36 Sed nō succurritur minori ad-
uersus hanc fideiussionem siue
pro patre, siue ad fauorē alterius,
quotiescunque principali succes-
sit & hereditatem adiuit non ob-
stante inuentario, quia conueni-
tur quatenus est in hæreditate
Thes. quest. for. 60. nu. 4. lib. 4.

Et

Et hæc restitutio quæ competit minori fideiubenti non prodest reo principali pro quo fideiussit *l. minor & l. vlti. ff. de min. Boccac super Const. March. Gl. 8. sub num. 198.*

Sed quid si iuramentum in cõtractu fideiussionis fuit præstitũ die feriata? *Surd. cons.* 87. *num.* 14. *quem citat Font.Claus.*4. *Gl.* 10.*p.p. de pact. Nupt.* dicit nihil obstare. Sed tu dic contrarium stante cõsuetudine notariorum de qua *eff.* 1 *nu* 45 1. *& in addit. ad dictum nu.*

37 Sed An maior qui simul cum minore fideiussit minore restituto teneatur in solidum an pro dimidia *Thes. quæst. For. lib.* 4. *quæst.* 61. mouet hanc quæstionem, & inquit quod Papinianus distin-

38 guit duos casus, Primus quando simul in vno & eodem contractu sunt ambo fideiussores obligati, & nihil resoluit; Secundus quan-

39 do ex interuallo vnus post alium pro eodem creditore fideiussit, & determinat primum fideiussorem pro debito toto obligatũ rema-

40 nere, & merito quia is qui primo fideiussit, si est maior totam in se suscipit obligationem sine spe diuisionis cum non habeat in obli-

41 gatione socium, sed si est minor restitutione postulata relinquit onus obligationis secundo fideiussori, quia ad id fortasse adhi-

42 bitus est vt ius creditoris imbecillum ob obiectam minoris fideiussionem confirmaret, priori

43 vero casu inquit maiorem fideiubentem restituto minore habere beneficium diuisionis quod non procedere inquit, si cum iuramẽto renunciauit beneficio diuisionis, & omni alio iuris auxilio.

44 Fallit principalis cõclusio primo quando minor in rem suam, vel pro suo procuratore fideiuberet *l. de die §.* 1. *ff. qui satisd. cog. Balthass. Thomas. tr.* 8. *tit.* 19. *de Tu. num.* 3537. *Surd. cons.* 114. *num.* 4. *Roman. in singul. Verbo Minor Specul. in Titul. de defens. Ciuit. vers. sed pone fideiussor. Carroc. de Excuss. bonor. p.* 2. *num.* 34. *&* 35. *Pyrr. Maur. loco citato num.* 8. *&* 9. *Narb. supra num.* 7. *Sforz. dicta quæst.* 36. *num.* 31. *scripsi effect.* 1. *vers. vel quando se obligasset.*

45 Fallit secundo quando fideiuberet pro patre in vinculis, aut captiuitate detento, cum ad id si decimum octauum annum excedat pœna exhæredationis constringatur *Auth. si captiui C. de Episc. & Cleric. Sforz. dicta quæst.* 54. *Art.* 4. *num.* 19. *Gomez. dicto Cap.* 13. *Var. num.* 19. *Maur. de Rest. Cap.* 207. *nu.* 3. *Leonard. Less. de Iust. lib.* 2. *Cap.* 18 *Dubit.* 2. *num.* 18. *Narb. dicta quæst.* 15. *num.* 8. *Capyc. latr. dicta consult.* 45. *num.* 45. *to.* 1. *Thes. quæst. for.* 60. *num.* 11 *lib.* 4. *Farinac. dec. Rot. Rom.* 318. *num.* 10. *p.* 2. *to.* 1. *& decis.* 285. *num.* 8. *eadem p.* 2. *tom.* 1. *& dec.* 274. *sub num.* 2. *p. p. to.* 2. *Andr. contr.* 201. *num.* 18. *& vide eundem Farinac. dec.* 153 *num.* 10. *&* 18. *p. p. tom.* 1. vbi

46 quod licet pietas erga patrem deseruiat

seruiat pro legitima causa, nihilominus requiruntur solemnitates de iure requisitæ *& dec.* 177. *a nu.* 4. *p. p. tom.* 1. Noguer, *dicta* Alleg. 34. *nu.* 7. 28. *&* 29.

47 Filius namque pro excarceratione patris fideiubendo dicitur officium pietatis exercere, & dicitur fideiubere in casu quo quilibet diligens homo fideiussisset *Ludouis. dec.* 120. *num.* 11. *&* 13.

48 Vnde infert quod regulariter nō restituitur aduersus dictam fideiussionem *a nu.* 27. dicit quod petita ab eo restitutio non impedit

49 executionem cameralis obligationis, quia requirit altiorem indaginem *Farinac.* qui etiam de restitutione loquitur *dec.* 218. *num.* 10. *p.* 2 *tom.* 1 *& dicta dec.* 177. *num.* 5. *Annot. ad Buratt. decis.* 75 *nu.* 27.

50 Amplia primo supradictam limitationem si pro eo debito fideiubeat pro quo in patris persona facienda esset exequutio, & ad carcerationem deueniendum esset

51 cum rectius sit principijs obstare, quam post vulneratam causam remedium quærere *l. fin. C. in quib. Casibus integr. restit. non est necessaria*, *l.* 1. *C. vbi* *reniluiq. lec. fin.* Iudic. Conuer. Inst. de suspect. tut. num. 82. *Narb. supra num.* 9.

52 Amplia secundo vt pubes possit etiam pro patre fideiubere cū illum in iudicio defendit *Gl. &* Iason. in *l. exigendi C. de proc. per illum text. Sforz. dicto* Art. 4. *num.* 21.

53 Supradicta intelligas si minor in bonis habuerit quantum fideiussioni sufficiat, quia si inops sit nec necessaria possideat nullā fideiubendi etiam pro patre carcerato obligationem habet *Capyc. Galeot. tom.* 2. *Contr.* 14. *num.* 49. *Noguer dicta alleg.* 34. *nu.* 31. *Auth. vt cum de appellat. cognoscitur §. causas.*

54 Intelligas secundo nisi fideiubendo pro patre carcerato enormissime lædatur, quia tunc nec naturali nec ciuili ratione compellitur ad fideiubendum pro patre *Ludouis. dec.* 120. *num.* 14. *& seq. Farinac. dec.* 198. *tom.* 2. *in posth.* Gratian. *Cap.* 532. *num.* 29. 30. *& seq.* Narb. *dicta quæst.* 15. *num.* 11. 12. *& seq.*

55 Fallit tertio vbi minor pro maiore se gessit, quia tunc fideiussio sicut quilibet alius contractus valebit *l.* 7. *& toto titul. C. si min. se*

56 *maior. dix.* iura namque deceptis non decipientibus subueniunt *l. si quis vxori § seruus ff. de furt.* quod

57 procedit si ex parte contrahentis cum minore probabilis ignorantia, non supina & Crassa adfuerit *Pyrr. Maur. loco citato num.* 6. *&* Narb. *dicta quæst.* 15. *num.* 17.

58 Fallit quarto stante iuramento *Noguer alleg.* 34. *num.* 3. *Gratian. cap.* 233. *num.* 28. *Sud. cons.* 87. *num.* 13. *&* 114. *nu.* 74. *Farin. dec. Rot. Rom.* 500. *num.* 1. *p.* 2. *to.* 1. *Balthass. Thomass. tr.* 6. *de* Tut. *tit.* 19. *a num.* 374. *scripsi supra num.* 24. *& effect.* 1. *&* 3. pro, vt dicimus in filio familias fide-

59 fideiubente quod licet ſtante cō-
ſuet. a 1. ſua obligatio non valeat,
tamen firmatur iuramento, vt ad-
uertit *Amat. Reſol. 100. num. 24.*
& Caſtill in addit. ad dec. 63. verſ.
& in filijs familias ſed in minori-
60 bus aliter dicendum eſt vt eius
fideiuſſio non firmetur iuramen-
to vt aduertit *Caſtill. ſupra & vi-
de quæ ſcripſi ſupra de reſtitutione in
integrum.*
61 Fallit quinto quando fideiubet
cum ſolemnitatibus ſtatuti, quia
tenetur adimplere *Rot. deciſ. 245.
p. 2. Cyriac. Contr. 216. num. 8.*
62 Fallit ſexto in fideiuſſione fa-
cta pro dote mulieris *Gabr. conſ.
20. num 8. & ſeq. lib. 2. Benmt. dec.
bon. 61. num. 5. Barz dec. 74. num. 8.
& vide in effect. de dot.*
63 Fallit ſeptimo quando adultus
qui fideiubet non habet curato-
rem *l. 3. C. de in integr. reſt. l. 1. C. de
fideiuſ. min. Farinac dec. 163. num. 1.
lib. 1. in poſth & dec. 500. ſub num. 1.
p. 2. tom. 1. Narb. ſupra num 3. & 4.*
64 ſed reſtituitur ſi læditur vt ibi.
65 Et ſcias quod Fideiuſsio non
præſumitur, cum fideiubere ſit
dilapidare, vt ſcripſi ſupra vnde
66 fundans ſe in fideiuſsione illam
probare debet *Couar. var. reſol. lib.
3. cap. 2. num. 6. Magon. dec. Rot. luc.
9. num. 12.*
67 Et ſtricti Iuris eſt *Surd. conſ. 46.
num. 6. & conſ. 114. num. 16. Coſt. ficul.
conſ. 73. num. 20. Gratian cap. 3. nu.
27. 28. Giurb. deciſ. 88. num. 8. &
conſ. 35. num. 26.* Ratio eſt quia per
68 ſtipulationem fit *l. blanditus C. de
fideiuſſ. l. ſtipulationum aliæ §. ſatis
acceptio ff de verb. oblig. Surd. in dictis
locis Tuſc. litera F. concl. 291. num. 1.
& ſeq. Morot. conſ. 49. num. 7. Car-
tar. dec. Gen. 51. num. 20. Cott in me-
moral. lit. F. Coſt in rub. de verb. obli-
gat. num. 37. Intrigl. ſingul. 97. num.
101. lib. 3. Coſt. ficul. conſ. 20. num.
4. & 5.* pænes quos limitationes.
69 Et ideo non extenditur de ca-
ſu ad caſum *Molfeſ. ſuper Conſuet.
p. p. quæſt. 16. num 29. Hond. conſ. 111.
lib. 1. Maſtrill. deciſ 82. num. 12. & 13.
Coſt. ficul. conſ. 73. num. 30.* vbi non
70 ſolum non extenditur, verum e-
tiam pro caſu expreſſo ſtricte de-
bet interpretari vt minus obliget
*Deciſ ſenat. dol. 6. in fine Nouar. quæſt.
Forenſ. 77. ſub num. 7. lib. 2. Ma-
ſtrill deciſ. 126. num. 18. Gratian.
ſupra.*
71 Et eſt optimum remedium ad
euitandas dilationes ſolutionis,
& in diuerſis eſt oportunum re-
medium, de quibus per *Sp. Te-
ſtat. allegat. 23. num. 28.* vbi ponit
72 exemplum in ſeruo relicto libero,
ſi prius reddiderit rationes, quæ
ſi ſunt dubiæ, & intricatæ poteſt
prouideri cum fideiuſsione, vnde
laudauit prouiſionem cuiuſdam
73 iudicis M. R. C. qui mandauit re-
ſtitui bona, ſtante prouiſione
remedij gratioſi ſoluto debito,
& intereſſe præſtita fideiuſsione.
74 Et non valet ſi obligatio prin-
cipalis non valet *Coſt. in Rub. de
Verb. oblignt. ſub num. 170. Sforz. Odd.
conſ.*

conf.41. Peres de Lar. in compend. vit. hom. cap. 22. num. 24. 26. Crot. conf. 195. in 2. Bim. conf. 48. num. 10. lib. 1. & conf. 61. nu. 13. Bald. in l. si prædium C. de Iur. dot. Ludouif. decif. 560 Caphal conf. 317. Mangil. de Euict. qu. 174. Pasq. de pat. pot. p. p. cap. 6. num. 25. Marefc. lib. 2. var. cap. 65. Molin. de Rit. Nupt. compar. 19. num. 12. Rot. post Cenc. decif. 138. nu. 4. Surd. conf. 4. & 533. vide Pyrr. Maur. de fideiuss. sect. 8. cap. 14. Ricc. coll. 181. Balthass. Thomas. de Tui. tr. 5. tit. 19. num. 566.

75 Quid si se obliget vt principalis? vide *Ludouif. dec. 564. Sforz.* Odd. Conf. 41. *Guid. Papa dec. 570. Boer. dec. 314. num. 5. p. 2. Ruin. conf. 140. num. 8. lib. 1. Gl. in Auth. de fideiuss. in princ. Bart. in l. eundem col. 2. vers. in dubio de duob. reis & vide Ronchell. ibi num. 41. Riminald. conf. 48. num. 10. lib. 1. conf. 69. num. 13. eodem.*

76 Eatenus durat quatenus durat causa, pro qua fuit præstita *Castill. decif. 150. num. 5. & 237. num. 25. Intrigl. conf. 2. num. 91.*

77 In scriptis perpetuo durat sed oretenus infra duos mẽses *Giurb. Obs. 99. num. 5. & vide Vergil. de legit. pers. cap. 30. num. 14.* quod si aliquis promisit alium presentare, ad omne creditoris mandatum sine scriptura non tenetur semper presentare sed elapsis duobus mẽsibus amplius non tenetur.

78 An extinguatur morte ipsius vel eius pro quo fideiussit *Me-dic. mors omnia soluit conclus. 45. num. 124. Noal. de Transm. caf. 27. & 28. a num. 42. Decian. conf. 29. num. 66. vol. 2. & conf. 72. num. 2. eodem.*

79 Præstita per regnum an includat mare *Suar. Allegat. 17. Afflict. in Conft. si damna clandestina nu. 9.*

80 De præsentando coram prorege, & M. R. C. præstita coram Capitaneo armorum, An dicatur rupta si accedens reperiat M. C. recessisse, & coram iudice M. C. intriduo, qui non habet potestatem reformetur? potest dici quod non, quia credidit iudicem habere potestatem, per tradita per *Felin. in c. super his nu. 8. de fide Instr. Lup. in c. per vestras §. 2. num. 13. in fine de donat. inter vir. & vxor.*

81 datur enim iusta causa credendi, quæ excludit dolum & contemptum, & vide *Bart. & alij in l. & si post tres ff. si quis Caut. Gl. & Ias. in l. 1. § fin. ff si quis ius dic. non obtẽp. Ias. in l. si quis id quod num. 7. & 8. ff de Iur. omn. iudic.* Sed hæc difficultas non procedit stante actu qui fit a prorege.

82 Præstita de detinendo carcerẽ pro carcere pro securitate carcerarij, An sit rupta si carceratus exijt & reddit? videtur quod non quia causa finalis huius fideiussionis est interesse carcerarij, & eo cessante ob redditum pena peti non potest *Anchar. conf. 41. num. 43.* quem corrupte citat *Diomed. Mericond. inter. Conf. Gram. 66. num. 80. in Ciuil.* In contrarium dicitur

citur quod in ijs fideiussionibus
attenditur contemptus iudicis,
83 & pæna venit applicanda fisco,
quo casu non admictitur purga-
tio moræ *Alberic. in l. & si post tres*
nu. 13. ff. si quis Caut. secundo stan-
84 te iuramento non attenditur in-
teresse *Gram. dec. 95. num. 6. Decis.*
Pedamon. 51. Bonacoss. in prax. Crim.
§. fideiussor in indiuiduo Gram. cons.
93. in Ciuil. qui decidit punctum
85 in eo, qui recessit a loco assigna-
to, & reddit; & vltra eum quod
ratione iuramenti pæna peti pos-
sit etiam si non intersit est decisio
Anchar. cons. 148. vide Farinac. in
Fragm. fol. 433. num. 273.
86 Scias etiam quod fideiussor nõ
dicitur idoneus, quando com-
mode conueniri non potest *Me-*
noch. cons. 2. num. 212. vide Bursat. ad
materiam cons. 103. num. 23. lib. 1.
87 Et ille qui possidet bona in alie-
no territorio, & sic in alio loco
iudicij, & contractus, nec etiam
dicitur idoneus *Pyrr. Maur. de fi-*
deiussor. titul. 1. sect. 7. cap. 7. sub num.
2. vide Bart. in l. fin. C. de præp. agent.
in reb. lib. 12. nu. 1. & Girond. de pri-
uileg. num. 915. vbi. An possit dari
88 in alieno territorio.
89 Et cessante vno ex fideiussori-
bus cessat alius *Castill. decis. 80.*
num. 56.
90 De supra pluri in banchis sem-
per est obligatus donec debita
banci soluantur *Mut. super pragm.*
de Bancher. tit. 73. num. 45. & non
91 conuenitur nisi discussis fideius-
soribus de summa certa *Hercul. de*
negat. num. 223. DD. in l. 2. C. de har.
Inst. Caphal. cons. 124. num. 7. lib. 1.
Cepoll. in l. potest de verb. signific.
92 Qui promisit reum præsentare
an teneatur si præsentet eum cum
guidatico? potest terminari ex
tex. *in l. 2. §. fin. ff. si quis Caut. &*
l. si quis eum ff. eodem & faciunt tra-
dita a *Bartol. & DD. in l. 1. ff. si quis*
in ius voc. non ier.
93 Fideiussor pro parte datus in-
fra mensem an sit liberatus si quis
promisit infra annum, & mensem
dare fideiussores pro tota summa
alias elapso termino contractus
sit cassus si alij fideiussores infra
dictum tempus non sint dati, si
deinde elapso termino creditor
cum debitore declarant non ob-
stante lapsu termini contentari de
dicta fidesione? & videtur quod
sic per tex. *in l. fin. de pact. & ibi DD.*
94 vbi semel quæsita exceptio fide-
iussori ex persona debitoris non
potest per debitorem tolli; & vi-
de *Socc. cons. 41. lib. 4. Becc. cons. 45.*
col. pen. Roland. cons. 69. lib. 4. Sed in
95 contrarium facit quod licet pa-
ctum velit quod elapso termino
contractus sit nullus tamen ope-
ratur quatenus ita vellet creditor
in cuius fauorem fuit factum pa-
ctum, in tantum quod eo nolen-
te vti pacto contractus est validus
in specie *Anchar. cons. 147. & seq.*
Tiraq. de ll. connub. Gl. 8. nu. 93. 95.
96. & perinde est ac si fuisset di-
96 ctum quod contractus sit nullus,
cre-

creditore volente, facit decisio *Ioan. de Monte Sperell. relata per Socc. dicto consf. 91. lib. 4. num. 7. & 8.* Nec
97 principalis debitor dicitur obligatus ex nouo contractu, sed remanet antiqua obligatio, pro vt in simili si vassallus alienat feu-
98 dum, quo casu ipso iure priuatur feudo, quia tamen id intelligitur si dominus velit, si Dominus remictit feudum remanet antiquum pro vt erat & non nouum *Tiraquell. in l. si vnquam vers. reuertatur num. 12. cum seq. C. de reuoc. don. vide Bart. in dicta l fin. ff. de pact.*
99 An dicatur proprie debitor *Bolognett. in l. 1. ff. si cert. pet. num. 46.* ita distinguit Aut fideiussor renunciat Auth. præsenti & se obligat vt principalis, & vt principalis conuenitur, & tunc proprie debitor dicitur: si vero non renunciauit, nec se obligauit vt principalis, & tunc proprie debitor non dicitur, & *nu. 47. quærit Bolognett.*
100 An statutum loquens de debitore comprahendat fideiussorem?
101 Et an possit fideiussor agere antequam soluat *vide Virgil. de leg. pers. cap. 19. per tot. vbi etiam multa.*
102 Aduerte vltimo quod fideiussor dicitur, licet sic cum alio obligatus, si probat pecuniam ad alium peruenisse *Gabr. de fideiuss. concl. 1. Rimivald. cons. 414. nu. 17. & seq. Sforz. conf. 51. num. 21. Bonior. cons. 31. num. 29. Inter. consil. sicul. Virgil. de leg. pers. cap. 25. num. 14. Amat. Resol. 37. num. 31.*

EFFECTVS VIGESIMVS PRIMVS

SVMMARIVM.

1 *Minor viginti annis non potest libertatem seruo dare sine iudicis decreto.*

Amplia vt non possit manumittere in tempus quo ipse futurus est maior num. 2.

Limita a num. 4.

3 *Pupillus qui infans non est apud consilium tutore authore manumittere potest.*

4 *Minor in vltimis voluntatibus si masculus in decimo quarto, si famina in duodecimo potest dare libertatem seruo & num. 5.*

6 *Minor viginti annis inter viuos concurrente causa potest manumittere.*

Limita num. 11.

7 *Donatio remuneratoria potest fieri a domino seruo propter beneficia quæ in eum contulit & num. 8.*

9 *Maritus potest donare vxori propter seruitia sibi ab ea præstita præter affectionem coniugalem.*

10 *Prohibitus donare potest ex causa remunerationis donare.*

12 *Minor potest ius pignoris remittere alienum seruum manu mittenti.*

13 *Libertas semel seruo data reuocari non*

non potest, & num. 19.

14 *Dominus an cogatur manumittere seruum si agnouit legatum cum onere illum manumittendi?*

15 *Libertas relicta sub conditione non reuocatur propter conditionem non adimpletam, sed agitur ad obseruantiã conditionis.*

Quid si esset relicta sub coditione resolutiua aut sub modo? num. 16.

17 *Libertas in testamento relicta testamento rescisso non rescinditur.*

18 *Libertas est res inæstimabilis.*

20 *Minor & Ecclesia regulariter non restituuntur aduersus libertatem.*

21 *Libertas intelligitur data seruo si in precibus principi oblatis appelletur filius.*

Idem si dominus vocat seruum liberum num. 22.

Et quando præsumatur data a domino? ibidem.

Et quando dicatur relicta seruo cõmuni? num. 23.

Et de libertate relicta seruo si videbitur num. 24.

25 *Libertas an legari possit seruo alieno?*

26 *Libertas data per Epistolam quot testibus probetur.*

27 *Libertas potest coram duobus testibus probari.*

28 *Libertas potest dari absenti.*

Et ventri eam directo quam per fideicommissum num. 29.

30 *Libertas relicta posthumo si plures nascuntur omnes sunt liberi.*

31 *Libertas non potest dari seruo a domino post mortem, nisi rogando hæredem quod manumittat.*

32 *Liberi an dicantur quibus relicta est libertas sub conditione vel ad tempus.*

Et quomodo appellentur? & an nati ex eis dicantur liberi? a n. 33. cum seq.

38 *Seruus an possit præscribere libertatem?*

In dubio pro libertate est iudicandum sub num. 38.

Seruus datus pro noxa oblato pretio potest se redimere sub nu. 33

Seruus prætextu libertatis an possit offerre pretium domino & libertatem consequi ibidem.

Seruus manumissus an possit esse testis contra dominum manumittentem ibidem.

Seruus liber effectus non tenetur de contractu in seruitute inito sicut e contra obligatio orta in libertate perit per transitum ad seruitutem ibidem, & multa de libertate vsque ad num. 56.

39 *Christianus pretio redemptus an sit in seruitute redimentis?*

Cognitio huius causæ an sit fori Ecclesiastici, vel sæcularis iudicij? num. 57.

Et an ad forum & iurisdictionem Sancti Officii pertineat? nu. 58.

59 *Capti a piratis liberi manent, nec iure fiunt capientium serui.*

60 *Redemptus a piratis non debet esse pignori redimenti eum vbi de ratione. In causam tamen pignoris detineri potest donec soluat pretium, sed*

 ipsa

ipso defensio eum in seruitutem non detrudit num. 60.

Sed redemptus omnino obligatur aut datum pro se pretium redemptori si potest statim restituere aut idoneo praestare cauere aut si id velit redemptor laboris obsequio vicem referre incolumi tamen ipsius libertate, & iure postliminij num. 61.

62 Capti in bello iustissimo inter christianos non fiunt captiuorum sed solum soluitur pretium & vide num. 63.

64 Christiani capti a Turcis vel saracenis non fiunt serui.

1 Vigesimus primus effectus est quia minor viginti annis non potest libertatem seruo dare sine iudicis decreto, quemadmodum sine eo non potest immobilia alienare Paul. de Castr. in l. si minor num. 3. ff. de leg. 1. est optimus verborum contextus in l. etiam §. ex praeterito ff. de man. vind. in l. quos retrahi C. si adu. libert. & in l. vlt. ff. de Curat. furios. per quem textum id scripsit Natal. Elegl. ff. lib. 18. p. 2. cap. 6. regula exceptio 32. quem citat Simoncell. de decret. lib. 2. titul. 6. Inspect. 3. num. 118. Redoan. de reb. Eccl. non alien. quaest. 2. cap. 38. num. ... vbi ex l. fin. C. de reb. alien. non alien. dicit quod manumittere est alienare, vnde inquit quod seruus Ecclesiae non potest manumitti nisi in certis casibus DD. in §. eadem l. Aelia sentia Inst. quib. ex caus. man. non licet Menoch. cons. 819. num. 6. Elgio. Dauell. in l. si minor. ff. de verb. obligat. vbi si quis stipuletur a minore ipso seruum manumitti, stipulatio nullius est momenti cum sit contra legem secus econtra si minor ab alio stipuletur seruum manumitti videndus Narbon. de aetat. ad omn. human. act. requis. l. num. 20. quaest. super tot. Onnat. de contr. tract. 2. disp. 4. sect. 3. sub num. 33.

2 Quam conclusionem amplia vt non possit minor manumittere in tempus quo ipse est futurus maior Per. de Lar. in compend. vit. bonum. cap. 4. num. 35.

3 Sed pupillus, qui infans non est apud consilium tutore authore manumittere potest Narb. Ann. 7. q. 16. num. 2.

4 Limita conclusionem procedere inter viuos, non in vltimis voluntatibus, quia masculus in decimo quarto, & femina in duodecimo, & sic in etate, in qua possunt condere testamentum, possunt in testamento seruo libertatem dare Auth. sed hodie C. qui manum. non poss. vbi dicitur sed hodie

5 ex quo testari possunt & libertates possunt relinquere antiqua lege cessante Narb. dict. quaest. 7.

6 Limita secundo procedere sine causa quia cum causa potest minor viginti annis manumittere DD. in dicto §. eadem l. vbi scripsit Montan. de Tutel. Cap. 30. num. 18. & ideo Menoch. cons. 1003. sub num. 14. ... rescriptum reliquit quod

7 quod & si seruus ad omnia erga dominum teneatur nihilominus si insigne aliquod in eum contulit beneficium, dignus est donatione remuneratoria *l. etiam §. ex praeterito ff. de man. vindict.* quo loci inquit Paulum respondisse dominum aetate minorem, qui alias alienare nihil potest, sine decreto

8 manumittere potest seruũ, a quo fuit ab insidijs liberatus, in praelio adiutus, sanitate donatus, quod responsum inquit *Menoch.* vt singulare cõmendant *Barbat. in Rub. ext. de Donat. Tiraq. in l. si vnquam Verbo donatione largitus num.* 19. *C. de reuoc. donat.* & sententiam hanc dicit *Menoch.* esse comprobatam in *l. iusta causa ff. de man. vind. l. qui ob nec. ff. qui sin. man. ad liber. peru. & l. 1. C. quib. ex Caus. seru. pro praem. lib.* 10 pro vt de meritis vxoris erga maritum respondit *Vlp. in l. quod autem §. si vir & vxor. ff. de Donat. inter. vir. & vxor & scribunt Bald. in l. si voluntate C. de dot. promiss. Roman. cons.* 445. *num.* 8. *Ioan. de Anan. in c. cum Ecclesia num.* 7. *de Si-*

9 *mon.* qui dixerunt virum donare posse vxori ob seruitia sibi praestita praeter affectionem coniugalẽ, sic & *Socc. sen. cons.* 84. *num.* 13. *lib.* 3. *Dec. cons.* 262. *num.* 4. *in fine & cons.* 232. *num.* 3. 10. *Lup. ext. in Rub. de Donat. int. vir. & vx. §.* 52. *num.* 8. *Paris. cons.* 90. *num.* 13. *lib.* 3. *Tiraq. in dicta l. si vnquam verbo donatione largitus num.* 106. *Menoch. dicto cons.* 1003. *sub num.* 73. & vide eundem *a num.* 51. vbi de nonnullis

10 prohibitis donare, qui tamen donare possunt causa remunerationis vide quae scripsi *eff.* 15. *nu.* 47. & confirmatur quod dicit *Menoch. ex c. si quos de seruis* 12. *q.* 2. vbi seruos bene meritos Ecclesiae potest praelatus manumittere quem citat *Pellic. Jll. qq. qu.* 41. *cap.* 22. *vers. secundo aduertendum est Redoan. de reb. Eccl. non alien. quaest.* 9. *a num.* 8. vbi etiam qui dicantur serui benemeriti.

11 Sublimitã nisi seruus fuerit donatus ea lege, vt manumitteretur, quia tunc minor viginti annis non tenetur probare causam manumissionis *l. in causam ff. non idem ff. de manum. Arias de Mes. Var. Resol. lib.* 3. *Cap.* 26 *num.* 21. *& seq.*

12 Et licet minor non possit proprium seruum sine certa solemnitate manumittere, potest nihilominus ius pignoris remittere, alienum seruũ manumittenti *Marcell. Marcian. consil.* 12. *num.* 2. *tom.* 2. *Narb. de atat. ad omn. hum. act. requis. Anno* 20. *quaest.* 7. *num.* 3. *&* 12. *scripsi supra.*

13 Et aduerte quod libertas semel data reuocari non potest *§. semel Inst. quib. ex caus. manum. non lic.* vbi semel causa approbata siue vera sit siue falsa, i. iniusta non retractatur *l. quidam §. si quis filium ff. ad Trebell. l. metum §. idem Pomponius ff. quod met. caus. l. si ex causa §. si aduersus ff. de minor. l. sicut semel C. de liber. caus. l. eleganter in principio ff. de*

ff. de dol. Fabr. in Iuris prud. titul. 3. princ. 2. in lat. 3. Cald. ad l. si curatorem Verbo lasis num. 168. vbi bene declarat verbum illud falsa *Verlesq. de priuileg. pauper. p. p. quæst. 42. num. 4. Auendan. de Mot. lib. 3. Cap. 34. num. 49. & seq. Grinell. decis. senat. Dolan. 138. num. 3. Barbos. in l. & si minor num. 3. C. si adu. libert. Marb. de et. admon. ... requis. num. 2. 5. quæst. 7. num. 3.* vbi in
14 Amplia non solum in contractibus sed etiam in iudicijs quia in eis quasi contrahitur *Fontanell. decis. 276. num. 19. Carp. de execut. lib. 1. Cap. 8. sub num. 7.*

15 Sed hoc limitat *Font. supra num. 20.* quando minor haberet curatorem quia tunc non repræsentat eum maiorem in iudicio sed huic limitationi obstant DD. dicentes quod minor habens curatorem, & sine eo contrahens cum iuramento contractus iuramento firmatur.

16 Sed quod iuramentum nõ repræsentat minorem maiorem in iudicio *Narb. de at. ad omn. human. act. requis. Ann. 25. quæst. 37. sub n. 8.*

17 Ad num. 341. si contractus a prodigo celebratus firmetur iuramento vide *Onuat. de Contr. disp. 4. sect. 6. de caus. effic. num. 93. Gutter. de iuram. confirm p p cap. 37. num. 6. Tusc. Verbo prodigus Concl. 868. Bald. in c. ex parte vestra num. 3. de consuet. & in c. cum contingat num. 3. de Iur Iur. Borell in sum. decis. titul de Iuram. num. 169. 170.* qui videns quæstionem brocardicam noluit illam determinare sed alibi discutiendum dixit. *Dia. p. 8. tr. 8. misc. Resol. 21.*

18 Ad num. 344. quod si minor habeat curatorem, & contrahat sine eius auctoritate sed cum iuramento quod contractus non sit nullus propter solemnitatem nõ adhibitam sed firmatur iuramento Adde *Auend de Mat lib. 2. Cap. 28. num. 42. Narb. de atat. ad omn. hum act. requ. ann. 14. q. 8. num. 11. Rouit. cons. 13. num. 18. & 19. lib. 2.* vbi replicauit eandem conclusionem quam firmauerat prag. 1. de minor, addendo alios quam plures DD. qui vniti cum alijs a me adductis in dicto num. 344. & in addit. sunt sexaginta, & sic meo iudicio non est amplius de hac quæstione disputandum, cum hæc opinio sit melioribus fulcita rationibus & sit magis communis.

19 Ad num. 346. quod statutum annullans simpliciter contractũ non comprehendit contractum iuramento firmatum Ad de *Mart. de Jurisd. p. 4. Cent. 1. Cas. 72. nu. 30.*

20 Ad num. 351. quod princeps non possit statuere super iuramẽto Adde *Mart. de Jurisd. p. 4. Cent. 1. Cas. 72. nu. 9.*

21 Ad num. 355. statutum annullans iuramentum si est confirmatum a Papa valet *Duran. dec. 18. num. 2.* & dicitur Papale *Mastrill. decis. 140. nu. 11. & 12.*

Ad num. 363. de Senat. consult. Velleian. vide omnino *Nouar. de priu miser. pers. priuil. 113.*

22 Ad num. 365. quod impubes doli capax ligatur iuramento ac si esset pubes *Grattan. Cap. 470. num. 39.*

Ad num. 370. proximus infantiæ, & proximus pubertati quis dicatur vide *Antonell. de Tẽp. legal. lib. 2. de Ann. Cap. 1.*

Ad

23 Ad nu.398. quod iuramentum in forma ampla præstitum soleat sanare plures defectus *Ciarl. Cap. 122. nu. 8. & vide Cap. 126. nu. 6.*

24 Ad nu. 415. quod iuramentum supplet defectũ insinuationis *Menoch. cons. 1. nu. 337. & Addit. ad eum num. 142.*

25 Intellige quando expresse renunciauit insinuationi adhibito iuramento *Menoch. cons. 451. num. 28. & cons. 465. num. 16. Addit. ad Menoch. cons. 1. nu. 144.*

Ad num. 425. quod iuri quod quis ignorat non videtur renunciare Adde *Ruding. Var. lect. Jur. feud. lib. 1. Cap. 88. sub num. 4.* vbi quod ignorantis nulla est voluntas & nemo iuri suo quod ignorat renũciare videtur & proinde dominus recipiens seruitia a vassallo non censetur remittere caducitatem si ignoret culpam ab eo commissam *Ruding supra. scripsi de Citat. to. 1. quæst. 45. nu. 71. & in addit.*

26 Ad nu. 426. quod iuramentum interpositum ab errante nihil operatur *Surd. cons. 57. num. 15.* vbi quod iuramentum non supplet facti ignorantiam vel errorem sed potest error eo non obstante allegari.

27 Ad nu. 444. Iuramentum diebus festiuis interpositum an valeat? *Gait. de Cred. Cap. 2. Titul. 7. q. 5. num. 2177. Scac. de Iudic. Caus. Ciu lib. 2. cap. 5. nu. 108.*

Ad nu. 456. quæ possunt fieri diebus festiuis Adde *Antonell. de Temp. legal. lib. 4. de dieb. & hor. cap. 9. per tot.*

28 Ad num. 459. quod pars possit remittere iuramentum *Surd. cons. 424. num. 2.* sed non in præiudicium tertij *num. 6. Addit. ad Menoch. cons. 24. num. 43.*

29 Ad num. 460. quod pars non possit periuriũ incursum remittere *Surd. cons. 424. num. 5.*

30 Ad num. 464. quod distinctio Bartol. de statuto loquente in rẽ vel in personam circa nullitatem statuti prohibentis contrahere cum minore sit reprobata *Mart. de Iurisd. p. 4. Cent. 1. Cas. 72. nu. 9.*

31 Ad num. 467. statutum annullans contractum minoris præsumendo iuramentum in eo interpositum per vim fraudem dolum, & metum extortum An valeat? *Mart. dicto cas. 72. a nu. 26. Antonell. de Tẽp. legal. lib. 2. Cap. 65. n. 8. & 9.*

32 Ad nu. 472. Absolutio a iuramento an requiratur stante statuto annullante iuramentum tanquam dolosum & metu extortũ? *Gratian. Cap. 176. nu. 21.*

33 Ad nu. 479. quod iuramentum validat contractum gestum cõtra publicam vtilitatem secundario *Surd. cons. 54. num. 18. Addit ad eum decis. 154. nu. 4.*

34 Ad nu. 491. quod absolutio a iuramento requiratur licet contractus sit meticulosus *Carol. Rot. Concl. 18. sub nu. 37. & Concl. 54. nu. 19. Nogner. Alleg. 19. sub num. 78.*

Sub num. 516. quis fuerit carceris inuen-

inuentor. Adde Rodor. qq. Regul. tom. 2. q. 17. Art. 2.

Ad num. 583. Adde. *Addit. ad Menoch. conf. 24. nu 8. & 9.*

Ad num. 595. Adde *Addit. ad Menoch. conf. 24. nu. 6. & 7.*

35 Ad nu. 604. Absolutio de non petendo absolutionem a iuramẽto est prius petenda & postea debet peti absolutio a iuramento principali *Surd. conf. 424. num. 55. Burg. de Laud p. 2. Insp. 23 nu. 9. & num. 10.* dicit quod remissio siue pactum de non petendo absolutionem a iuramento non tenet etiam si esset firmata iuramento maxime si fuit addita Clausula quod absolutione obtenta nõ valeat ea vti & nu. 14. dicit quod pro

36 absolutione obtinenda est adeundus iudex Ecclesiasticus competens ei qui absolui se prætendit quamuis non sit competens aduersario quia dicitur reus originarius *Addit. ad Menoch. conf. 24. num. 18.*

37 Ad nu. 606. quod absolutio a iuramento potest impugnari de obreptione & subreptione etiam coram iudice laico *Giurb. Obs. 92 nu. 37.*

38 Ad num. 615. Absolutiones tot debent esse quot iuramenta *Burg. de laud p. 2. Insp. 23 sub num. 12. Addit. ad Menoch. conf. 24. num. 17. vide quæ scripsi de Cit. to. 2. in addit. ad 19. quæst. nu. 170. & 171.*

39 Ad nu. 617. quod absolutio a pluribus iuramentis debet esse explicita non per relationem ad instrumentum *Burg. de laud p. 2. Insp. 23. nu. 12.*

40 Ad num. 618. quod cautela est vt in absolutione inferatur totus tenor instrumenti de cuius absolutione tractatur *Burg. supra nu. 13. vbi citat Ant. in eff. citatum Addit. ad Menoch conf. 24. nu. 19 & a num. 23.*

41 an iuramentum liget hæredem & teneatur petere absolutionem a iuramento.

Sub num. 630. vers. & habens adde *quæ scripsi de Citat. to. 2. in addit. ad 19. quæst. nu. 171.*

Ad nu. 637. Adde *Burg. de laud. p. 2. Insp. 23. nu. 15.*

42 Ad nu. 663. Iuramentum debet continere tres comites veritatem iustitiam & iudicium *Borell. in sum. decis. titul. de Iuram. nu. 300. Imbr. de Repulsi. Regu. 3. num. 108. Add. ad Menoch. conf. 29. nu. 26.*

Sub nu. 699. vers. quod de hoc peculio & de peculio Castrensi filius familias testari potest Adde *Antonell. de Temp. legal. lib. 2. cap. 4. num. 5.* vbi aliter dicit de peculio aduentitio & profectitio etiã patre permittente & num. 11. quid ad pias causas & *vide Nouar. de priu. misc. pers. priu. 169. per tot. Mangil. de Imput. q. 88. nu. 6. 7. & 8. Nouar. de priu. misc. person. priu. 155.* dicit quod filius familias habens liberã administrationem peculij profectitij potest illud donare personis miserabilibus & piæ causæ.

43 Sub nu. 699. vers. & in hoc peculio

culio aduerte quod licet pater in Castrensibus non habeat vsumfructum est tamen alendus a filio *Randell. de defens. & pasc. fol. 154. vers. & bene*.

Sed an pater, & tutor possint irritare votum reale impuberis emissum de peculio castrensi, vel quasi castrensi? quod sic dicit *R. P. Sacc. in fasc. flor. lib. 2. tract. 5. cap. 8. de sec. de eag. prac. Dub. 14. nu. 74.* quia sicut impubes non potest vllo modo de peculio castrensi vel quasi castrensi testari ita difficilius conceditur ei alienatio inter viuos quæ magis impuberi nocet quam testamenti confectio.

44 Sub num. 699. vers. aduentitia bona fol. 116. col. 1. quod pater sit vsusfructuarius bonorum aduentitiorum filij Adde *Ioann. Gutter. in § sui num. 21. Inst. de hared. qual. & differ. Ferr. super Const. los Impuberes Gl. 4. n. 216. Facch. Contr. Iur. lib. 6. cap. 15. Fontan. de pact. Nupt. Claus. 4. Gl. 7. p. 3. nu. 10. Surd. cons. 116. num. 4. Gutter. in c. quamuis pactum nu. 31. de pact. in 6. Milan. dec. 3. nu. 110. lib. 2. Cost. sical. cons. 57. n.*

45 15. Et est adeo plena & libera huiusmodi acquisitio vsusfructus vt non subiaceat oneri alendi ipsum filium de dicto vsufructu licet alias iure sanguinis ad id teneatur pater *Font. vbi supra nu. 13.* sed refert Fabr. contrarium dicentem & sic fuisse decisum referentem in senatu sebusiano proinde dixit *Fontanell.* esse cogitandum & vide *Monac. de Execut. in vest. cap 14. de vest. filij famil. a nu. 28.*

46 Ad vers. quod per ingressum patris in monasterium non amictitur vsusfructus sed monasterio acquiritur durãte vita patris Adde *Gutter. supra nu. 25 Ferr. loco ci-*

47 *tato nu. 27.* Et morte filij non extinguitur *Menoch cons. 1022. nu. 18. Giurb. super consuet. Mess. cap. 7. Gl. 5. nu. 12. Ferr. supra Cost. de Rat. quast. 148. nu. 3. Font. loco citato num. 14. Intrigl. cons. 19. nu. 23. Spin. in specul. testa. in Glos. Rub. p. 4. sub nu. 15. Molin. de primog lib. 2. cap. 9. nu. 24.* secus si pater habeat commoditatem fructuum quia per mortem filij extinguitur *Menoch supra a nu. 19. Surd. de alim. Tit. 9. q. 20. nu. 45.*

48

49 Extinguitur vero vsusfructus per mortem filij si bona sint vinculata & restitutioni subiecta *Fonta. loco citato nu. 66. Ferr. vbi supra nu. 218. & nu. 219.* quid si fideicommissum sit factum a matre.

50 Sed an extinguatur per transitum patris ad secunda vota? quod non *Hodier. ad decis. Surd. 196. num. 7. Roman. cons. 4. sub num. 76. vers. quamquam Font. de pact. Nupt. Claus. 5. Gl. 8. p. 12. a nu. 25.*

51 Quid si filius ingrediatur monasterium? dic quod sicut morte naturali filij non extinguitur multo magis per mortem ciuilem extingui non debet *Spin. in spec. testam. in Gl. Rub. p. 4. sub nu. 15.*

52 Quid per capitis diminutionẽ vel per delictum quod non? *Castell.*

tell.Orat.18. nu.16. Caua lt.de vsufruct.mul relic. num.:25. Mut.*Consuet.46.nu.51.*

53 In vno tantum casu dicit *Ferr. supra num* 195. pater de iure non habet vsumfructum in bonis aduentitijs filij quando successisset filio suo vna cũ alijs filijs, fratribusque impuberis defuncti, nam cũ ipse succedat filio suo in proprietate ex propria persona non habet vsumfructum in parte cæteris filijs superstitibus delata, idẽ dicunt *Intrigl.conf.19.n.30.Molfes. super Consuet. Neap.to.2.p.3.de succ. ex testa. quæst.22.n.7.* Caren. *Resol.* 101.n 1. & 2. *Cost.de Rat.q.148.n.81*

54 Ampliatur supradicta conclusio etiam si patri ante mortem filij erat acquisitus vsusfructus qa etiam amictit vsumfructum pro portione, in qua filius succedit *Caren. testans de veriori & cõmuniori opinione loco supra citato num* 3.

55 Sed An pater vsusfructuarius teneatur satisdare & inuentarium conficere? quod non *Intrigl. singul.137.lib.1.Pinell.in l.1.C.de boni mat.p.2. nu.* 20.21. & 23.

56 An teneatur soluere æs alienũ filiorum? quod non *Bellect. disq. Cler.p.p.de bon Cler.§.7.nu.2. & 3.*

57 Et an possit vsusfructus ab eo distrahi in præiudicium filiorum? *Squill.ibidem & vide Merend. Cõtr. Jur.lib.17.Cap.18.Palcot.de not.& spur. quæst.51. in fine Gail. Obseru. 92.n.7. lib.2: Surd.de* Alim.*Tit.7. quæst.18.n.23.*Franc.*decis.283.n.14.*

Fontan.de pact. Nupt. *Claus.6.* Gl.20 *p.2.a nu.24. Seuer.Resol.1.nu.15.post quæst.for.* Nou.*lib.2.&* Monac *supra.*

58 An possit pater agere pro huiusmodi bonis aduentitijs filij sine consensu filij? *Menoch.conf.154. n.10.Facchin.Contr.Iur.lib.6. Cap.39 Pinell.in l.1. C.de bon.mat.p.2.n.64.*

59 An possit cum filio contrahere? *Menoch.conf.196.num.21.*

60 An possit alienare vel donare bona materna filiorum? *Castil dec. 250.n.12.*& quid propter æs alienum *Facchin. Contr.Iur.lib.6.* Cap. 40.& an sine decreto possit illa alienare *Mangil de Eutct. quæst.351 n.22.& vide quæst.62 per tot & q. 72.nu.12. & scripsi supra, Facb.dicto cap.40.* vbi quod sic.

61 Male administrans bona filij aduentitia priuatur administratione non vsufructu *Antonell. de Temp.legal.lib.2.de Ann. Cap.98.nu. 43.& nu.41.*in quibus casibus cogitur assignare filio legitimam *Amat. Resol.*86.*nu.*10.

Ad vers.quid dicendum de peculio castrensi Adde *Dian.p. 4. Tract.8. De offic. & pot.* Inquis. *Resol.61. Castropal. tom.1.* Moral.*tract. 4.disp.1.punct.*

Ad vers. profectitia Adde *Hodiern ad decis Surd.222. num.19.*

62 Ad nu.781. Iuramentum licet repræsentet maiorem minorem tamen non facit eum sagacẽ *Adde Surd conf.37. num.16.*

63 Ad nu.742. Iuramentum non debet esse vinculum iniquitatis

Adde

Adde *Gratian. Cap. 692. num. 26. Addit. ad Menoch. conf. 29. nu. 24.*

64 Ad nu. 763. quod maior per iuramentum amictat remedium l. 2. C. de resc. vendit. Adde *Menoch. cons. 1. n. 360. & Addit. ad eum n. 162*

Ad n. 782. Adde *Menoch. cons. 1. n. 337. Antonell. de Temp. legal lib. 2. de Ann. cap. 65. nu. 1. &* 2. vbi si res

65 immobilis minoris titulo oneroso fuerit alienata sine decreto vel ab ipso minore vel eius administratore eo sciente & patiente nō poterit minor contractum retractare si factus maior taceat per quinquēnium post 25. annos numerandos, quia inducitur ratihabitio, si vero fuerit alienata sub titulo lucratiuo requiritur taciturnitas longi tēporis similiter post 25. annum decurrendi videlicet decennij inter præsentes vicennij inter absentes & n. 4. dicit quod

66 talis ratificatio retrotrahitur ad tempus contractus, & nu. 17. dicit

67 quod ad tollendā huiusmodi ratificationem quæ præsumitur ex lapsu dicti quinquennij sufficit simplex declaratio ipsius minoris etiam extraiudicialiter facta post legitimam ætatem intra dictum quinquennium qua asseratse nolle ratam habere dictam alienationem, dummodo talis protestatio notificetur emptori seu alteri possidenti rem

ANNOTATIONES.

Ad secundum effectum.

68 AD nu. 40. & seq. quod prohibita alienatione dicatur prohibita obligatio, pignoratio, & hypotheca Adde *Bartol. in l. cum lex in fine ff. de fideiuss. Allegat. 21. n. 19. post Decis. Tho. Anell. Salern. Cenc. de Cens. p. p. cap. 2. q. 2.* Art. 2. *nu. 7. Fan. de pignor. 3. m. 2. p. n. 72. Mangil. de Euict. quæst. 126. nu. 12. Baldass. de Angel. ad Gizzar. dec. 77. nu. 1.*

69 Et censentur etiam prohibiti contractus qui ad dominij translationem tendunt *Socc. cons. 242. circa principium col. 4. vers. interea vol. 2. Rebuff. in c. postulastis de Cler. exc. celeb. nu. 10. Ricc. in prax. to. 1. de alien. rer. Eccl. decis. 93. n. 2. Giurb. super Consuet. Messan. Cap. 14.* Gl. 4. n. 5. *Ripoll. Var. titul. de Testam. Cap. 13. nu. 61.*

70 Censetur etiam prohibita promissio alienationis *Bald. in l. fin. C. ad l. Falc. Facit tex. vbi* Iason. *post* Alex. *in l. is cui ff. de* Verb. *Oblig. & tex. in c. nulla de conces. preb. Rebuff. loco citato nu. 7. & 8.*

Et censetur prohibitus consensus ad alienationem I*ntrigl. de feud. Cent. 2. A. 3. nu. 78.* Giurb. *dicto cap.* 14. Gl. 2. *nu. 2.*

71 Quæ vero sint prohibita & quæ permissa Gizzarell *supra a n. 2.* Ma*strill. dec. 121.* Mangil. *de Euict. qu. 141. n. 30. & seq. Bell. super bull. q. 27. n. 4.* Guzm. *de Euict. q. 14. n. 7.* Cenc. *supra Art. 6. n. 6.* Giurb. *dicto cap. 14.* Gl. 4. *a nu. 5. Hodiern. ad decis. Surd.*

278.

278. n. 30. 31. Rot. luc. diu. decis. 63.

72 Sed talis prohibitio non extēditur ad causam necessariam Peres de Lar in Compend. vit. homin cap. 24. nu. 24. Giurb. dicto cap. 14. Gl. 6. n. 2. Intrigl. cons. 3. n. 57. 58. Gutter. Allegat. 3. Bard. de Temp. Util. & cōtin. cap. 12. sub n. 12. Hinc R. P. Tancred p. 2. qq Moral. Tract. 5. de var. Eccl. & regul. dub. q. 39. dicit quod iudex competens potest adiudicare creditori aliquod prædium stabile si monasterium non habet pecuniam ad soluendum mutuū.

73 Neque ad causam vtilem Gutier. dicta Alleg. 3. Bartol. in l. Imperator § cum autem ff. de leg. 2. Rimінald. Iun. cons. 38. nu. 72. Bursat. cons. 151 n. 12. & 138. vel 2. Peregr. decis. 2. sub n. 4. sed vide quæ scripsi effect. 1.

Ad num. 62. Adde Barbat. de Assist. Gl. 5. a nu. 83.

Sub nu. 127. quod iurans non ludere fidet alijs pecuniam ad ludendum pro eo quod dicatur periurius Adde Rodor. qq. Regul. tom. 2. quæst. 38. Art. 2. in fine.

ANNOTATIONES

Ad tertium effectum.

Sub num. 1. vers. quid dicendum de possessione Adde An possessio transferatur ex actu nullo vide Cost. in Rub. de Verb. Obligat. n. 62. Iason in l. 1. § si vir. ff. de acq. poss. Tusc. Verbo possessio Concl. 425. Marcell. Fortun. de Ver. & Err. p. m. 2. p. n. 48. Castill. dec. 292. n. 9. Intrigl. cons. 12. n. 75. Mut. Consuet. 51. n. 69. vbi quod non transfertur possessio ex venditione rei minoris sine solemnitate.

Ad num. 10. Adde Antonell. de Temp. legal. lib. 2. de Mensib. cap. 33 num. 11. & 12.

Ad vers. si maritus Adde eundem Antonell supra nu. 29.

74 Sub n. 13. vers. & legatum annuum factum pauperi in dubio præsumitur factum in causam alimentorum Adde Antonell. de Tēp. legal. lib. 2. Cap. 43. a nu. 1.

75 Ad n. 46. quod bona minoris possunt pro soluendo ære alieno alienari Adde quid si bona minoris fuerint alienata pro soluendo debito vigore contractus rescindibilis debito sed tempore alienationis adhuc nō rescissus an alienatio valeat concurrentibus alijs requisitis? vide Mastrill. decis. 140. a n. 18. vbi ex Franco dicit quod si puella renunciauit per metū fratris paragium suum per contractum rescindibilem si frater egit & sibi solui fecit paragium licet deinde mulier agat ad rescissionem contractus & obtineat nihilo minus ille qui soluit dum contractus adhuc non erat rescissus recte soluit & rescisso contractu non poterit molestari vt iterum soluat quia rescissio operatur pro vt ex nunc non pro vt ex tunc & quod contractus dum non sunt rescissi possunt exequi imo fortius etiam tentata & pendente rescissione adhuc contractus executio non impe-

impeditur *Burg. de laud. p. 3. Insp. 23. a num. 24.* Sanc. *a Mel. de Induc. debit quæst. 15. nu. 6. Guzm de Euict. quæst. 32. num. 40. post alios quos citant & vide* Amat. *Resol. 36.*

Sub num. 69. Quod decretum iudicis non potest interponi die feriata cum requirat cognitionē causæ.

76 Contrarium quod possit interponi die feriata ad honorē Dei cum sit actus iurisdictionis volūtariæ *Scacc. de Judic. Cauf.* Ciuil. *lib. 2. cap. 5. num. 96. 97. 98. 104. 105. & 106.* vbi licet communis opinio sit in contrarium, tamen ipse non recedit ab opinione affirmatiua & num. *109.* & seq. declarat quod licet actus voluntariæ iurisdictionis possint expediri tempore feriato in honorem Dei non propterea euitatur peccatum intelligēdo declarationem vt sit vera in actibus quibus non exercetur pietas vel quid æquipollens secus in actibus quibus exercetur pietas vel misericordia seu subuenitur necessitati quæ dilationem non pateretur quia exercendo tales actus non committitur peccatum.

77 Ad nu. *71.* in fine quod decretum non conualidat contractum vide *Bald in c. si quis de Confirmat. vtil. vel inutil. num. 14.* vbi quærit an decretum possit confirmare contractum ex interuallo, & Respondet quod confirmat vt ex nunc ex repetito consensu & vi de *Tusc. Verbo Decretum.*

Ad num. 76. vide *Raudens. de Analog. cap. 30. num. 197.* vbi dicit quod consuetudine non seruatur quod fiat instrumentum separatum de decreti interpositione cū causæ cognitione.

Ad num. 86. Adde *Post. de subhast. Insp. 21. num. 4. & Inspect. 29. num. 79. Bald. in c. si quis de confirm. vtil. vel inutil. num 14. in fine* qui dicit quod vbi est decretum ibi præsumitur quod nulla deceptio interuenit.

78 Sub num. 170. Adde An tegulę domus possint expignorari vide *Afflict. remissiue in Constit. Iustitiarii nomen de officio Iustitiariatus Rub. 42. lib. 1.*

ANNOTATIONES
Ad sextum effectum.

79 AD num. 71. vers. item hæc obligatio dotis restituendę ex necessariā iuris dispositione prouenit Adde scripta a me *effect. 3. num. 11. & 12. & effect. 6. num. 36. & 38. Donad. de Renunc. Cap. 30. num. 68. & 69.* vbi quod bona minoris possunt alienari pro causa necessaria sine solemnitatibus & quod prohibitio alienādi nō includit alienationem quæ fit ex causa necessaria.

FINIS

ANNO-

ANNOTATIONES

Ad octauum effectum.

AD nu. 1. Adde *Molin. de Rit. Nupt. quaest.* 57. *num.* 38. & *quaest.* 87. *num.* 14. *Barbos. in l. fin. num.* 2. C. *ad Senat. consult. Velleian.*

ANOTATIONES

Ad decimum quintum effectum.

AD nu. 8. quod donatio non presumitur Adde *Nouar. de priuileg miser. pers. priuil.* 30. *a nu.* 1. vbi quod donatio non praesumitur cum donare sit perdere & nemo praesumitur iactare suum & magis presumitur actus inualidus quam donatio vnde inquit quod in dubio magis praesumitur donatio remuneratoria quam gratuita quia non est propria donatio sed potius debiti satisfactio quatenus merita equiualent rei donatae licet dicat fauore miserabilium personarum pauperum & Ecclesiae donationem praesumi *Noal. de Transmis. Cas.* 37. *num.* 13. vbi quod sumenda est potius omnis alia praesumptio quam donatio.

ANNOTATIONES.

Ad decimum octauum effectum.

82 AD num. 4. quod communio parit discordiam Adde R. *Matam ad Bull. Clem.* 8. *Obseru.* 10. *num.* 123. vbi infert quod nemo inuitus cogitur stare in communi & naturali ratione quod communiter possidetur negligitur cũ quisque nihil habere putat qui non totum habet *Greg. Obser.* 28. *ad dec. Capyc. latr.*

ANNOTATIONES.

Ad effectum vigesimum.

AD num. 1. vide *Nouar. de priuileg. mis. pers. priuil.* 114. *nu.* 1. 2. 3. & 4. vbi minor fauore miserabilium personarum potest fideiubere.

83 Sub num. 36. Vers. sed quid si iuramentum in cõtractu fideiussionis Adde *Mastrill. ad Gregor. de Censib. quaest.* 6. *num.* 111. vbi quod fideiussio in quindena die feriato recepta valet.

ANNOTATIONES

Ad effectum vigesimum primum.

84 Ad num. 28. Adde *tex. in l. libertas inaestimabilis res est & l. libertas omnibus rebus fauorabilior est de regul. Jur.*

FINIS.

INDEX

INDEX LOCVPLETISSIMVS

OMNIVM QVAE IN TRACTATV DE EFFECTIBVS Minoris ætatis circa contractus continentur.

A

Absolutio.

A Iuramento non requiritur stante enormissima læsione effect. 1. nu. 26. A Iuramento non requiritur stante dolo effect. 1. nu. 223. An requiratur a iuramento metu præstito eff. 1. nu. 495. & num. 502. & 503. A Iuramento interposito in contractu operatur vt minor possit venire contra contractum effect. 1. nu. 564. A Iuramento requiritur tam si minor contradicat agendo quam excipiendo eff. 1. a nu. 557. nu. 565. A iuramento an requiratur stante Cap. Imp. Carol. 78. eff. 1. nu. 567. A iuramento non conceditur minori pro modica læsione effect. 1. num. 574. A iuramento non conceditur, nisi subsistente aliqua causa iusta effect. 1. nu. 575. & nu. 640. Et causa non existente nec Episcopus nec Papa possunt dispensare a vinculo iuramenti eff. 1. nu. 576. A iuramento indistincte est concedenda si adest enormis læsio ex parte iurantis eff. 1. num. 577. Et de tali enormi læsione debet summarie constare nu. 578. & stante læsione non solum Episcopus potest absoluere sed etiam eius Vicarius nu. 579. Et quæ requirantur in expeditione absolutionis a iuramento num. 581. A iuramento quando sit petenda effect. 1. num. 582. & num. 584. A iuramento quid operetur effect. 1. num. 583. & num. 641. 643. & seq. A iuramento an possit concedi post periurium incursum eff. 1. num. 585. & 586. Et a quo num. 587. De non petendo absolutionem a iuramento potest primo peti & postea petere absolutionem a iuramento principali eff. 1. num. 604. & vide num. 605. A iuramento potest impugnari de obreptione & subreptione etiam coram iudice laico effect. 1. num. 606. & num. 645. Debet concedi ei qui iurauit adimplere non petere absolutionem a iuramento & obtenta non vti eff. 1. num. 607. A iuramento est subreptitia si non sunt expressa omnia obstantia eff. 1. num. 608. A iuramento an requiratur vt quis gaudeat beneficio deducto ne egeat eff. 1. num. 632. A iuramento per minorem interposito dolo aduersarij non requiritur si dolus sit talis qui faciat deficere consensum effect. 1. num. 633. & vide num. 634. cum seq. Ad effectum agendi a iuramento præstito potest tempore feriarum concedi eff. 1. num. 642. An detur a iuramento interposito super contractu transactionis effect. 1. num. 646. & num. 647. & 648. Et quid a iuramento interposito super donatione a num. 649. A iuramento an debeat concedi propter solam prohibitionem statuti prohibentis contrahi effect. 1. num. 650. A iuramento an debeat concedi propter solam prohibitionem statuti prohibentis contrahi eff. 1. num. 655. A iuramento concedenda est stante læsione enormissima eff. 1. nu. 652. & nu. 653. & nu. 661. & seq. A iuramento si nullum operetur effectum non est concedenda eff. 1. nu. 655. A iuramento ad effectum agendi ad cautelam peti debet non obstante quod contractus super quo fuit iuratũ sit nullus eff. 1. nu. 656. A iuramento non debet concedi per inferiorem a Papa quando probabiliter dubitatur si debeat absolui nec ne eff. 1. nu. 657. A iuramento an requiratur stante enormissima læsione eff. 1. nu. 746. 747. 748. 749. 750. cum plur. seq.

Absolutiones.

Tot debent esse quot iuramenta eff. 1. n. 615. & 616. & cautela est vt inferatur totus tenor instrumenti de cuius absolutione tractatur nu. 618. Quid si sint plura iuramenta quæ ad vnũ in substantia reduci possunt nu. 619.

Absolutus.

A iuramento præstito in contractu ad effectum agendi vel excipiendi non potest agere vel excipere si in contractu ad sunt duo iuramenta eff. 1. nu. 417. Ab excommunicatione non censetur absolutus si in duabus inciderat excommunicationibus eff. 1. nu 418.

Actio.

Competens pro restitutione depositi quæ sit eff. 1. nu. 34. Iudicatur mobilis & immobilis secundum naturam rei pro qua competit eff. 14. nu. 11. Ad feudum eodem modo iudicatur quo feudum, & dicitur feudalis eff. 4. n. 14. 25. & 30.

Actus.

Nullus, & validus sed rescindendus differunt quoad fructuum restitutionem eff. 1 nu. 18. & vide n. 29. Facti calore iracundiæ quando valeant & quid fauore piæ causæ eff. 1. nu. 563. Non dicitur purus vna tantum conditione purificata eff. 1. nu. 624. Factus ex necessitate non comprahenditur sub lege prohibente actũ fieri eff. 3 n. 11.

Aditio.

Hæreditatis per minorem facta nõ censetur ratificata si maior factus credita hæreditaria exegerit & quãdo secus, ibidem eff. 13. nu. 89. Hæreditatis non præsumitur nisi probetur eff. 13. nu. 90. Amplia etiam si hæreditas sit opulenta nu 91. Amplia 2. etiam in filio hærede instituto nu. 92. Non probatur ex possessione bonorum hæreditariorum eff. 13. nu 93. Hæreditatis est difficilis probationis eff. 13. nu. 94. 95. Hæreditatis ex actibus æquiuocis & dubijs non probatur eff. 13. nu. 96. & debet plene clare & concludenter probari num 97. Ex quibus actibus probetur & inducatur nu. 98. Per testes singulares probatur nu. 99. Sed an debeant esse parte citata recepti n. 100. de Aditione & repudiatione hæreditatis remissiue eff. 13. n. 88.

Adulti.

Excedentes decimum quartum annum possunt in quacunque vltima voluntate disponere de rebus suis etiam stabilibus & quæ seruando seruari possunt etiã si haberent curatorem eff. 1. nu. 253.

Adultus.

Non est necesse vt habeat curatorem sicut nec pupillus tutorem eff. 1. nu. 91. 92. Filius familias potest cũ

authoritate solius patris se obligare statuto non obstante effect. 1 num. 74. vbi de ratione, & d. num. 314. Fallit in pupillo num. 75. Sui iuris non habens curatorem potest de iure quemcumque contractum facere & obligatur ciuiliter & naturaliter effect. 1. num. 94. 95. 100. & 321. Sed si laeditur habet restitutionem in integrum num. 95. 98. 104. & 109. & quando dicatur laesus num. 99. Intellige de obligatione personali vel de obligatione bonorum mobilium quae seruando seruari non possunt, non quo ad obligationem bonorum stabilium, vel mobilium quae seruanda seruari possunt num 97. & 101. cum seq. Quid stante Capitulo Imperatoris Caroli 78. d. num 106. Sui iuris curatore carens an possit sine authoritate iudicis se obligare, & contrahere stante Cap. Imp. Carol. 78. Habens curatorem, aqui paratur pupillo vel saltim prodigo, cui bonis e.l interdictum eff. 1. num. 134. & effect. 13. num. 31. Siue habeat curatorem siue non, non potest alienare stabilia nisi propter aes alienum, & cum decreto iudicis effect. 1. num. 158. Post aditionem haereditatis an possit ab haereditate se abstinere vel repudiare via restitutionis in integrum effect. 13. num. 24. & 36. & quae requiruntur in concedenda hac restitutione num. 35. 39. & 40. Curatore carens an possit haereditatem adire stante Cap. Imp Carol. 78. effect. 12. num. 52. & 55. Curatore carens potest fideiubere effect. 20. num. 63. Curatorem habens sine eo non potest nec mutuo dare nec accipere eff. 25. num. 12. & num. 13. de ratione secus si curatorem habet nu. 14. Sed laesus habet restitutionem in integrum nu. 15.

Aetas.

Est quaedam temporis mensuratio a natiuitate vsque ad obitum decurrens in praelud. num. 1. quomodo diuidatur, a quo sit probanda, & quomodo probetur num. 2. remissiue. Potest a statuto restringi num. 5. A statuto requisita currit de momento ad momentum, & debet esse perfecta vt contrahere quis possit num. 6. Decem & octo annorum ex forma constitutionis videtur subrogata loco aetatis viginti quinque annorum de iure communi, & sapit eamdem naturam & quod de illa disponitur de ista dispositum censetur num. 15. Probanda est ab eo, qui in ea se fundat num. 34. Quomodo probanda vt nullitas contractus probetur ex aetatis defectu num. 35. & 36. Pupillaris in decimo quarto anno finitur in masculis & in duodecimo in faeminis num. 76. Aetatis certae mentio si fiat in contractibus & substitutionibus Intelligitur de naturali in praelud sub nu. 38.

Aleator.

Dicitur qui recipit pecuniam pro candelis, & qui causa emolumenti tenet ludum in domo eff. 2. nu. 122.

Alienans.

Actionem quam habet ad feudum ipsum feudum alienare dicitur effect. 4. num. 8.

Alienatio.

Bonorum fideicommisso subiectorum facta ab ignorante ignoranti valet effect 1. num. 414. Fallit quando adest expressa probibitio a testatore ibidem Quando dicatur voluntaria & quando necessaria effect. 6. nu. 41.

Annus.

Captus in odiosis non habetur pro completo effect. 1. num. 89. In dubio debet esse completus nisi aliunde a iure caueatur effect. 1. num. 90. Captus habetur pro completo in fauorabilibus effect. 1. num. 270.

Appellatione.

Contractus an veniat testamentum eff. 1. num. 260. 261. & seq. Quid de Codicillo nu. 263.

Argumentum.

De datione insolutum ad venditionem valet eff. 6. num. 17. Ab ethymologia vocabuli valet eff. 23. sub num. 7. De contractibus ad vltimas voluntates valet eff. 1. sub nu. 245.

Assensus.

Regius ita requiritur in cessione actionis ad feudum sicut in alienatione ipsius feudi eff. 4. nu. 18. & 24.

Authentica.

Sacramenta puberum C. si adu. vend loquens de contractibus habet locum etiam in distractibus & quasi contractibus effect. 13. num. 53. Ad materiam dictae Auth. vide eff. 1. & 3.

Authoritas.

Patris supplet authoritatem curatoris effect. 1. nu. 71. & num. 72. de ratione. Contrarium num 76. limitata num. 77. vsque ad num. 85. inclusiue. Tutoris debet statim in ipso negotio adhiberi, non autem ex interuallo, vel per epistolam, & cum cognitione causa Et quando dicatur interposita? effect. 3. nu 43. & 44.

B

Baro.

M*inor decem & octo annorum habens curatorem non potest sine eo contrahere eff. 1. num. 271. In decimo quarto anno est maior in fauorabilibus secus in odiosis & quoad actus praeiudiciales effect. 1. num. 272. & 273. Succedens in feudo iure proprio petens subingationem non afficere feudũ auditur non solutis interusurijs eff. 3. nu. 253. Sed executio instrumenti non potest impediri nu. 254. Sed an si subingatio sit declarata non afficere sint restituenda interusuria n. 255.*

Baronia.

Redempta vigore pacti de retrouendendo venit frãca ab onere fideicommissi eff. 4. num. 42.

Bona.

Minoris non possunt citra decretum curatorum authoritatem & legitimam causam alienari eff. 2. nu. 7. Amplia a num. 8. cum plur. seq limita a nu. 17. cum seq. Minoris etiam cum decreto non possunt alienari si testator probibeat alienationem eff. 2. nu. 34. Minoris an possint vendi pro eo alendo? eff. 3. nu. 221. Ecclesiae possunt alienari si alienatio est vtilis eff. 3. nu. 240. Minorum possunt alienari pro extinctione debiti eff. 5. nu. 34. Pupillorum possunt dari insolutum eorũ matribus pro satisfactione dotium restituendarum eff. 6. nu. 34. & nu. 35. de ratione, & vide nu. 43. in fine Immobilia minoris possunt permutari cum bobus ad laborandũ necessarijs eff. 7. nu. 16. idem in Ecclesia ibidem. Minoris inuecta & illata in domum conductam an sint tacite hypothecata eff. 8. nu. 33. Minoris possunt ex causa trãsactionis alienari si transactio sit vtilis minori eff 9. nu. 26. Ecclesiae stante vtilitate an possint alienari eff. 3. sub num. 229. & eff. 18. sub num. 22.

C

Capitulum.

IMperatoris Caroli 78. stricte est intelligendum ut minus corrigat ius commune eff. 1. num. 107. Est in viridi observantia non obstante iuramento nu. 108. & 109. Habet locum etiam si minor iurauerit se maiorem num. 153. & 158. Comprehendit etiam barones num. 274. Contrarium num. 275. Non habet locum in contractu utili ipsi minori num. 302. & vide num. 303. & 364. Fuit factum propter imbecillitatem intellectus minoris num. [illegible]. An habeat locum in contractu facto à tutore vel curatore tutorio vel curatorio nomine? num. 801. Loquens de contractibus an habeat locum in distractibus? eff. 11. num. 45. & 46. Ad materiam dicti capituli eff. 15. num. 84. Imperatoris Caroli 214. non tollit praescriptionem completam eff. 22. num. 40. 41. 42. 43. Caroli 78. an habeat locum in donatione causa mortis eff. 15. a nu 91.

Capsi.

A piratis liberi manent nec fiunt capientium servi effect. 21. num. 43. In bello iustissimo inter Christianos non fiunt capientium, sed solum soluitur pretium nu. 46. 47.

Carcerati.

De iure non prohibentur valide contrahere effect. 1. num. 521. Nisi essent carcerati ut tales contractus facerent nu. 522.

Carceratio.

In dubio praesumitur iusta eff. 1. num. 535.

Cedens.

Actionem quam habet ad rem recuperandam dicitur rem ipsam cedere eff. 4. num. 15. & 16.

Census.

Constitui potest super molendinis eff. 3. num. 267. Non potest constitui super molendinis quae ad instar navium sunt num. 273. Non potest constitui super iure luendi tantum eff 4. num. 32. & nu. 33. de ratione. Debet constitui super re fructifera sub num. 33. & nu. 34. & 35. Impositio dicitur alienatio eff. 5 num. 3. 5. & 8. Impositio inter stabilia connumeratur eff. 5. num. 7. Impositus à minore sine solemnitatibus conualidatur si factus maior illum soluat nu. 20. Et saltim valet ex nunc ex nouo consensu num. 21. A minore impositus sine solemnitatibus eo facto maiore per lapsum quinquennij ratificatur saltem ex nouo consensu num. 21. Nisi in impositione interueniat dolus, vel nisi adsit statutum praesumens dolum num 23. 24. Impositus super bonis minoris interueniente tantum iudicis decreto valet ubi de ratione num. 27. Impositus super bonis minoris ut valeat requiritur iusta causa puta pro dotanda sorore vel si aes alienum urgeat num. 29. An possit imponi super bonis minoris pro extinguendo alio censu maioris quantitatis num. 31. & 32. Quid super bonis Ecclesiae num. 33. Vide verbo subingatio.

Cessante

Una ex duabus causis an cesset dispositio eff. 1. n. 626.

Cessio.

An sit facienda ab Ecclesia tertio possessori eff. 3. nu. 20. & seq. Passiua an possit fieri minori eff. 14. nu. 16 & 17. Potest fieri fideiussori ex interuallo nu. 19. An sit facienda extraneo soluenti eff. 3. n. 21. remissiue.

Citatio.

An requiratur in absolutione a iuramento eff. 1. a num. 588. usque ad num. 600.

Clausula.

In instrumento apposita omnia & singula esse vera refertur tam ad ea quae principaliter dicta sunt, quam ad ea quae enunciatiue reperiuntur posita eff. 1. nu. 242. & 243. Si plus valet donat eff. 1. num. 775.

Clericus.

Habens curatorem si sine eo se obliget non valet obligatio eff. 1. num. 281. Contrarium num. 282.

Commodans.

Usum rei commodatae amittit & illum in commodatarium transfert eff. 24. num. 2.

Commodari.

Potest minoribus sed contractus claudicat effect. 24. nu. 19. & 20. Sed si post usum concessum minor non reddat commodatum sine deterioratione tenetur de dolo & in quantum minor fuerit factus locupletior, siue de in rem verso num. 21.

Commodatarius.

Cui usus certus & determinatus conceditur illum excedere non debet alias actione commodati tenebitur ad rei deteriorationem eff. 24. nu. 8. An teneatur ad aestimationem rei si res deterior reddita sit quando fuit data aestimata num. 10. Utendo re commodata extra usum commodatum furtum committit, & dicitur in culpa nu. 11. 12. Nisi credat commodantem esse permissurum nu. 13. Quando teneatur de dolo & omni culpa nu 22. An teneatur de furto nu. 23 vide nu. 29. 30. & 31. An teneatur de casu fortuito si res commodata perit nu. 24. Et quomodo probetur casualiter perijsse n. 25. Quid si sua culpa moritur nu. 26. Quid si equus commodatus sit interfectus sine sua culpa a suis inimicis nu. 27. Non tenetur si rem commodatam det misso a commodante & ille aufugit nu. 28.

Commodatum.

Est conuentio qua res gratis utenda datur ad tempus modumue certum ea lege ut eadem reddatur effect. 24. nu. 3. Et dicitur commodatum quasi commodo datum nu. 4. Sed mercede interueniente est contractus locationis non commodati nu. 5. Quomodo differat ab alijs contractibus nu. 7.

Compromittens.

Compromisso pendente an possit ire ad iudicem ordinarium soluta poena eff. 19. nu. 48. Quid lata sententia nu. 49.

Compromittere.

Nemo compellitur eff. 19 nu. 25. An iterum teneantur partes compromittere si compromissum euanuit. nu. 33.

Compromissum.

Est species alienationis eff. 19. nu. 2. Et qui non potest alienare non potest compromittere nu. 3. Et transactio aequiparantur & valet argumentum de uno ad aliud num. 9. Contrarium num 10. Factum a minore sine solemnitatibus Sed cum iuramento valet eff. 19. num. 21. Metu factum est nullum & inualidum nu. 26. & 27. Limita a num 28. cum seq. Expirat morte compromittentium & ad haeredes non transit nu. 35. Amplia etiam si unus ex compromittentibus decedat postquam iam erat conclusum in causa num. 36. Expirat

etiam morte illius qui arbitrium habebat nu. 37. Factum siue temporis præfinitione An sit perpetuum num. 38. Est odiosum & ideo est stricti iuris, & in eo tantum veniunt de quibus est actum nu. 40. Factum cum facultate prorogandi etiam cum clausula toties quoties non potest nisi ad tres vices prorogari nu. 44. Si prorogetur vltra terminum in eo appositum censetur nouũ compromissum nu 45. An impediat executionem instrumenti nu. 46. Factum infra terminum cum dictione ab hodie inantea terminus incipit à die contractus non à die acceptionis nu. 47. Non potest fieri super re feudali sine consensu domini nu. 50. Amplia etiam si assensus domini fuerit interpositus super laudo non autem super compromisso quia compromissum est nullum n. 51. Amplia 2. vt nec articulus incidens seu emergens possit cõpromitti nu. 52. Amplia 3. vt nec etiam possit fieri super bonis maioratus nu. 53. Per scripturam probatur nu. 54. 55. & de ratione nu. 56.

Conductor

Primus an præferatur secundo. eff. 10. nu. 26.

Confessio

Tutoris de recepto minori non præiudicat eff. 11. nu. 40. Minoris non valet quando non constat de vera nnmeratione eff. 15. num. 43. vbi de ratione. Prælati quæ habet pro se iuris præsumptionem valet effec. 16. num. 62.

Consensus

In quolibet contractu requiritur eff. 12. nu. 18.

Constitutio

Minorum iura, non tollit dispositionem iuris communis in illis casibus in quibus iur commune minorem ætatem requirit in prælud. nu. 31. vbi de ratione. Sicut etiam ætas non est mutata in casibus in quibus de iure requiritur maior ætas decem, & octo annorum nu. 32.

Consuetudo

Panormitana 21. circa fideiussionem minorum, & filiorum familias quid disponat? eff. 10. nu. 5.

Contractus

Sunt de iure gentium intelligendo de potestate ipsa contrahendi in prælud. nu. 39. Quando cæperunt habere executionem nu. 40. De Iure Ciuili sunt quatuor, & qui nu. 47. Quare sic dicatur nu. 48. 49. 50. 51. 52. Quid sit à nu. 55. vsque ad num. 65. exclusiue. Diuisio nu. 65. substantialia solemnia naturalia, & accidentalia quæ sint remissiue nu. 66. Cum pupillo gestus sine authoritate tutoris est nullus etiam non obstante iuramento. eff. 1. nu. 16. & 27. Ex parte minoris claudicat nu. 18. vide nu. 19. Factus a pupillo cum authoritate tutoris valet, sed probata læsione rescinditur nu. 23. sed duo probare debet scilicet esse pupillum, & læsum dolo aduersarij vel sui facilitate nu. 24. Amplia tam si læsio sit in re stabili quam mobili nu. 25. Præsumitur vsurarius si minor in eo iurauerit non petere restitutionem inintegrum ratione læsionis eff. 1. nu. 188. Factus à muliere stante constitutione Comitis Castri, & à minore sine consensu iudicis vel curatoris stante Cap. Imp. Carol. 78. est ipso iure nullus non obstante pacto de non opponendo, & iuramento, & non indiget rescissione nu. 192. & 193. Celebratus a minore cum authoritate curatoris si est ei damnosus est nullus eff. 1. nu. 244. Factus à minore sine authoritate curatoris si ei est vtilis valet nu. 289. & nu. 294. de ratione. Et quando dicatur vtilis nu. 290. cum seq. Et an huic minori competat restitutio à nu. 295. cum seq. Amplia à nu. 302. Intellige vt nu. 305. A prodigo celebratus an firmetur iuramento nu. 341. Minoris celebratus sine solemnitate à statuto requisita etiam quod fuerit iuratus nullam producit actionem, neque ciuilem neque naturalem. nu. 360. A minore celebratus si sit nullus alio respectu quam minoris ætatis an conualidetur iuramento simpliciter ab eo præstito nu. 402. 403. cum seq. 419. & 420. Non firmatur iuramento quando statutum præsumit iuramentum in eo interpositum per vim fraudem dolum, & metum nu. 467. cum seq. & 482. Et hæc est præsumptio iuris & de iure nu. 468. Amplia siue dolus interueniat re ipsa siue ex proposito nu. 469. Amplia vt possit dici de nullitate etiã absolutione non petita nu. 469. 472. 473. cum seq. limita à nu. 483. A carcerato celebratus metu carcerum est ipso iure nullus eff. 1. nu. 518. Et an requiratur absolutio à iuramento nu. 519. Ex falsa causa non obligat nu. 550. Factus a minore non valet si antea iurauerat non impugnare contractum à se faciendum num. 555. Quid si primo faciat contractum, & postea iuret num. 556. 557. 558. Contra dispositionem legis, & contra formam à lege traditam differunt nu 700. Onerosus per lapsum quinquennij, & lucratiuus per lapsum decennij à die quo quis est effectus maior dicitur ratificatus eff. 1. nu. 782. Subiugatorius est emptionis, & venditionis eff. 5. nu 6. Societatis est contractus vltro citroque obligatorius eff. 12. nu. 6. & 14. Ab infante celebratus etiam in sui fauorem non valet eff. 12 nu. 19. & 22. Celebratus à pupillo subsistit ex parte illius qui cum eo contrahit nu. 23. Emphiteuticus quis nam proprie dicatur eff. 17. nu. 13. Emphiteuticus est contractus nominatus vltrocitroque obligatorius nu. 15. & requirit scripturam non solum ad essentiam, & validitatem contractus, sed etiam ad probationem nu. 16. Præsumitur vsurarius ex pacto de retrouendendo cum modicitate pretij eff. 21. nu. 15. Et simulatus nu. 16. Et cessante modicitate pretij non oritur suspicio fanoris nu. 17. Præsumitur vsurarius stante pacto in eo adiecto quod non possit reemere nisi prius monuerit per mensem nu. 19. Qui a minore non possunt celebrari remissiue eff. 26. nu. 44.

Contrahens

Cum minore an præsumatur scire illum esse minorem remissiue eff. 1. nu. 140.

Contrahere

Est quid facti in præludio nu. 41.

Contrauenire

Contractui quis dicitur tam insistendo quam resistendo eff. 1. nu. 556.

Creditor

Pupilli cui fuit obligata res per minorem sine decreto si pecunia versa est in vtilitatem pupilli an possit illam retinere eff. 2. nu. 81. Pupilli potest vendere rem sibi obligatam sine solemnitatibus eff. 3. nu. 280. 282 & 283.

& 283. de ratione & quomodo procedat nu. 281. Habet electionem in bonis debitoris effect. 6. nu. 30.

Christiani

Capti a Turcis vel saracenis non fiunt serui eff. 21. nu. 48. Pretio redempti an sint in seruitute redimentis? eff. 21. nu. 39 Cognitio huius causæ an sit fori Ecclesiastici vel secularis iudicij nu. 40. Et an ad forum & iurisdictionem Sancti Officij pertineat nu. 41.

Curator

Dari potest impuberi si curatore caret & iudicium valet in prælud. nu. 71. Si nolit suam authoritatem præstare minori contrahenti quid faciendum? effect. 1. nu. 70. Minoris potest alienare sine decreto pro executione contractus facti a patre minoris effect. 2. num. 52. Non potest explicare ea quæ iuris solemnitatem desiderant effect. 13. nu. 19. Non potest dari in testamento & datus indiget confirmatione eff. 1. nu. 93.

Curatores

Plures an sint necessarij an vero auctoritas vnius tantum sufficiat si plures minores contrahunt effect. 1. nu. 68.

D

Datio insolutum

AD instar venditionis est per quam dominium transfertur & nouus reputatur contractus actionẽ antiquam omnino extinguens eff. 6. nu. 3. Imo emptio & venditio est nu 8. 10. & 12. Facta a minore cum iuramento & solemnitatibus non valet si de debito non constat nisi per confessionem minoris eff. 6. nu. 44.

Debitor

Qui promisit non impetrare a Principe moratoriam vt moratoria concessio sit valida tenetur specifice facere mentionem Principi de hoc pacto prohibitiuo moratoria eff. 1. nu. 621. Soluens minori viginti quinque annis an liberetur eff. 11. nu 8. 9. 10. 11. & 12. & a nu. 15. Soluens minori iudicis decreto interueniente liberatur nu. 16. Minori soluens quandoque consequitur plenam quandoque pleniorem & quandoque plenissimam liberationem & quando a nn. 17. cum seq Soluens minori iudicis præcepto præcedente plenissimam consequitur liberationem eff. 11. nn. 30. & vide nu. 31. 32. & 33. Sed an requiratur iudicis compulsio an vero sola iudicis authoritas sufficiat nu. 35. Soluens tutori liberatur nu. 37. & 38. Soluens curatori minoris liberatur nu. 37. An possit in fraudem fisci vel creditorum repudiare hereditatem vel legatum vel vsumfructum eff. 13. nu. 73. 74. 75. & vide nu 84. 85. & 86.

Decima

Sicut debetur de venditione feudi ita debetur de venditione iuris luendi feudum effect. 4. nu. 27. Intellige vt ibi.

Decretum

60 Statutum namque recipit paffiuam interpretationem a iure communi, ita vt ius commune loquens de cafu, in quo difponit ftatutum, illud declaret & interpretetur *Gl. in l. hac confultiffima in princ. verbo per nuncupationem C. qui tefta. fac. poff. Hond. conf.* 110. *num.* 14. *lib.* 1. *Anguifc. conf.* 20. *lib.* 2 *& conf.* 7. *num.* 13. *lib.* 1. *Bec conf.* 12. *num.* 39. *&* 40. *Marefc. lib.* 2. *var. cap.* 29. *num* 13. *&* 14. *Altograd. conf.* 31. *num.* 42. *confil* 58. *nu.* 36. *Font. de pact. nupt. tom.* 2. *Claus.* 5. *Gl.* 8 *p.* 6. *num.* 46. *Mar. Ant. var. lib* 2. *refol.* 21. *num.* 8. 9. *& lib.* 3. *refol.* 40. *num.* 27. 28. *Tort. in ftat. Pap. in prelud. num.* 104. *Socc confil.* 23. *num.* 20. *tom.* 1. *Mafcard. de general. ftat. inter. concl.* 2. *num.* 1 *& fequ. Cyriac. contr.* 25 *num.* 13. *& contr.* 104. *num.* 4.

61 Et an teftes debeant vno eodemque tempore cum teftatore fubfcribere? & videtur quod fic, primo *per tex. in l. hac confultiffima C. qui teft. fa. poff.* vbi Imperator dans formam teftamẽto cæci mandat quod teftator folum teftamentum nuncupatiuum condere poffit exprimendo coram feptem teftibus nomen hæredum, & cæteras folemnitates, ibi expreffas adhibendo, fubdit deinde *in § quibus omnibus* hæc verba *quibus omnibus ex ordine peroratis vno eodemque loco, & tempore fed & tabularij manu cõfcriptis fub obtutu feptem teftium, & eorumdem teftium manu*
62 *fcriptis &c.* cuius textus difpofitio fundata eft in ratione euitandæ falfitatis & fraudis vt in fine dictæ l. afferitur ibi *fic fieri namque confidimus vt non recipiat fe tantum in cæcis teftandi licentia fed ne locum quidem vllum relinquat infidijs &c.* bene *Eugen. conf.* 63. *num.* 37. *lib.* 2. *Blaf. Michal. de Cae. Surd. & Mut. cap.* 6. *fub num.* 14. *& num.* 28. idem ergo videtur dicendum in terminis noftræ pragmaticæ quæ teftamentum nuncupatiuum mandat fieri cum fubfcriptionibus teftium, & fic nos reducit ad terminos iuris communis quod in fi-
63 mili cafu fubfcriptionem teftium requirit, vnde ab eo recipere debet interpretationem vt fupra firmauimus, & præter ibi allegatos hoc firmat *Tiẽtac. conf.* 31. *num.* 8. *tom.* 2. *Hier. de Leo. dec.* 40. *num.* 26. *&* 28. *tom.* 3. *Salon. de Pac. in l.* 3. *Taur. num.* 1149. *Pacian. conf.* 137. *num.* 12. Sed vide *Blaf. Michalot. dicto cap.* 6. *num.* 20.

64 Secundo probari poteft ex *tex. in l. fi vnus C. de tefta.* vbi dicitur *fi vnus de feptem teftibus defuerit vel coram teftatore omnes eodem loco teftes fuo vel alieno anulo non fignauerint iure deficit teftamentum* notando verba illa *corã teftatore omnes eodem loco* quæ manifefte indicant debere fubfcriptiones teftium a iure requifitas fieri vno eodẽque contextu ad euitandam falfitatẽ *Afflict. dec.* 69. *& dec.* 143. *Fulgof. conf.* 56 *fub num.* 2. *Corn. in dicta l. fi vnus num.* 3. *Ricciard. Inft. in rub. de teftam. nu.* 111. *verf. decimo Marc. Salon. de pac. in dicta l.* 3. *Taur num.* 1151. *Bellon iun.*
65 *conf.* 37 *num.* 1. qui omnes firmant folemnitates teftamentarias vnico contextu adhibendas effe, alias falfitas nõ euitaretur.

66 Probatur etiam ratione, & primo quia ifta folemnitas a noftro ftatuto inducta eft pro forma vt fupra firmaui, & fubftantialis, pro vt præfumitur quælibet folemnitas a ftatuto introducta *Surd conf.* 124. *num.* 5. *confil.* 282. *num.* 10. *Staib. conf.* 90. *num.* 19. 20. *Pic. de contr. Gl.* 11. *num.* 2. *Maluaf. conf.* 45. *num.* 36. *Aldou. conf.* 1. *num* 44. *Intrigl. conf.* 13. *num.* 13.

67 Et in puncto de folẽnitatibus fubfcriptionum & alijs requifitis a ftatuto in teftamento quod fint fubftantiales *Staib. dicto conf.* 90. *num.* 14. *Marc. Salon. de pac. in l.* 3. *Taur. num.* 1122. *Mattienz. lib.* 5. *tit.* 4. *l.* 1. *Gl.* 4. *num.* 11. 12. *Maluaf. fupra & vide Grattian. dec.* 186. *nu.* 3.

68 Et generale eft in qualibet folemni-

tate

tate formali & ſubſtantiali alicuius actus quod debet eſſe contemporanea cum actu, & adeſſe loco, & tempore contractus, nec ſatis eſt quod poſtea ſuperueniat *Bald.conſ.447.in fine lib.1. Matienz.dicta l.1.Gl.4.ſub num.10. Tiraq.ad ll.connub. Verbo conſentement Gl. 6.num.4.* vbi etiam dicit quod ſolemnitas ad actum requiſita ab actu diuidi & ſeparari non poteſt, quia forma eſt indiuidua *Tort.in ſtat.Pap.ſtat.119. in Ciuilibus num. 86. Pancirol. conſ.187. num.16.Bellon.de pot.cor.quæ fiunt in cont. lib.1.cap.104.ſub num.9. Andriol. Contr. 84. num.8.9. Surd. conſ.385. num. 104. Cancer.Var.reſol.lib.2.cap.1.nu.70. Ceuſ. Vg.conſ.34.num.3.4. Oſaſc.dec. 166.num. 8.9.Azoni.conſ.81.num.8.Bottil.de Succ. ab inteſt.cap.2.Theor.44.a num.19. cum ſeq. Mareſc.lib.2. Var.Cap.106. num.16.*

69 qui dicit quod ſolemnitas debet eſſe iuncta cum actu ſicut materia cum forma.

70 Hinc conſenſus alicuius in aliquo actu pro forma ex diſpoſitione iuris interponendus, debet in ipſo actu intercedere nec ſufficit ſi poſtea ſuperueniat *Cancer.Tiraq.Tort.Andr.Bellon. & Pancirol. locis ſupra citatis Carpan. ſuper ſtat. Mediol.tom.1. Cap.328. num. 261.Menoch. conſ.240.num.45.conſ.461 num.34. Paſcb.de Patr.pot.p.p. cap.6.nu. 112. Aldobrand.conſil.95. num.2. vol.2. Bertaz.Clauſ.7. Gl.6.num.1. Bottil.dict. Theor.44.nu.28.*

71 Secunda ratio eſt quia ratio propter quam legislator motus fuit ad hanc ſolemnitatem inducendam eſt ad euitandas occaſiones falſitatum, vt in eadem pragmatica dicitur, ergo intelligi debet hoc ſtatutum vt per viā cōpræhenſionis prohibeat omnes caſus, in quibus falſitas poſſit committi, ne alias reddatur eluſorium *l.3. ff. de milit.teſtam. Mantic.de Tacit. & ambig.lib.2 tit.12. num 30. Monach. dec. Flor 1.num.86. Gloris. Reſp.1 p.3. num. 129. Mariſc.var.reſol. lib 2. cap.106.nu. 14.15. Fenzon. in ſtat. Vrb.Rom.cap.34. num.17. Crauett. conſil.28.num.4.*

Facit quia ſtatutum factum ad euitandas fraudes latam recipit interpretationem etiā in materia odioſa *Dec. conſ.30.col.2.verſ.ſecundo hoc idem probatur & conſ.660.nu 9* vbi dicit quod iura quæ fraudem remouent late ſunt interpretanda *Bec.conſ.62.num.18 Rot. deciſ.42.num.9. part.2 diuerſ. Bar.z.dec. 62.num 71. Cebzer. Auxed. de Templ. ſeu cor.pan.cap.21.num.1.*

72 Et in terminis terminantibus quod quando in aliquo contractu, vel teſtamento requiritur alterius ſubſcriptio pro euitanda falſitate illa debeat in continenti fieri non ex interuallo, alias actus eſt nullus. *Mareſc. lib.2.var. cap. 106. a num. 13. ad finem Fenzonius ad ſtat Vrb Rom.Cap 34. num.17. Marc. Salon.de pac.in l.3. ff. aux.nu.1040.verſ. nec aduerſus & verſ. in ſuperioribus & num.1051. Eugen conſ 63.num.37. tom. 2. Rub.ſingul. p.6. fol.625 col.2.num.1. & 2. & vide Rub.dec. 113. num. 8. & 9. tom.2.*

73 Sed vide *Gl. in Conſt. Inſtr. robur de fide & auctoritate inſtrumentorum Verbo ſubſcribens verſ. item quæro.* quæ de neceſſitate præſupponit ſubſcriptionem poſſe quandocumque fieri inquit enim item quæro an producto inſtrumento ad probationem coram iudice & vno tantum teſte ſubſcripto proſit producenti caſum mortis alterius teſtis allegare, qui contractui interfuit & inſtrumentum ſubſcribere debuit nec ſubſcripſit? Reſpondeo nullum afferre adminiculum alleganti ſed eius eſſe negligentiæ imputandū quod a teſte non fecit in vita teſtis ſubſcribere inſtrumentum &c. *& Azeued. in l.recompilat.lib.4.tit.25.de los eſcriuanos l.13. nu.33.*

Et an teſtes debeant ſubſcribere in principio vel in fine teſtamenti? dic quod in fine teſtamenti *Biaſ.Michalor. ex Bald. in tit. de pac. conſtant. de Cae. Mut. & Surd cap.6.num.18. Eugen.conſ. 63.a num.2. tom.2.*

Tertia

74 Tertia difficultas est si constat testamentum esse verum & nullam falsitatis suspicionem haberei & sic cessat ratio finalis statuti An si solemnitates statuti seruatæ non fuerint sit nullũ? ego semper pro validitate testamenti iudicarem pro vt summa cum ratione & iustitia votauit *Sp.D.Ioannes Alliata vir nobilitate & ingenij laude non fraudandus* vnus ex tribus Curiæ Prætorianæ iudicibus proualiditate testamenti Illustris Ducissæ Sanctæ Luciæ infauorem Illustris Ducis eius viri D. Francisci Branciforti (filij Illustris D. Nicolai Placidi Branciforti, Principis Leonfortis, & Fratris Illustris D.Ioseph Branciforti Principis petræ pertiæ, & Comitis racudiæ viri quidẽ ex morum probitate & animi prudentia incomparabili numquam satis pro merita comendati) qui dum hæc scribo manus Capitanei iustitiæ huius Vrbis cum magna Ciuium laude gerit contra Illustrem Principem Cassari, licet *D. Carolus la Lumia, & D. Carolus Vani* alteri duo iudices Curię Pretorianæ pro nullitate iudicauerint, vnde iuræ merito eorum sententia fuit reuocata *a Sp. Doctissimo & numquam satis laudato D Octauio Caracciolo* Iu-
75 dice appellationum, quoties enim cessat falsitas, & sic habemus intentum statuti, licet solemnitas ommictatur actus valet *Becc. cons.179. num.19. lib. 2. Hond cons 58. nu. 68. lib. 1. Paris cons. 33. num 40. lib. 2. Rot. Rom. per Rub. to. 1. p. 2. dec 498.*

76 Et quoties statuti forma inducta est ob certam causam vel certum effectũ dicitur semper adimpleta quando habemus effectum statuti, ita *post Farin. Rum. Bran. Serafin. Roman. Mantic. Cassador. & Put. Merlin. decis 559. Larr. dec. 78. num. 7. tom. 2. Salgad. Laber Cred. p. p cap. fin. num. 135. Franc. de Leo dec. 108. num. 13 tom. 1. Mantic. dec. 238. nu. 7. Ventur. Cons. 17. num. 3. Caren. Resol. 70. num. 13. Ciarl contr. 82. num. 25. Farinac. dec. Rot. Rom. 167. num. 12. p. 2. DurA. dec. 286. num. 8. Paris de Resign. lib. 11. q. 2. num. 21. 22. Barbos. axiom. 100. num. 5. Sperell. dec. 154 num. 20. tom. 2. Cyriac. Contr. 308. num. 28.*

77 Hinc dicunt *Mantic. de Tacit. lib. 2. tit 4. num. 45. Ludou. dec. Rot. Rom. 518. num. 4. & 11.* quod quamuis cessante ratione legis quæ formam induxit nõ debeat cessare obseruatio formæ tamen hoc non procedit quando forma est introducta propter certum effectũ, quia tunc cessante causa. & sic quando habetur effectus cessat obseruatio formæ.

78 Et quod cessante ratione pragmaticæ cessat pragmatica, & cessante ratione statuti cesset eius dispositio sicut cessante ratione legis multos coaceruat more solito *Giurb. super Cõsuet. Mess. cap. 10. Gl 4. sub num 3 Cost sicul. cons 72. num. 21. Barbos. Axiom. 136. num. 9 Castell. ad ll. Mortin. cap 2. de Iurisd. Inquisit. sub num. 15. & Contr. 1. inter Inquisit. & Magis. sub num. 17. Mut. Consuet. 1 num 94. scripsi in Add. ad Iustific. Oct. Cerf sub num. 119 & a num. 166. inter consil sicul. super priuileg. Vrb. Panor. quod fiscus non possit principaliter agere contra Ciues.*

79 Præterea si aliter diceremus pragmatica fauore testantium introducta vt voluntates eorum locum habeant, & non alterentur vel falsificentur retorqueretur in odium contra tex. in l. quod fauore de ll. quia ab intestato succederent, quos forsam testatores nollent Hinc dicit *Surd. de Aliment. prin. 56. sub nu. 109.* quod si minor donat seruata statuti solemnitate ea donatio est nihilominus nulla quia solemnitas introducta fauore minoris non debet retorqueri in odium.

Facit tex. & ibi DD. in *l. 1. C. de Sacro Sanct. Eccl.* ibi & morientium dispositiones euerti non debent *Prat discept. Forens. cap. 23. tom. 2. num 16.* Imo adamussim obseruari, & absque vlla cunctatione executioni demandari *Prat. tom. 2. discept. For. cap. 4. num. 1. & cap. 8. num.*

*num.*51. Vnde in adagium circumfertur disponat testator & fiat lex. §. *disponat Auth. de Nupt. C. an. vltima voluntas 13. q. 2.* modisque omnibus seruari debent *Prat. dicto cap. 4. num. 2.* & est æquum stari ei quod testator disposuit *l. cum quidam C. de Necess. seru. hared. Inst. Prat. cap. 9. num.* 46. Et Reipublicæ interest suprema mortuorum elogia substineri *Paul. Rub. Resol. pract. cap* 42. *num.* 375.

Et in puncto omnino videndus doctissimus Blasins Michalora *de Cae. Mut. & Surd. cap. 6. num.* 28. vbi sic inquit vnum tamen pro complemento istius capituli omictendum non duxi has nempe solemnitates a lege requiri ad euitandas fraudes quæ in testamentis cęcorum fieri possunt vt in dicta *l. hac consultissima expresse habetur vbi Iason. num. 4. & Dec. num. 36. Marc. Anton. Natt. in dicta l. hac consultissima §. ex imperfecto num.* 37. *C. de Testam.* Ac propterea cessante fraudis suspicione valeret testamentum cæci etiã si prædictis careret solẽnitatibus *Bald. in dicta l. hac consultissima vbi etiã Dec. num. 36. Natt. in dicto §. ex imperfecto num. 3. sequitur Menoch. de præsumpt. lib. 4. præsumpt. 6. num. 2.* qui dicit qua propter quando cessat illa falsitatis suspicio testamentum consistit & si solemnitas illa non fuit obseruata subdit deinde *Michalor.* quod inter alias cõiecturas ad excludendam falsitatis suspicionem considerat *Menoch.* si testator super vixerit per plures annos post illud conditum testamentum, cum enim illud non mutauerit dicetur declarasse se velle illud valere idem & multo fortius dicendum esset si Cæcus ante cæcitatem aliud fecisset testamentum, in quo eadem ferè præcipuè circa hæredũ institutionem disposuisset; tunc enim cessaret suspicio in testamento condito in cæcitate fraudes aliquas fuisse adhibitas; & tanto magis si non vnum; sed plura præcessissent testamenta ad fauorem earumdem personarum, tunc enim diceretur apparere de enixa eius volũtate suspicionem fraudis prorsus excludente subdit etiam deinde *Michal.* posset etiam considerari ad exclusionem fraudis amor & beneuolentia testatoris erga personas institutas & demum cessat fraudis suspicio si per testes probaretur vere sic disposuisse testatorem; & cessante fraudis suspicione, cessant prorsus supradictæ solemnitates vt per *Menoch. & alios supra citatos hac Blas. Michal. Rub. Resol. pp. cap. 58. num.* 259. vbi inquit sed in casu nostro cum lex introduxerit tot solemnitates vt fraudis suspicionem in testamentis condendis euacuet, quamobrem supposito testamentum esse verum, & sincerum, satisfactum est menti legis, quæ alium non habet finẽ nisi alter non appareat voluntas testatoris, quam est, sicque cessante tali timore cessat dispositio ob talem timorem inducta & licet cap. 41. num. 303. contrarium videatur firmare quod requiratur veritas cum solemnitate, copulatiue tamen loquitur quando testes in testamento scripti contradicũt testamento licet plures extra testamẽtum contrarium dicant, & sic quando veritas aliter constat quam ex testibus in testamento descriptis & de testamento cæci vide omnino *Virgil. de legit. person. cap. 10. sub num.* 11.

80 Facit etiam illa communis conclusio quod quãdo testator adhibuit solemnitatem sufficientem testamento nuncupatiuo, non tamen sufficientem testamento in scriptis, vel econtra; & cõstat quod volebat testari in scriptis, licet testamentum non valeat vt testamentum in scriptis valet vt nuncupatiuum *Cyn. Corn. & Ias. in l. hac cõsultissima §. per nuncupationem C. de testam. idem Ias. in l. si quis ita num. 15. de verb. oblig. vbi de commun. Socc. sen. cons. 142. num. 2 lib. 1. Crot. in l. 1. num. 9. de leg. 1. Ruin. cons. 1. num 21. lib. 2. Goz. ad. cons. 3. num. 11. Boer. quæst. 240. num.* 5.

Duran.

Duran. de art. test. tit. 1. Caut. 1. num. 3. Bran. de reb. dub. in princ. nu. 57. Guilel. de Benedic. in rep. C. Raynutius verbo testamentum il. 2. num. 9. de testam. Gram. dec. 62. num. 25. quos refert Menoch. cons. 313. num. 35. licet num. 36. paucos pro cõtraria opinione referat *Decian. Resp. 74. num. 14. lib. 5. Caphal. cons. 99. num. 16. Vasq. de Succ. lib. 2. §. 11. nu. 9. Crass. §. testamentum quæst. 10. la. 2. Canc. lib. 1. Cap. 4. num. 115. Azeued. lib. 5. recompil. tit. 4. l. 2. a num. 47. Gutier. lib. 3. pp. qq. quæst. 46. Gomez. l. 3. Taur. a num. 39. Car. u. Resol. 37. a nu. 3. ad finem Ventur. consil. 1. num. 50.*

Et quando essemus in dubio illa opinio est tenenda quæ magis fauet testamento ita post *Bart. Bald. Salic. Castr. & Alex. Michal. de Cæc. Surd. & Mut. cap. 9. num. 13. Paul. Rub. Resol. pp. cap. 45. nu. 267. & cap. 42. nu. 382.* dicit quod opinio vnius Doctoris præclari fauens testamento præfertur communi opinioni.

81 Sed redeundo vnde digressi sumus testamentum ab alieno arbitrio pendere non potest *Riminald. cons. 98. Caphal. cons. 202. num. 17. 19. & seq. Surd. cons. 375. Viu. dec. 295. Merend. contr. Iur. lib. 10 cap. 38. & 39. Grassan. cap. 23. Paul. Rub. Resol. prac. cap. 50. num. 49. Mut. Consuet. 38. num. 9.* vbi quando secus.

82 Hinc si testator dicat instituo vnam personam quam nominabit talis dispositio non valet, cum sit captatoria nec etiam legatum valet isto modo *l. captatorias de hered. Inst. l. captatorias de testam. milit. l. illa institutio de hered. Inst. l. captatoria de leg. 1. l. nonnunquã de cond. & demonstr.*

83 Et licet in legatis & fideicommissis obstare videatur *tex. in l. Senatus §. legatum de leg. 1.* vbi habetur quod legatum potest conferri in voluntatem alterius; Respondetur communiter quod intelligitur alterius scilicet ipsius legatarij, secundum *tex. in l. si ita legatum §. illi si valet de leg. 1.* & dicitur

84 voluntas captatoria altero de tribus modis puta si dicatur instituo Titium vel lego Titio si Caius voluerit, vel instituo Caium si Caius me instituerit, vel instituo illum quem Titius voluerit, vel elegerit his tribus casibus substantia & essentia dispositionis seu legati confertur in voluntatem alterius, & ideo non valet.

85 Secus si electio sit restricta ad certum genus personarum puta instituo vnum de familia mea vel de libertis meis quem Titius elegerit, vel illi de familia lego, quem Titius elegerit, vel lego pauperibus quos Titius elegerit, tunc quia non substantia legati est commissa in voluntatem alterius sed sola electio non potest dici captatoria, & valet quia testator non potest decipi, quia si non elegerit, omnes de familia vel omnes liberti intelliguntur instituti & vocati *l. si Titio §. cum quidam de leg. 2. l. virum §. cum quidã de reb. dub. Bartol. in dicta l. illa institutio & in dicta l. captatorias Paris. cons. 38. lib. 3.*

86 Relatiuum puta pro ve: talis disposuit an valeat *Mastrill. dec. 190. Castill. dec. 50. Gabr. concl. 11. de testam. & vide Ventur. cons. 46. Paul. Rub. Resol. prac. cap. 38.*

87 Secundum testamentum approbans primum licet illud non validet, tamen ex illa approbatione inducitur fideicommissum, & hæres secundi tenetur restituere primo hæredi *Gomez. var. resol. lib. 1. cap. 4. num. 6. vers. quarto facit talo fundamentum.*

88 Vitiatur si deficiat dies vel annus *Hond. cons. 66. num. 45. lib. 1.*

89 Vltimum non caret suspicione quando primum habet clausulam derogatoriam, & in eo non est facta mentio de clausulis *Dec. in l. si in alio & ibi Iason in l. legatis col. 4. de leg. 1. Perus. dec. 2. num. 332.*

90 De Testamento cum clausula derogatoria ad sequentia *Merẽd. contr. Iur. lib. 4. cap. 49. & 50. Intrigl. cons. 22.*

91 Secundum quando reuocet primũ factum cum clausula derogatoria vel iuramento aut alia oratione *Canalc. dec. 25. lib. 3. Vin. dec. 292. Crass. §. testamentum quaest. 87. tom. 3. com. op. de Testam. Cap. 34. Bologn. cons. 56. Eugen. cons. 92. tom. 2. Ramondett. inter consil. sicul. per lun. cons. 12. num. 46. Plot. cons. 17. nu. 52. lib. 1. Nou. quaest. for. 29. num. 9. Merend. Contr. Iur. lib. 4. Cap. 50. Bologn. in l. stipulatio num. 71. & seq. de verb. oblig. & vide infra.*

92 Quando reuocetur vel non per secundum *Gabr. concl. 7. de testa. Caphal. cons. 32. num. 1. & cons. 548. Remiwald. cons. 269. Cost. cons. 53. Ripol. de Testam. Cap. 13. a num. 746. Mut. consu. 16. Bellan. de Iur. acc. cap. 7. quaest. 50. per tot. Hod. ad dec. Surd. 128. & 294. Facch. Contr. Iur. lib. 4. cap. 6. 7. & 8. Baldass. de Angel. in l. pacta nouissima num. 6. C. de pact. Rom. dec. 56. num. 3. Balth. Thom. tract. 3. tit. 19. a num. 2437.*

93 Sed an primum ex principis priuilegio non possit reuocari? *Gerond. de priu. num. 1247.*

94 An valeat si notario nomen haeredis exprimente testator respondet quod sibi ita placet vel quod sic? *Gabr. concl. 2. de testam. tom. 3. com. op. cap. 13. de testa.*

95 Ad interrogationem alterius an valeat & quid si testator est grauiter infirmus? *Gram. dec. 73. Menoch. lib. 4. praesumpt. 8. & cons. 468. nu. 7. Ludou. concl. 59. Hand. cons. 33. lib. 1. Surd. cons. 414. tom. 3. com. op. de testam. cap. 32. Intrigl. dec. 33. Crass. §. institutio quaest. 17. Cost. in rub. de verb. oblig. num. 232. Facch. contr. Iur. lib. 5. cap. 69. & 70. & lib. 13. cap. 17. Ripol. de testam. cap. 13. num. 604. Mut. consu. 38. nu. 7. Simon. de praet. cons. 55. num. 10. & cons. 164. num. 2. Bursat. cons. 47. num. 27. & cons. 307. Ventur. cons. 46. Mart. cons. 87. num. 28. Suar. alleg. 1. num. 20. Blas. Michal. de Cac. Surd. & Mut. cap. 33. a num. 33.*

96 Non valet si testes non vident testatorem nisi notam habeant vocem testatoris? *Mut. consu. 36 num. 34. Surd. cons. 158. num. 9. Michaler. de Cac. Surd. & Mut. cap. 17. num 8.*

97 Nuncupatiuum non requirit scripturam & publicationem *Mart. consil. 44 num. 5. & 6. vide Gomez. ad l. 3. Taur. a num. 35. Ventur. consil. 1. nu 47. Paul. Rub. Resol. prac. cap. 38. num. 107. & cap. 39. num. 106. Surd. dec. 292.* Sed scriptura ad probationem tantum requiritur *Michal. de Cac. Mut. & Surd. cap. 6. num. 6.* vbi etiam quod in testamento caeci scriptura est de substantia ita vt absque ipsa scriptura non valeat.

Sed quid dicendum stante pragmatica requirente subscriptionem testatoris & testium? dic quod videtur dicendum scripturam esse de substantia aliter enim nec testator nec testes possent se subscribere *Notat Blas. Michaler. dicto num. 6.*

98 Factum a duobus se inuicem instituentibus potest ab altero reuocari. *Font. Claus. 5. Gl. 8. p. 8. num. 35. Peregr. dec. 50. num. 7. Balth. Thom. tr. 10. de tut. & Cur. tit. 19. num. 1151.*

99 Quando dicatur imperfectum? *Marin. Cap. 238. Hod. ad dec. Surd. 292. num 11. & seq.*

110 Habens signum incisum, & sigilla reserata valet fauore piae causae, licet ex hoc dicatur mutata voluntas testatoris, & testamentum imperfectum ratione voluntatis *Hod. ad dec. Surd. 292. num. 4. Mastrill. dec. 132. Intrigl. singul. 27. lib. 3. Castill. dec. 59. & in addit. Font. dec. 49. 50. 51. Merend. contr. Iur. lib. 15. cap. 32.*

101 Testamenta duo si eadem die inueniantur nec appareat de prioritate cui standum sit? *Ann. singul. 637. Menoch. praesumpt. 13. lib. 4. Decian. Resp. 46. num. 6. & Resp. 52. num. 23. vol. 2. Plot. cons. 41. num. 55. lib. 1. Capr. de Succ. ab intest. in protheor. nu. 179.* vbi quod neutrum valet, nisi in vltimo essent instituti venientes ab intestato, vel quando in altero eorum ademptio ad alterum

vel

vel quando esset institutus ille, qui
reperitur in possessione *Lar. de Ann. & Cappell. lib. 1. cap. 10. num. 26. Afflict. dec. 387. Menoch. de adipisc. remed. 4. quaest. 95. num. 781. Bursat. cons. 36. num. 1.* Est
verum quod pluralitas testamentorū
non præsumitur *Ventur. cons. 1. num. 330.*

102 An valeat scriptum a notario non
dictante testatore, & quid si testator
articulate non loquitur? *Menoch. cons. 596. Sforz. Odd. cons. 76. num 9. Decian. consil. 63. num. 13. vol 2. Blas. Michalor. de Cac. Surd. & Mut. Cap. 33. a num. 1.*
& num. 5. quando dicatur articulate
non loqui & num. 8. quid si erat bal-
butiens & num. 9. *Cephal. cons. 585. nu. 91. & 94. & cons. 546 num. 46. Plot. cons. 17. num. 2. Marsil. in l. qui quaestionem nu. 2. de quaest. Riminald. Iun. consil. 261. per tot. & de intellectu l. iubemus C. de Testam. Castr. cons. 431. in princ. lib. 2. Alex. cons. 115. num 7. lib. 7. Socc. Iun. consil. 144. lib 2. Socc. sen. cons. 19. num. 2. & 4. lib 4. Angel. Aret. cons. 104.* & quando
testator loquitur debili & submissa vo
ce *Zanc. in Respons. pro uxor. num. 946. Mantic de coniect. lib. 3. tit 13. num. 4.*

103 Et an notarius sit puniendus de fal-
so si scripsit testamentum vel codicil-
los tempore quo testator non loque-
batur articulate? *Petr. Enriq. cons. 5. per tot.*

104 In testamento potest apponi ista
Clausula, & voluit ipse testator quod
præsens testamentum semper, & omni
futuro tempore valeat, & suum robur
& efficaciam habeat, & nullo modo
possit per quamcumque aliam vltimā
voluntatem nec quemcumque alium
actum reuocari, & annullari, nisi in
ipsa vltima voluntate vel quocumque
alio actu reuocatorio sit insertum sim-
bolum Apostolicum a primo ad vlti-
mum, alias præsens testamentum sem-
per habeat suum robur & efficaciam,
& nullo alio modo possit reuocari,
quia sic voluit, & ita sibi fieri placuit
& placet *Fab. in C. tit. de Testam. def. 9. num. 14. 15. vide Morend. Contr. Iur. lib. 18. Cap. 19.*

105 Sed an possit reuocari non obstante
prædicta Clausula & quando censea-
tur reuocatum? vide *Fabr. supra.*

106 Et quando valeat secundum si fiat
mentio specialis primi etiam quod nō
fiat mentio de clausula derogatoria?
Bart. cons. 21. num. 2. Facch. contr. Iur. lib. 4. cap. 92. Angel. cons. 213. & cons. 365 num. 3. Castr. cons. 343. Bald. consil. 178. lib. 4. cons. 126. lib. 1. Crau. cons. 126. nu. 5. lib. 1. Alex. cons. 7. lib. 4. Menoch. cons. 106. num. 18. Socc. Iun. in l. si mihi & tibi §. in legatis de leg. 1. Socc. cons. 47. lib 4. Alex. cons. 134. num. 5. lib. 1. Gemin. cons. 115. Ann. cons. 56. Castr. cons. 285. in princ. lib. 1. Tusc. lit. T. concl. 152. Scrad. de feud. p. 10. sect. 20. num. 139. Hippolyt. de Marsil. in l. 1. §. praeterea num. 60. ff. de quaest. Gall. de except. tit. 1. exc. 4. p. 3. vbi num. 33. inquit non requiri specialem
107 mentionem primi quando apparet de-
mutatione voluntatis per Inimicitiā,
idem dicit *Hippolyt. supra scripsi de effectibus inimicitia eff. 101.*

108 In testamento contenta possunt ve-
rificari de voluntate testatoris per te-
stes numero quinque ad instar codi-
cillorum *Paris. cons. 2. nu. 41. lib. 5. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 4. nu. 3. Fusar. cōs. 83. n. 37. Dec. Senat. Dol. 126 a num. 1. Peregr. de Iur. fisc. lib. 2. tit. 4. nu. 16. 17. & vide Surd. cons. 158. nu. 10.*
vbi dicit quod duo testes sufficiunt ad
probandum testamenti accidentia &
qualitates, sed septē omnino ad pro-
bandum substantiam,

109 Et circa declarationem mentis te-
statoris, & circa qualitatem eius di-
spositionis sufficit probatio facta per
testes singulares *Alex. cons. 75. num. 12. in fin. lib. 5. Crauett. cons. 73. num. 33. Simon. de Pret. consil. 83. num. 14.*

110 Ex dictis per testatorem ante com-
pletum, & factum testamentum eius
voluntas probatur *Simon de Pret. cons. 27. num. 5.* & si esset ambiguitas potest
declarari per notarium *Simon. supra*

111 Nec testatoris voluntas errore vel imperitia notarij perire debet *l.errore & l.ambiguitates C.de Testa.Simon.de pret. consf.86.num.1.*

112 Testamentum habet viam executiuam tam ex dispositione iuris communis quam regni *ex cap. Alfons.*114.

113 Sed an dictum capitulum & iuris dispositio locum habeant si testamentum non fuerit scriptum manu notarij, sed manu testatoris vel confessarij? Vide *Cum.super rit.Cap.6 quicumque igitur vbi sub num.* 15. dicit ritum locum habere tantummodo in instrumentis manu publici notarij confectis, & non in alijs sed aduerte quod dictum capitulum 114. loquitur generaliter nulla facta declaratione, vt manu publici notarij vel alterius personæ factum sit neque scribi; & præcise Cum.quem vidi hoc declarauit,ergo nec nos in tantum quod si testamentum est validum habet executionem paratam, tam ex iuris dispositione,quam ex forma data de iure municipali & vide infra nu. 117.

114 Et quantum attinet ad ius commune executionem dari determinat *Ias. in l.fin. vers. tertio notabilis casus est C. de edict.diu.adr.toll.& ibi Bart. & Bald. Boer.dec.*241.*num.*15.*Cost.in Verbo Instrumenta publica quos refert & sequitur Surd.consf.*214 *num* 20. *& consf.*263. *num.* 10. Et maxime quando legata-

115 rius vel fideicommissarius ageret pro legato vel fideicommisso sibi relicto contra hæredem *§.illud vbi Gl.verbo decreto de Hared.& falcid. Nouar.post multos Grau.*321.*nu.*5.*vbi de communi Burg. de mod.proc.ex abr.quæst.*5. *num.*228. licet contrarium teneat *Facch.contr.Iur. lib.*5.*cap.*31.*& vide Merl.cap.*2.*tom.*2.

116 Et quod testamentum habeat viam executiuam intelligas si hæres testamentum acceptat, & vult esse hæres, quando uero illud improbat agendū est uia ordinaria *Rodor. Xuar. in l. post rem iudicatam 6.not. num.*6. *Becc.consil.* 17.*num.*7. *Thes.dec.* 26. *num.*9. *vbi alleg.ss Cum. rit.*19. *num.*7. *Menoch. de adipisc.poss.remed.* 4. *num.*693.711. *et* 714. *Asin.de execut.§.*1.*cap.*11.*vers. Hantibus Peregr.de fideicom.art.*48.*num.*28.

117 Et Rit. intelligitur de testamentis in publicam formam reductis, & omni iuris solemnitate completis *Asin.de Execut.§.*1.*num.*133.

118 Et uide *Muta in addit. ad cap. Rit.* 114. *lit. H.* qui dicit quod testamentū habet uiam executiuam propter uim scripturæ, non testium, unde si non adesset scriptura, sed solum testes nō erit exequibile, nisi de dictis testium conficeretur scriptura.

De Testamento ui & metu facto uide *Auend.de Metu.lib* 2.*cap.*20 *a nu.*39.

119 Et adderte in hac materia testamētaria ad duo in praxi notanda primo quod licet uerbum possit importet facultatem ac liberam uoluntatem, & non necessitatem ut post multos notat *Barbos.de diction.vsu freq.dict.* 268.*num.* 1.tamen si testator in testamento dicat possit hæres si sine liberis moriatur facere petrum hæredem uel quid simile tunc hæres dicitur positus in necessitate restituendi *Noguerol. Allegat.*9.*num.*57. *vers.ex quo Menoch. consf.* 408.*num.*27.*lib.*5.*Grattan.cap.*556.*num.* 66.*Hodier.ad Surd. decisf.*232.*nu.*4.*Fontanell. decisf.*467. *num.* 20.*et decisf.* 526. *num.* 20. *Roland.consf.*30. *num.*4. *Peregr. decisf.*106.*Merl.de pign.lib.*2. *tit.*1. *q.*41. *a num.*6.*Cyriac.Contr.*707.*num.*19.*Ventur.consil.*2. *a num.* 147. *et vide DD. in l.gallus ff.de liber.et post.*

120 Aduerte secundo una cum *Laurent. Maricond. in sua Apologeti. dissert.p.p. num.* 81. quod licet professio non sit nisi mors ciuilis, & testamentum non habeat effectum nisi post mortem naturalem si tamen testetur quis & postea religionem in communi incapa-

121 cem profiteatur statim absque mortis naturalis expectatione cōfirmatur testamentum, & ratio est licet ipse non dicat quia mors ciuilis istius monachi æquiparatur morti naturali, & eidem opera-

operatur effectum *Peregr. de fideic. Art. 28. num. 63. & de Iur. fisc. titul. de deport. nu. 23. Iason. in l. gallus §. & quid si tantum num. 15. ff. de lib. & posthu. Molin. de primog. lib. 1. cap. 13. num. 69. Barbos. in l. 2. in princ. num. 6. ff. solut. matr. Ricc. Collect. decis. p. 3. Coll. 531. Gratian. cap. 102. num. 7. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 2. num. 7. Cancer. Var. Resolut. cap. 24. de fil. qui matr. contr. num. 23. & 24. Pasch. de patr. pot. p. p. Cap. 3. num. 62. Roger. consil. 27. num. 14.*

ANNOTATIONES.
Ad num. 2.

SVPRA in hoc effectu nu. 2. Scripsi quod fideicommissum aut fit in testamento, aut in codicillis, aut in Epistola vna cum *Mantic. ibi citato* sed per hoc nollem inferas fideicommissũ non posse fieri in contractu cum verius, & receptius sit fideicommissum in contractu fieri posse, & dicatur fideicommissaria substitutio, pro vt post plures, quasi infinitos firmat *Giurb. de Succ. feud. §. 2. Gl. 12. sub num. 60. vers. Hinc dicimus fol. 543. col. 1. & Decis. 108. num. 16. quibus addo Fusar. de subst. quaest. 14. num. 1. & 8. Censal. ad Peregr. Art. 51. fol. 513. & 514. Maia consult. 15. num. 13. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quaest. 19. num. 1. Cutell. de Donat. Tract. 2. disc. 1. special. 38. & Orat. 5. & 7. Gratian. Cap. 575. num. 27. Plot. consil. 86. num. 6. lib. 1. Decian. consil. 41. num. 17. lib. 1. consil. 55. num. 1. & 2. lib. 3. Tasson. de Antef Vers. 4. Obser. 4. num. 36. Donad. de Renunc. cap. 27. nu. 20. Amat. Resol. 12. a nu. 1.* licet contrarium dicant *Mart. consil. 8. nu. 29. Roblef. de Repraesent. lib. 3. Cap. 12. num. 13. & alia supradictis DD. citatis addo Barbat in propugn. cap. 7. num. 100.*

Sed de tali fideicommisso non deducitur trebellianica *Fusar. dicta quaest. 14. num. 11. Cutell. post multos dicto spec. 38. num. 6. Hodiern. ad dec. Surd. 144. nu. 10.* qui ex *Font.* inquit trebellianicam non deberi ex substitutione facta in donatione inter viuos sed solum ex sũma reseruata, si idem donatarius efficeretur hæres cum ijsdem substitutionibus.

Sed quæ actio oriatur substitutio in contractu? vide *Bonsern. consil. 8. inter consil. ficul. per lun. & ibi Add. Cutell. Orat. 5. & 7. Amat. dicta Resol. 12. Fusar. dicta quaest. 14.* pænes quos multos.

EFFECTVS SECVNDVS

SVMMARIVM.

1 *Codicillus est species vltima voluntatis.*

2 *Impuberes non possunt conficere codicillos.*

3 *Qui non potest capere ex testamento neque potest capere ex codicillis.*

4 *Codicillus est iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri voluit absque hæredis institutione.*

5 *Hæreditas dari non potest directo in codicillis.*

6 *Conditio hæredi instituto non potest apponi in Codicillis.*

7 *Codicillus quo ad esse suum, perfectam habet voluntatem defuncti.*

8 *Codicilli aut fiunt ab intestato aut facto testamento.*

9 *Codicilli recipiunt interpretationem a testamento. Et per testamentum declarantur.*

10 *Codicilli reputantur vna dispositio cum testamento si sint facti eodem tempore.*

11 *Codicilli posteriores non tollunt primos nisi sint contrarij.*

12 *Legatum relictum in codicillo potest tolli per codicillum.*

13 *Codicillus habet executionem paratam sicut testamentum.*

14 *Codicillus an veniat appellatione testamenti.*

Clau-

15 *Clausula codicillaris non expressa in testamento an debeat intelligi.*

1 Ecunda species vltimæ voluntatis est Codicillus, vt scripsi supra effectu primo, & notat *Eminentissimus Mantic. de Coniectur. vlt. volunt. lib. 1. Titul. 8.* & in eo con-
2 ficiendo requiritur ætas ad testamentum requisita, quia qui non potest testari non potest codicillare *l. conficiuntur §. codicill. ff. de iur. Codicill. l. 2. ff. de leg. 1. l. Diuus §. 1. vers. codicillos ff. de iur. Codicill. l qui testamenta l. cum quis decedens §. Titia ff. de leg. 3. Bartol. in l. 1. num. 18. ff. de iur. Codicill. Socc. Iun. in dicta l. 2. num. 7. & num. 149. Socc. sen. cons. 125. in princ. lib 3 Corn. cons. 259. num. 3. lib. 3. Cons. 258. nu. 2. lib. 4. Bald. in l. Titia filium nu. 3. ff. de inoff. testam. Rub. Alex. cons. 125. num 3. Craff. in §. Codicillus num. 2.* indubitatum dicit *Xuares in l. quoniam in prioribus in 18. declaratione in primo intellectu sub num. 102. C. de inoff. testam. Eugen. cons. 85. num. 34. & seq. lib. 1. Fab. Turrett. de effect. & defect. Claus. Codicill. quast. 19. defect. 17. num. 10 & quast. 27. defect. 11. num. 32. Antonell de Tempor. legit. lib. 2. cap 4. num. 4. Gall. de except. succ. ab Intest. vel testam. except 4. nu. 26.*

Hinc qui per statutum prohibetur testamentum facere prohibetur etiam codicillos facere *Craff. dicto §. Codicillus num 3.*

3 Sicut qui non potest capere ex testamento, ergo neque ex codicillis *l qui testamento § cum quis decedens ff. de leg. 3. Bald. in l. fin. col. 3. in fine vers. & per hoc apparet C. de Codicill. Dec. cons. 561. sub num. 4. in fine Simon. de prat. de Interpret. vlt volunt. lib. 2. solut. 11. nu. 22. & seq fol. 105. Fab. Turrett. dicta qu. 27. num. 30.*

Et in eo condendo vel destruendo quinque testes requiruntur *Mart. de Suc leg. p. 4. q. 20. Art. 2. num. 3. 4. Surd. cons. 356. sub num. 20. vers. quare non resistit & cons. 129. num. 5.* vbi quod sufficiunt quinque testes etiam non rogati etiam si sint fœminæ *& cons. 256 nu. 8.* vbi quod non requiritur quod sint rogati sed debent esse omni exceptione maiores & *cons 158. num 14.* dicit quod non requiritur quod testes videant testatorem vel ab eo videantur, bene *Craff. dicto §. Codicillus num. 4. & 9. & 12. Gall. supra num. 30. 31* Sed quid in Codicillis factis a cæco? quod non secundum communem sed requiruntur testes in eius testamento requisiti *Craff. dicto §. Codicillus num. 7. Mart. de Succ. legal p. 4. q. 1. Art. 9. nu. 12.* vbi secus dicit de donatione causa mortis a cæco facienda si vnus ex quinque testibus contradicat improbantur Codicilli *Mart. supra q. 20. Art. 2. num. 8* legatarij non possunt esse testes num. 5.

Si fiunt in scriptis An requiratur pro forma subscriptio quinque testiũ? quod sic *Craff. in dicto § Codicillus num. 10. Gall. vbi supra num. 34. 35. & 36. non tamen testium sigilla requiruntur Gall. supra num. 37.*

4 Est autem Codicillus iusta sententia de eo quod quis post mortem suã fieri voluit absque hæredis institutione *l. 1. cum ibi notatis ff. de Testam. Roman. in Rub. ff. de iur Codicill. Mantic. vbi supra Mart. de Suc. leg. p. 4. q. 20. Art. 1. num. 5.*

5 In codicillis namque hæreditas neque dari neque adimi potest directo ne confundatur ius testamentorum & codicillorum *l. 2. & l. si idem C. de Codicill. l non codicillis C. de Testa. §. pen. Inst. de Iur. Codicill. l. scæuola ff. ad Trebell. Mantic. loco citato Craff. dicto §. Codicillus num. 13. et seq Surd. cons. 232. num. 18. et cons. 503. nu. 6. Menoch cons. 1163. num. 16. Gall. de Except. Succ. ab intest. vel testam. Except 4. num. 1. Mart. de Succ. leg. p. 4. q. 2. Art. 2. num. 10. et 11.* licet *Bart.* quem sequuntur *Craff. supra num. 14. Menoch. supra num. 18. et cons 942. a num. 1.* velint hoc non habere locum inter liberos loquendo de substitutione

tione pupillari facta extraneo reuocata in codicillis ad fauorem liberorum.

Sed contrariam opinionem veriorẽ esse existimant *Ceuall. com. contr. commun. qu. 310. Menc. lib. 3. de Succ. creat. §. 25. & 27. Gall. vbi supra et Mart. loco citato num. 12. et vide num. 13. Fusar. de subst. quæst. 8. num. 25.*

Bene tamen possunt in eis fideicõmissa fieri Hinc institutio facta in codicillis ad fideicommissum trahitur §. *præterea Inst. de Codicill. Virgil. de legit. pers. hæred. Cap. 20. num. 11. Gall. supra num. 3.* & ideo fideicommissum non solum probatur per testamentum in forma probante sed etiam per codicillum vt notat *Virgil. supra* & ideo verba directa in codicillis oblique accipienda sunt *Casal. cons. 420. n. 2. Gall. supra nu. 5.* pænes quem multa ad materiam.

6 Nec minus in codicillis potest conditio apponi hæredi instituto in testamento *Mata Consult. 21. num. 14. et 15. Mart. de Succ. legal. p. 4. qu. 20. Art. 2. num. 14.*

7 Et quo ad esse suum perfectam habet voluntatem defuncti, non autem comparatiue quo ad testamentũ *Menoch. de adipisc. poss. Remed. 4. num. 197.*

8 Et Codicilli aut fiunt ab intestato aut facto testamento primo casu mortuo patrefamilias nihil desiderant Codicilli, sed vicem testamenti habent; condito vero testamento aut præcedunt aut sequuntur aut in ipso testamento continentur: & facto testamento etiam si in eo codicilli confirmati non sint, vires tamen ex eo accipiunt, & quæcumque in codicillis scribuntur perinde habentur ac si in testamento scripta essent, & pars testamenti intelliguntur, & ius eius sequuntur; & in tantum pars testamenti intelliguntur, vt si facti sint per nũcupationem, & testamentum sit conditum in scriptis, ipsi quoque dicuntur in scriptis: & licet olim codicilli facti ante testamentum non valerent, nisi in ipso testamento aut posterioribus codicillis cõfirmati, hodie nisi simpliciter reuocentur confirmati intelliguntur: in ipso autem testamento facti intelliguntur quando testator expressit vt si testamentum non valeret iure testamenti valeat iure codilli, bene *Mantic. dicto titul. 8. Surd. cons. 230. Caphal. cons. 515. num. 10. et seq. in 4.*

9 Et recipiunt interpretationem a
testamento *Menoch. cons. 452. nu. 1. Fusar. cons. 113. et 114.* vbi codicilli de-
10 clarantur per testamentum, & econtra, & reputantur vna dispositio si sint facti eodem tempore *Surd. cons. 150. num. 134.*

11 Et posteriores non tollunt primos
nisi sint inuicem cõtrarij *Mart. de Succ. leg. p. 4 q. 20. Art. 2. num. 22. Surd. cons. 230. num. 2. et 14. et 320. num. 1. et nu. 2.* dicit quod codicillus in quo legatum in alio codicillo relictum reperitur ademptum videtur posterior, & sortitur effectum etiam si nõ appareat quis prior fuerit *Gall. de Excep. Succ. ab intest. vel ex testam. Except. 4. num. 39. 40. et 42.* & si essent eodem die confecti, & eadẽ res in illis legata esset duobus, tunc vterque legatarius concurreret *Gall. supra num. 41. Mart. de Succ. legal. p. 4. q. 18. Art. 10. n. 96. et cons. 356. nu. 8. dicit Surd.* quod per codicillum
12 potest tolli legatum relictum in alio
codicillo; & etiam relictum in testamento; vide *Gratian. cap. 605. Specul. in titul. de Instrum. edit. § compendiose num. 35.*

13 Codicillus habet executionem paratam sicut testamentum *cap. R. Alfons. 114. Mut. consuet. 38. num. 13.*

14 An veniat appellatione testamenti? *Cott. in memor. lit. C. Verbo Codicilli Mart. de Succ. legal. p. 4. q. 20. Art. 1. num. 2. et p. 4. q. 15. Art. 2. num. 7. Mut. consuet. 38. num. 11. Surd. dicto consil. 230. num. 4. 21. et 22. et cons. 258. num. 6. Barbos. de Appellat. Verb. signific. Appellat. 262. num. 2.* vbi quod appellatione testamenti

largo

largo sumpto vocabulo continentur codicilli *Molignat. de Appellatiua V.I. extensi.num.*1065. *vbi multa.*

Fallit in odiosis, & ideo prohibitus alienare in testamento non est prohibitus alienare in codicillis *Cott. vbi supra.*

An veniat appellatione contractus? quod non scripsi *eff.*1.*num.*263.

15 Et an Clausula codicillaris non expressa in testamento debeat intelligi? *Mantic.de Contect.vlt.vol.lib.*1.*tit* 9. de qua Clausula, videndus omnino *Fab. Turrett.de effect.& defect.Claus Codicill. Crass.in dicto §.Codicillus, & Gall. dicta excep.* 4.

EFFECTVS TERTIVS

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis est species vltimæ voluntatis.*

2 *Donatio causa mortis quinque testes desiderat ad sui validitatem.*

3 *Donatio causa mortis an requirat præsentiam donatarij? & num.* 22.

4 *Donatio causa mortis vt possit reuocari duo testes sufficiunt.*

*Contrarium quod requirantur quinque num.*5.

6 *Donatio causa mortis an possit fieri a minore.*

Et an in tali donatione habeat locũ capitulum Imperatoris Caroli 78. *num.*7.

8 *Donatio causa mortis quomodo differat a testamento.*

9 *Donationis causa mortis proprium est vt donans velit magis donatarium habere quam heredem suum.*

10 *Donatio causa mortis in quot species diuidatur?*

11 *Donatio causa mortis vel inter viuos facta ex quibus coniecturis cognoscatur? & num.* 16.

12 *Filius familias patre permittente possit donare causa mortis.*

*Et an consensus dicatur sufficiat n.*13.

14 *Donatio [illegible] causa mortis dicatur duo requiruntur mentio mortis scilicet, & quod sit collata in tempus mortis.*

15 *Donatio an possit dici causa mortis si in ea nulla [illegible] de morte?*

17 *Donatio facta per verba doppo la mia morte, dicatur donatio causa mortis.*

18 *Donatio non dicitur causa mortis si de morte fiat mentio in executiuis.*

19 *Donatio causa mortis transit in donationem inter viuos quando in ea fit mentio de heredibus donatarij.*

20 *Donatio causa mortis facta cum pacto vt nullo modo possit reuocari fit donatio inter viuos & irreuocabilis.*

Quid si huiusmodi pactum sit positum in executiuis contractus? nu 21.

23 *Donatio causa mortis facta de omnibus bonis præsentibus & futuris valet.*

24 *Donatio causa mortis non debet insinuari.*

25 *Donatio causa mortis habet executionem paratam.*

26 *Donatio causa mortis morte confirmatur.*

27 *Hæres non dicitur capere iure hereditario quando dominium bonorum hereditariorum transit potius in alium quam in eum licet ex post facto reuertantur ad eũ ex dispositione defuncti.*

Et talia bona non imputantur in falcidiam num. 28.

29 *Donatarius causa mortis potest propria authoritate possessionem ingredi.*

30 *Donatio causa mortis & tradita in vita donantis si donans se pœnituerit repetuntur vna cum fructibus.*

31 *Donatio causa mortis expressa causa quia donans iturus est extra Regnum an censeatur tacite reuocata per redditum donantis?*

32 *Donatio causa mortis reuocatur per premorientiam donatarij.*

33 *Donatio causa mortis reuocatur per pignorationem & alienationem rei donatæ & nu.*34.

Dona-

35 *Donatio causa mortis facta in contractu matrimoniali an reuocetur natiuitate filiorum?*

36 *Donatio causa mortis non intelligitur reuocata si donans instituat heredem in omnibus bonis suis.*

37 *Donatio causa mortis facta cum Clausula omnia obseruare & non contrauenire non potest reuocari.*

39 *Donatio causa mortis a duobus simul vni facta non potest ab altero ex eis altero inuito reuocari.*

39 *Donatio causa mortis si reuocatur reducitur ad non causam & res restituitur cum fructibus perceptis tempore donationis.*

1 TERTIA & vltima species vltimæ voluntatis est donatio causa mortis vt scripsi *supra effect.* 1. & patet ex *L. cum antiquitas vbi notat Alex. C. de Testam l. Vn. §. vlt. C. de Caduc. Toll. Mantic. de Coniect. vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 12. *nu.* 12. vide quæ scripsi *de effect. min. atat. quo ad contractus effect.* 8. *nu.* 66. *Paul Durand. de cond. & mod. imposs. p.* 4. *cap.* 5. *num.* 8. *& sub num.* 30. *citat*
2 *Mantic. loco citato* & ideo quinque testes desiderat *l. vlt. C. de Donat. caus. mort. l. vlt in fin. C. de codicill. Mantic. supra Virgil. de legit. pers. cap.* 10. *num.* 5. *scripsi to.* 3. *de Cit. in Annot. ad quest.* 19. *num.* 74. & ad DD. ibi citatos, addo *Duran. supra num.* 31. *Antonell. de Temp. leg. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. *Crass. §. Donat. caus. mort. q.* 11. *Intrigl. post multos singul.* 88. *num.* 245. *lib.* 3. *Natt. cons.* 568. *sub num.* 1. *lib.* 3. *Merend. contr. Iur. lib.* 14. *Cap.* 30. *num.* 4. *& seq.* vbi etiam contrarium tenentes *Menoch. lib.* 3. *præsumpt.* 35. *num.* 5. *Balth Thom. tr.* 1. *de tut. & Cur. tit.* 19. *Cap.* 5. *de donatus. sub nu.* 147. vbi etiam quod inter liberos, & de iure canonico duo sufficiunt *Magon. dec. flor.* 64. *num.* 15. *Carroc. singul.* 178. *Hermosill. ad Lop. Gl.* 6. *&* 7. *l.* 11. *tit.* 4. *p.* 5. *num.* 3. vbi nu.
3 1. an requirat præsentiam donatarij, & vide infra.

4 Licet pro reuocatione duo testes sufficiant, vt scripsi *dicta num.* 74. firmat *Intrigl. singul.* 88. *num.* 288. *lib.* 3.

5 Contrarium quod requirantur quinque testes in reuocatione, dicit *Natt. dicto cons.* 568. *per to.*

6 Et si talis donatio possit a minore fieri scripsi sufissime *in tract. de effect. min. at. circa contract. effect.* 15. *a num* 87. &
7 pro affirmatiua determinaui, vbi etiam an in tali donatione habeat locum *Capitulum Imper. Caroli* 78. & an in modo ineundi æquiparetur cõtractibus scripsi in dicto *effect.* 15. *& ad DD. ibi addo Crass. §. Donatio causa mortis q.* 2. *&* 4. *& vide Clar. in §. donatio q.* 5. *num.* 1. vbi quo ad modum, & ordinationem dum in esse deducitur æquiparatur cõtractui sed post quam est in esse deducta quo ad effectum & efficaciam censetur vltima voluntas, vnde infert quod si statutum dicat quod in contractibus conficiendis debeant interuenire duo notarij ita seruandum erit in donationibus causa mortis, si vero aliud statutum disponat quod vltimæ voluntates habeant executionem paratam pariter donatio causa mortis habebit paratam executionem & rationem dicit esse quia primum statutum disponit circa contractus pro vt sunt in fieri, merito comprælendit donationem causa mortis, secundum vero disponit de vltimis voluntatibus in esse deductis ideo locum habet etiam in donationé causa mortis, econuerso inquit si statutum disponit quod in vltimis voluntatibus conficiẽdis debeant interuenire duo notarij nõ comprælendit donationem causa mortis, ideo ad dicta *in effect.* 15. *vos remitto & vide etiam Antonell.* vbi supra num. 9. vbi quod requiritur ætas testamenti *Crass. §. donatio causa mortis q.* 3. *& q.* 4. quod pupillus non potest donare causa mortis etiam cum authoritate tutoris, & quod adultus curatorem habens potest sine eo causa mortis donare sicut testamentum condere potest.

8 Et differt donatio causa mortis a te-

num. 51. Vnde in adagium circumfertur disponat testator & fiat lex. §. *disponat Auth. de Nupt. Can. vltima voluntas* 13. q. 2. modisque omnibus seruari debent *Prat. dicto cap.* 4. *num.* 2. & est æquum stari ei quod testator disposuit *l. cum quidam C. de Necess. seru. hæred. Inst. Prat. cap.* 9. *num* 46. Et Reipublicæ interest suprema mortuorum elogia substineri *Paul. Rub. Resol. pract. cap* 42. *num.* 375.

Et in puncto omnino videndus doctissimus Blasius Michalora *de Cæc. Mut. & Surd. cap.* 6. *num.* 28. vbi sic inquit vnum tamen pro complemento istius capituli omictendum non duxi has nempe solemnitates a lege requiri ad euitandas fraudes quæ in testamentis cęcorum fieri possunt vt in dicta *l. hac consultissima expresse habetur vbi Iason. num.* 4. *& Dec. num.* 36. *Marc. Anton. Natt. in dicta l hac consultissima* §. *ex imperfecto num.* 37. *C. de Testam.* Ac propterea cessante fraudis suspicione valeret testamentum cæci etiā si prædictis careret solēnitatibus *Bald. in dicta l. hac consultissima vbi etiā Dec. num.* 36. *Natt. in dicto* §. *ex imperfecto num.* 3. *sequitur Menoch. de præsumpt. lib.* 4 *præsumpt.* 6. *num.* 2. qui dicit qua propter quando cessat illa falsitatis suspicio testamentum consistit & si solemnitas illa non fuit obseruata subdit deinde *Michalor.* quod inter alias cōiecturas ad excludendam falsitatis suspicionem considerat *Menoch.* si testator super vixerit per plures annos post illud conditum testamentum, cum enim illud non mutauerit dicetur declarasse se velle illud valere idem & multo fortius dicendum esset si Cæcus ante cæcitatem aliud fecisset testamentum, in quo eadem ferè præcipuè circa hæredū institutionem disposuisset; tunc enim cessaret suspicio in testamento condito in cæcitate fraudes aliquas fuisse adhibitas; & tanto magis si non vnum; sed plura præcessissent testamenta ad fauorem earumdem personarum, tunc enim diceretur apparere do enixa eius volūtate suspicionem fraudis prorsus excludente subdit etiam deinde *Michal.* posset etiam considerari ad exclusionem fraudis amor & beneuolentia testatoris erga personas institutas & demum cessat fraudis suspicio si per testes probaretur vere sic disposuisse testatorem; & cessante fraudis suspicione, cessant prorsus supradictæ solemnitates vt per *Menoch. & alios supra citatos hac Blas. Michal. Rub. Resol. pp. cap.* 58. *num.* 259. vbi inquit sed in casu nostro cum lex introduxerit tot solemnitates vt fraudis suspicionem in testamentis condendis euacuet, quamobrem supposito testamentum esse verum, & sincerum, satisfactum est menti legis, quæ alium non habet finē nisi alter non appareat voluntas testatoris, quam est, sicque cessante tali timore cessat dispositio ob talem timorem inducta & licet cap. 42. num. 303. contrarium videatur firmare quod requiratur veritas cum solemnitate, copulatiue tamen loquitur quando testes in testamento scripti contradicūt testamento licet plures extra testamētum contrarium dicant, & sic quando veritas aliter constat quam ex testibus in testamento descriptis & de testamento cæci vide omnino *Virgil. de legit. person. cap.* 10. *sub num.* 11.

80 Facit etiam illa communis conclusio quod quādo testator adhibuit solemnitatem sufficientem testamento nuncupatiuo, non tamen sufficientem testamento in scriptis, vel econtra; & cōstat quod volebat testari in scriptis, licet testamentum non valeat vt testamentum in scriptis valet vt nuncupatiuum *Cyn. Corn. & Ias. in l. hac cōsultissima* §. *per nuncupationem C. de testam. idem Ias. in l si quis ita num.* 15. *de verb. oblig. vbi de commun. Socc. sen. cons.* 142. *num.* 2 *lib.* 1. *Crot. in l.* 1. *num.* 9. *de leg.* 1. *Ruin. cons.* 1. *num* 21. *lib.* 2. *Gozad. cons.* 3. *num.* 11. *Boer. quæst.* 240. *num.* 5.

Duran.

Duran. de art.test. tit.2. Caut.1. num.3. Brun.de reb.dub. in princ. nu.57. Guilel. de Benedic.in rep. C.Raynutius verbo testamentum il.2.num.9.de testam. Gram. dec.62.num.25. quos refert Menoch.cons. 313.*num.*35. licet num.36. paucos pro cōtraria opinione referat *Decian. Resp.* 74.*num.*14. *lib.*5. *Caphal. cons.*99. *num.* 16.*Vasq.de Succ.lib.*2. §.11.*nu.*9. *Crass.* §. *testamentum quest.*10. *la.*2. *Caac.lib.* 1.*Cap.*4.*num.*115. *Azeued. lib.*5. *recompil tit.*4.*l.*2.*a num.* 47.*Gutter. lib.*3.*pp. qq.quæst.*46. *Gomez.l.*3. *Taur.a num.*39. *Car.u.Resol.*37.*a nu.*3. *ad finem Ventur. consil.* 1. *num.* 50.

Et quando essemus in dubio illa opinio est tenenda quæ magis fauet testamento ita post *Bart. Bald. Salic. Castrs & Alex. Michal.de Cęc.Surd.& Mut.cap.* 9.*num.*13. *Paul. Rub. Resol.pp.cap.*45.*nu.* 267.*& cap.*42.*nu.*382. dicit quod opinio vnius Doctoris præclari fauens testamento præfertur communi opinioni.

81 Sed redeundo vnde digressi sumus testamentum ab alieno arbitrio pendere non potest *Riminald.cons.*398.*Caphal. cons.*202. *num.* 17.19. *& seq. Surd. cons* 375. *Viu. dec.* 295. *Merend. contr. Iur.lib.*10 *cap.*38. *&* 39.*Gratian.cap.*23. *Paul. Rub. Resol. prac. cap.* 50. *num.*49. *Mut. Consuet.* 38. *num.* 9. vbi quando secus.

82 Hinc si testator dicat instituo vnam personam quam nominabit talis dispositio non valet, cum sit captatoria nec etiam legatum valet isto modo *l. captatorias de hared.Inst. l.captatorias de testam. milit. l. illa institutio de hared. Inst. l. captatoria de leg.*1. *l. nonnunquã de cond. & demonstr.*

83 Et licet in legatis & fideicommissis obstare videatur *tex. in l. Senatus* §. *legatum de leg.*1. vbi habetur quod legatum potest conferri in voluntatem alterius, Respondetur communiter quod intelligitur alterius scilicet ipsius legatarij, secundum *tex. in l. si ita legatum* §. *illi si valet de leg.* 1. & dicitur

84 voluntas captatoria altero de tribus modis puta si dicatur instituo Titium vel lego Titio si Caius voluerit, vel instituo Caium si Caius me instituerit, vel instituo illum quem Titius voluerit, vel elegerit his tribus casibus substantia & essentia dispositionis seu legati confertur in voluntatem alterius, & ideo non valet.

85 Secus si electio sit restricta ad certum genus personarum puta instituo vnum de familia mea vel de libertis meis quem Titius elegerit, vel illi de familia lego, quem Titius elegerit, vel lego pauperibus quos Titius elegerit, tunc quia non substantia legati est commissa in voluntatem alterius sed sola electio non potest dici captatoria, & valet quia testator non potest decipi, quia si non elegerit, omnes de familia vel omnes liberti intelliguntur instituti & vocati *l. si Titio* §. *cum quidam de leg.*2. *l. vtrum* §. *cum quidã de reb.dub. Bartol.in dict.a l.illa institutio & in dicta l. captatorias Paris. cons.*38. *lib.*3.

86 Relatiuum puta pro vt talis disposuit an valeat *Mastrill. dec.*190. *Castill. dec.*50.*Gabr.concl.*11.*de testam. & vide Ventur. cons.*46. *Paul. Rub. Resol. prac. cap.* 38.

87 Secundum testamentum approbans primum licet illud non validet, tamen ex illa approbatione inducitur fideicommissum, & hæres secundi tenetur restituere primo hæredi *Gomez var. resol. lib.*1 *cap.*4. *num.*6. *vers.quarto facit talo fundamentum.*

88 Viciatur si deficiat dies vel annus *Hond.cons.*66. *num.*45. *lib.*1.

89 Vltimum non caret suspicione quando primum habet clausulam derogatoriam, & in eo non est facta mentio de clausula *Dec. in l. si mihi & tibi* §. *in legatis col.*4. *de leg.*1. *Perus.dec.*2. *num.* 332.

90 De Testamento cum clausula derogatoria ad sequentia *Merẽd. contr. Iur. lib.*4. *cap.*49. *&* 50. *Intrigl.cons.*

91 Secundum quando reuocet primũ factum cum clausula derogatoria vel iuramento aut alia oratione *Canalc. dec.25.lib.3.Vin.dec.292.Crass. §.testamentum quæst.87.tom.3.com.op.de Testam.Cap.34.Bologn.cons.56.Eugen.cons.92.tom.2. Ramondett. inter consil. sicul. per lun.cons.12.num.46.Plot.cons.17.nu.52.lib.1. Nou.quæst.for.29. num.9. Merend. Contr.Iur. lib.4. Cap.50. Bologn.in l.stipulatio num.71. & seq. de verb. obligat & vide infra.*

92 Quando reuocetur vel non per secundum *Gabr. concl.7. de testa. Caphal. cons.32. num.1. & cons. 548. Reminald. cons.269.Cost.cons.53. Ripol. de Testam. Cap.13. a num.746. Mut. consu.16. Bellon.de Iur. acc. cap.7. quæst. 50. per tot. Hod. ad dec. Surd. 128. & 294. Facch. Contr.Iur.lib.4.cap 6.7.& 8. Baldass. de Angel.in l. pacta nouissima num.6. C. de pact Rouit. dec.56. num.3. Balth.Thom. tract.3.tit.19. a num.2437.*

93 Sed an primum ex principis priuilegio non possit reuocari? *Girond. de priu. num. 1247.*

94 An valeat si notario nomen hæredis exprimente testator respondet quod sibi ita placet vel quod sic? *Gabr.concl. 2. de testam. tom. 3. com. op. cap. 13. de testa.*

95 Ad interrogationem alterius an valeat & quid si testator est grauiter infirmus? *Gram.dec.73.Menoch.lib.4.præsumpt.8. & cons.468. nu.7. Eadem.concl. 59.Hond. cons.33. lib.1. Surd. cons.414. tom.3.com.op. de testam. cap.31. Intrigl. dec.33.Crass. §.institutio quæst.17. Cost. in rub. de verb. oblig. num. 232. Facch. contr. Iur.lib.5. cap.69.& 90.& lib. 10. cap.17.Ripol.de testam.cap.13.num.1604. Mut.consu.38.nu.7. Simon. de præt cons. 55.num.10.& cons 164. num.2. Bursat. cons 47. num. 27. & cons. 307. Ventur. cons 46.Mart.cons.87.num.28. Suarez.Al. leg.1.num.20.Blas. Michal.de Cac. Surd. & Mut.cap 33.a num.33.*

96 Non valet si testes non vident testatorem nisi notam habeant vocem testatoris? *Mut.consu.36 num.34.Surd. cons.158.num.9. Michaler.de Cac. Surd. & Mut.cap.17.num 8.*

97 Nuncupatiuum non requirit scripturam & publicationem *Mart. consil. 44 num.5 & 6.vide Gomez.ad l 3.Taur. a num.35.Ventur.consil.1. nu 47. Paul. Rub.Resol.prac.cap.38.num.107.& cap. 39.num. 106.Surd.dec.292.* Sed scriptura ad probationem tantum requiritur *Michal. de Cac. Mut. & Surd. cap. 6. num. 6.* vbi etiam quod in testamento cæci scriptura est de substantia ita vt absque ipsa scriptura non valeat.

Sed quid dicendum stante pragmatica requirente subscriptionem testatoris & testium? dic quod videtur dicendum scripturam esse de substanria aliter enim nec testator nec testes possent se subscribere *Notat Blas. Michaler. dicto num.6.*

98 Factum a duobus se inuicem instituentibus potest ab altero reuocari. *Font. Claus.5.Gl.8.p.8. num.35. Peregr. dec.50.num.7.Balth.Thom.tr.10.de tut. & Cur.tit.19.num.1151.*

99 Quando dicatur imperfectum? *Marin.Cap.238. Hod.ad dec.Surd.292.num 11.& seq.*

110 Habens signum incisum, & sigilla reserata valet fauore piæ causæ, licet ex hoc dicatur mutata voluntas testatoris, & testamentum imperfectum ratione voluntatis *Hod.ad dec. Surd.292. num.4. Mastrill. dec 132. Intrigl.singul. 27.lib.3 .Castill.dec.59.& in addit. Font. dec.49.50.51. Merend.contr. Iur.lib.15. cap. 32.*

101 Testamenta duo si eadem die inueniantur nec appareat de prioritate cui standum sit? *Ann. singul.637. Menoch. præsumpt.13.lib.4.Decian.Resp 46.num. 6.& Resp 52. num.23. vol.2. Plot. cons. 41.num.55.lib.1. Capr. de Succ.ab intest. hypothecar. nu.179.* vbi quod neutrum valet, nisi in vltimo essent instituti venientes ab intestato, vel quando in altero eorum ademptio ad alterum

vel

vel quando esset institutus ille, qui reperitur in possessione *Lar. de Ann. & Cappell. lib. 1. cap. 10. num. 26. Afflict. dec. 387. Menoch. de adipisc. remed. 4. quæst. 95. num. 781. Bursat. cons. 36. num. 1.* Est verum quod pluralitas testamentorũ non præsumitur *Ventur. cons. 1. num. 330.*

102 An valeat scriptum a notario non dictante testatore, & quid si testator articulate non loquitur? *Menoch. cons. 596. Sforz. Odd. cons. 76. num 9. Decian. consil. 63. num. 13. vol 2. Blas. Michalor. de Cec. Surd. & Mut. Cap. 33. a num. 1.* & num. 5. quando dicatur articulate non loqui & num. 8. quid si erat balbutiens & num. 9. *Cephal. cons. 585. nu. 91. & 94. & cons. 546 num. 46. Plot. cons. 17. num. 2. Marsil. in l. qui quæstionem nu. 2. de quæst. Riminald. Iun. consil. 261. per tot. & de intellectu l. iubemus C. de Testam. Castr. cons. 431. in princ. lib. 2. Alex. cons 115. num 7. lib. 7. Socc. Iun. consil. 144. lib 2. Socc. sen. cons. 19. num. 2. & 4. lib 4. Angel. Aret. cons. 104.* & quando testator loquitur debili & submissa voce *Zanc. in Respons. pro uxor. num. 946. Mantic. de coniect. lib. 3. tit 13. num. 4.*

103 Et an notarius sit puniendus de falso si scripsit testamentum vel codicillos tempore quo testator non loquebatur articulate? *Petr. Enriq. cons. 5. per tot.*

104 In testamento potest apponi ista Clausula, & voluit ipse testator quod præsens testamentum semper, & omni futuro tempore valeat, & suum robur & efficaciam habeat, & nullo modo possit per quamcumque aliam vltimã voluntatem nec quemcumque alium actum reuocari, & annullari, nisi in ipsa vltima voluntate vel quocumque alio actu reuocatorio sit insertum simbolum Apostolicum a primo ad vltimum, alias præsens testamentum semper habeat suum robur & efficaciam, & nullo alio modo possit reuocari, quia sic voluit, & ita sibi fieri placuit & placet *Fab. in C. tit. de Testam. def. 9. num. 14. 15. vide Merend. Contr. Iur. lib. 18. Cap. 19.*

105 Sed an possit reuocari non obstante prædicta Clausula & quando censeatur reuocatum? vide *Fabr. supra.*

106 Et quando valeat secundum si fiat mentio specialis primi etiam quod nõ fiat mentio de clausula derogatoria? *Bart. cons. 21. num. 2. Facch. contr. Iur. lib. 4. cap. 92. Angel. cons. 213. & cons. 365 num. 3. Castr. cons. 343. Bald. consil. 178. lib. 4. cons. 126. lib. 1. Crau. cons. 126. nu. 5. lib. 1. Alex. cons. 7. lib. 4. Menoch. cons. 106. num. 18. Socc. Iun. in l. si mihi & tibi §. in legatis de leg. 1. Socc. cons. 47. lib 4. Alex. cons. 134. num. 5. lib. 1. Gemin. cons. 115. Ann. cons. 56. Castr. cons. 285. in princ. lib. 1. Tusc. lit. T. concl. 152. Scrad. de feud. p. 10. sect. 20. num. 139. Hippolyt. de Marsil. in l. 1. §. præterea num. 60. ff. de quæst. Gall. de except. tit. 1. exc. 4. p. 3. vbi num. 33.* inquit non requiri specialem
107 mentionem primi quando apparet demutatione voluntatis per Inimicitiã, idem dicit *Hippolyt. supra scripsi de effectibus inimicitiæ eff. 101.*

108 In testamento contenta possunt verificari de voluntate testatoris per testes numero quinque ad instar codicillorum *Paris cons. 2. nu. 41. lib. 5. Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 4. nu. 3. Fusar. cõs. 83. n. 37. Dec. Senat. Dol. 126 a num. 1. Peregr. de Iur. fisc. lib. 2. tit. 4. nu. 16. 17. & vide Surd. cons. 158. nu. 10.* vbi dicit quod duo testes sufficiunt ad probandum testamenti accidentia & qualitates, sed septẽ omnino ad probandum substantiam,

109 Et circa declarationem mentis testatoris, & circa qualitatem eius dispositionis sufficit probatio facta per testes singulares *Alex. cons. 75. num. 12. in fin. lib. 5. Crauett. cons. 73. num. 33. Simon. de Pret. consil. 83. num. 14.*

110 Ex dictis per testatorem ante completum, & factum testamentum eius voluntas probatur *Simon. de Pret. cons. 17. num. 5.* & si esset ambiguitas potest declarari per notarium *Simon. supra*

111 Nec testatoris voluntas errore vel imperitia notarij perire debet *l.errore & l.ambiguitates C.de Testa.Simon.de pret. cons.86.num.1.*

112 Testamentum habet viam executiuam tam ex dispositione iuris communis quam regni *ex cap. Alfons.* 114.

113 Sed an dictum capitulum & iuris dispositio locum habeant si testamentum non fuerit scriptum manu notarij, sed manu testatoris vel confessarij? Vide *Cum.super rit.Cap.6 quicumque igitur vbi sub num.* 15. dicit ritum locum habere tantummodo in instrumentis manu publici notarij confectis, & non in alijs sed aduerte quod dictum capitulum 114. loquitur generaliter nulla facta declaratione, vt manu publici notarij vel alterius personæ factum sit neque scrib; & præcise Cum.quem vidi hoc declarauit,ergo nec nos in tantum quod si testamentum est validum habet executionem paratam, tam ex iuris dispositione,quam ex forma data de iure municipali & vide infra nu. 117.

114 Et quantum attinet ad ius commune executionem dari determinat *Ias. in l.fin. vers. tertio notabilis casus est C. de edict.diu.adr.toll. & ibi Bart. & Bald. Boer.dec.*241.*num.*15.*Cott.in Verbo Instrumenta publica quos refert & sequitur Surd.cons.*214 *num* 20. *& cons.*263. *num.* 10. Et maxime quando legata-
115 rius vel fideicommissarius ageret pro legato vel fideicommisso sibi relicto contra hæredem *§.illud vbi Gl.verbo decreto de Hæred.& falcid. Nouar.post multos Grat.*321.*nu.*5.*vbi de communi Burg. de mod.proc.ex abr.quæst.*5. *num.*228. licet contrarium teneat *Facch.contr.Iur. lib.*5.*cap.*31. *& vide Merl.cap.*2.*tom.*2.

116 Et quod testamentum habeat viam executiuam intelligas si hæres testamentum acceptat, & vult esse hæres, quando uero illud improbat agendũ est uia ordinaria *Rodor. Xuar. in l. post rem iudicatam* 6.*not. num.*6. *Becc.consil.* 17.*num.*7. *Thes.dec.* 26. *num.*9. *vbi allegat Cum. rit.*19. *num.*7. *Menoch. de adipisc.poss.remed.* 4. *num.*693. 711. *et* 714. *Asin.de execut.§.*1.*cap.*11.*vers. stantibus Peregr.de fideicom.art.*48.*num.*28.

117 Et Rit. intelligitur de testamentis in publicam formam reductis, & omni iuris solemnitate completis *Asin.de Execut.§.*1.*num.*133.

118 Et uide *Muta in addit. ad cap. Rit.* 114. *lit. H.* qui dicit quod testamentũ habet uiam executiuam propter uim scripturæ, non testium, unde si non adesset scriptura, sed solum testes nõ erit exequibile, nisi de dictis testium conficeretur scriptura.

De Testamento ui & metu facto uide *Auend.de Metu.lib* 2.*cap.*20 *a nu.*39.

119 Et adderte in hac materia testamẽtaria ad duo in praxi notanda primo quod licet uerbum possit importet facultatem ac liberam uoluntatem, & non necessitatem ut post multos notat *Barbos.de diction.vsu freq.dict.* 268.*num.* 1.tamen si testator in testamento dicat possit hæres si sine liberis moriatur facere petrum hæredem uel quid simile tunc hæres dicitur positus in necessitate restituendi *Noguerol. Allegat.*9.*num.*57. *vers.ex quo Menoch. cons.* 408.*num.*27.*lib.*5.*Gratian.cap.*556.*num.* 66.*Hodier.ad Surd. decis.*232.*nu.*4. *Fontanell. decis.*467. *num.* 20. *et decis.* 526. *num.* 20. *Roland. cons.*30. *num.*4. *Peregr. decis.*106.*Merl.de pign.lib.*2. *tit.*1. *q.*41. *a num.*6.*Cyriac.Contr.*707.*num.*19.*Ventur. consil.*2. *a num.* 147. *et vide DD. in l.gallus ff.de liber.et posth.*

120 Aduerte secundo una cum *Laurent. Maricond. in sua Apologett. dissert.p.p. num.* 81. quod licet professio non sit nisi mors ciuilis, & testamentum non habeat effectum nisi post mortem naturalem si tamen testetur quis & postea religionem in communi incapacem profiteatur statim absque mortis naturalis expectatione cõfirmatur testamentum, & ratio est licet ipse non dicat quia mors ciuilis istius monachi æquiparatur morti naturali, & eiidem

opera-

operatur effectum *Peregr. de fideic. Art. 28. num. 63. & de Iur. fisc. titul. de deport. nu. 23. Iason. in l. gallus §. & quid si tantum num. 15. ff. de lib. & posthu. Molin. de primog. lib. 1. cap. 13. num. 69. Barbos. in l. 2. in princ. num. 6. ff. solut. matr. Ricc. Collect. decis. p. 3. Coll. 531. Gratian. cap. 102. num. 7. Merlin. de legit. lib. 5. tit. 3. q. 2. num. 7. Cancer. Var. Resolut. cap. 24. de fil. qui matr. contr. num. 23. & 24. Pasch. de patr. pot. p. p. Cap. 3. num. 62. Roger. cons. 27. num. 14.*

ANNOTATIONES.
Ad num. 2.

SVPRA in hoc effectu nu. 2. Scripsi quod fideicommissum aut fit in testamento, aut in codicillis, aut in Epistola vna cum *Mantic. ibi citato* sed per hoc nollem inferas fideicommissũ non posse fieri in contractu cum verius, & receptius sit fideicommissum in contractu fieri posse, & dicatur fideicommissaria substitutio, pro vt post plures, quasi infinitos firmat *Ginzb. de Succ. feud. §. 2. Gl. 12. sub num. 60. vers. Hinc dicimus fol. 543. col. 1. & Decis. 108. num. 16. quibus addo Fusar. de subst. quaest. 14. num. 1. & 8. Censal. ad Peregr. Art. 51. fol. 513. & 514. Maia consult. 15. nu. 13. Merlin. de legit. lib. 2. tit. 1. quaest. 19. num. 1. Cutell. de Donat. Tract. 2. disc. 1. special. 38. & Orat. 5. & 7. Gratian. Cap. 575. num. 27. Plot. cons. 86. num. 6. lib. 1. Decian. cons. 41. num. 17. lib. 1. cons. 55. num. 1. & 2. lib. 3. Tason. de Antef. Vers. 4. Obser. 4. num. 36. Donad. de Renunc. cap. 27. nu. 20. Amat. Resol. 12. a nu. 1.* licet contrarium dicant *Mart. cons. 8. nu. 29. Robles. de Repraesent. lib. 3. Cap. 12. num. 13. & alia supradictis DD. citati addo Barbat. in propugn. cap. 7. num. 100.*

Sed de tali fideicommisso non deducitur trebellianica *Fusar. dicta quaest. 14. num. 11. Cutell. post multos dicto spec. 38. num. 6. Hodiern. ad dec. Surd. 144. nu. 10.* qui ex *Font.* inquit trebellianicam non deberi ex substitutione facta in donatione inter viuos sed solum ex sũma reseruata, si idem donatarius efficeretur hæres cum ijsdem substitutionibus.

Sed quæ actio oriatur substitutio in contractu? vide *Bonsoen. cons. 8. inter consil. sicul. per lun. & ibi Add. Cutell. Orat. 5. & 7. Amat. dicta Resol. 12. Fusar. dicta quaest. 14.* pænes quos multos.

EFFECTVS SECVNDVS

SVMMARIVM.

1 *Codicillus est species vltimæ voluntatis.*

2 *Impuberes non possunt conficere codicillos.*

3 *Qui non potest capere ex testamento neque potest capere ex codicillis.*

4 *Codicillus est iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri voluit absque hæredis institutione.*

5 *Hæreditas dari non potest directo in codicillis.*

6 *Conditio hæredi instituto non potest apponi in Codicillis.*

7 *Codicillus quo ad esse suum, perfectam habet voluntatem defuncti.*

8 *Codicilli aut fiunt ab intestato aut facto testamento.*

9 *Codicilli recipiunt interpretationem a testamento. Et per testamentum declarantur.*

10 *Codicilli reputantur vna dispositio cum testamento si sint facti eodem tempore.*

11 *Codicilli posteriores non tollunt primos nisi sint contrarij.*

12 *Legatum relictum in codicillo potest tolli per codicillum.*

13 *Codicillus habet executionem paratam sicut testamentum.*

14 *Codicillus an veniat appellatione testamenti.*

Clau-

15 *Clausula codicillaris non expressa in testamento an debeat intelligi.*

1 Secunda species vltimæ voluntatis est Codicillus, vt scripsi supra effectu primo, & notat *Eminentissimus Mantic. de Coniectur. vlt. volunt. lib. 1. Titul. 8.* & in eo con-
2 ficiendo requiritur ætas ad testamentum requisita, quia qui non potest testari non potest codicillare *l. conficiuntur §. codicilli ff. de iur. Codicill. l. 2. ff. de leg. 1. l. Diuus §. 1. vers. codicillos ff. de iur. Codicill. l. qui testamenta l. cum quis decedens §. Titia ff. de leg. 3. Bartol. in l. 1. num. 18. ff. de Iur. Codicill. Socc. Iun. in dicta l. 2. num. 7. & num. 149. Socc. sen. consf. 125. in princ. lib. 3. Corn. consf. 259. num. 3. lib. 3. Consf. 258. nu. 2. lib. 4. Bald. in l. Titia filium nu. 3. ff. de inoff. testam. Rub. Alex. consf. 125. num. 3. Crass. in §. Codicillus num. 2.* indubitatum dicit *Xuares in l. quoniam in prioribus in 18. declaratione in primo intellectu sub num. 102. C. de inoff. testam. Eugen. consf. 85. num. 34. & seq. lib. 1. Fab. Turrett. de effect. & defect. Clausf. Codicill. quæst. 19. defect. 17. num. 10. & quæst. 27. defect. 11. num. 32. Antonell de Tempor. legit. lib. 2. cap. 4. num. 4. Gall. de except. succ. ab Intest. vel testam. except. 4. nu. 26.*

Hinc qui per statutum prohibetur testamentum facere prohibetur etiam codicillos facere *Crass. dicto §. Codicillus num 3.*

3 Sicut qui non potest capere ex testamento, ergo neque ex codicillis *l. qui testamento § cum quis decedens ff. de leg. 3. Bald. in l. fin. col. 3. in fine vers. & per hoc apparet C. de Codicill. Dec. consf. 561. sub num. 4. in fine Simon. de prae. de Interpret. vlt. volunt. lib. 2. solut. 11. nu. 22. & seq fol. 105. Fab. Turrett. dicta qu. 27. num. 30.*

Et in eo condendo vel destruendo quinque testes requiruntur *Mart. de Suc. leg. p. 4. q. 20. Art. 2. num. 3. 4. Surd. consf. 356. sub num. 20. vers. quare non re-sistit & consf. 129. num. 5.* vbi quod sufficiunt quinque testes etiam non rogati etiam si sint fœminæ *& consf. 256. nu. 8.* vbi quod non requiritur quod sint rogati sed debent esse omni exceptione maiores & *consf 158. num. 14.* dicit quod non requiritur quod testes videant testatorem vel ab eo videantur, bene *Crass. dicto §. Codicillus num. 4. & 9. & 12. Gall. supra num. 30. 31* Sed quid in Codicillis factis a cæco? quod non secundum communem sed requiruntur testes in eius testamento requisiti *Crass. dicto §. Codicillus num. 7. Mart. de Succ. legal. p. 4. q. 1. Art. 9. nu. 12.* vbi secus dicit de donatione causa mortis a cæco facienda si vnus ex quinque testibus contradicat improbantur Codicilli *Mart. supra q. 20. Art. 2. num. 8* legatarij non possunt esse testes num. 5.

Si fiunt in scriptis An requiratur pro forma subscriptio quinque testium? quod sic *Crass. in dicto § Codicillus num. 10. Gall. vbi supra num. 34. 35. & 36. non tamen testium sigilla requiruntur Gall. supra num. 37.*

4 Est autem Codicillus iusta sententia de eo quod quis post mortem suā fieri voluit absque hæredis institutione *l. 1. cum ibi notatis ff. de Testam. Roman. in Rub. ff. de iur. Codicill. Mantic. vbi supra Mart. de Suc. leg. p. 4. q. 20. Art. 1. num. 5.*

5 In codicillis namque hæreditas neque dari neque adimi potest directo ne confundatur ius testamentorum & codicillorum *l. 2. & l. si idem C. de Codicill. l. non codicillū C. de Testa. § pen. Inst. de Iur. Codicill. l. scæuola ff. ad Trebell. Mantic. loco citato Crass. dicto §. Codicillus num. 13. et seq. Surd. consf. 232. num. 18. et consf. 503. nu. 6. Menoch consf. 1163. num. 16. Gall. de Except. Succ. ab intest. vel testam. Except 4. num. 1. Mart. de Succ. leg. p. 4. q. 2. Art. 2. num. 10. et 11.* licet *Bart.* quem sequuntur *Crass. supra num. 14. Menoch. supra num. 18. et consf. 942. a num. 1.* velint hoc non habere locum inter liberos loquendo de substitu-

tione

tione pupillari facta extraneo reuocata in codicillis ad fauorem liberorum.

Sed contrariam opinionem veriorẽ esse existimant *Ceuall. com. contr. commun.qu.*310. *Menc.lib.*3. *de Succ. creat.* §.25. *&* 27. *Gall. vbi supra et Mart. loco citato num.*12. *et vide num.*13. *Fusar. de subst.quæst.*8. *num.*25.

Bene tamen possunt in eis fideicõmissa fieri Hinc institutio facta in codicillis ad fideicommissum trahitur §. *præterea Inst. de Codicill. Virgil.de legit. pers. hæred. Cap.*20. *num.* 11. *Gall. supra Num.* 3. & ideo fideicommissum non solum probatur per testamentum in forma probante sed etiam per codicillum vt notat *Virgil. supra* & ideo verba directa in codicillis oblique accipienda sunt *Casal.cons.*420.*n.*2. *Gall. supra nu.*5. pænes quem multa ad materiam.

6 Nec minus in codicillis potest conditio apponi hæredi instituto in testamento *Mata Consult.*21.*num.*14. *et* 15. *Mart.de Succ.legal.p.*4. *qu.* 20. *Art.* 2. *num.* 14.

7 Et quo ad esse suum perfectam habet voluntatem defuncti, non autem comparatiue quo ad testamentũ *Menoch.de adipisc.poss.Remed.*4.*num.*197.

8 Et Codicilli aut fiunt ab intestato aut facto testamento primo casu mortuo patrefamilias nihil desiderant Codicilli, sed vicem testamenti habent;condito vero testamento aut præcedunt aut sequuntur aut in ipso testamento continentur: & facto testamento etiam si in eo codicilli confirmati non sint, vires tamen ex eo accipiunt, & quæcumque in codicillis scribuntur perinde habentur ac si in testamento scripta essent, & pars testamenti intelliguntur, & ius eius sequuntur; & in tantum pars testamenti intelliguntur, vt si facti sint per nũcupationem, & testamentum sit conditum in scriptis, ipsi quoque dicuntur in scriptis: & licet olim codicilli facti ante testamentum non valerent, nisi in ipso testamento aut posterioribus codicillis cõfirmati,hodie nisi simpliciter reuocentur confirmati intelliguntur:in ipso autem testamento facti intelliguntur quando testator expressit vt si testamentum non valeret iure testamenti valeat iure codilli,bene *Mantic. dicto titul.*8. *Surd. cons.*230. *Caphal.cons.*575. *num.*10. *et seq.in* 4.

9 Et recipiunt interpretationem a testamento *Menoch.cons.*452. *nu.*1. *Fusar. cons.* 113. *et* 114. vbi codicilli de-
10 clarantur per testamentum, & econtra,& reputantur vna dispositio si sint facti eodem tempore *Surd. cons.* 150. *num.*134.

11 Et posteriores non tollunt primos nisi sint inuicem cõtrarij *Mart.de Succ. leg.p.*4 *q.*20. *Art.* 2. *num.* 22. *Surd. cons.* 230.*num.*2. *et* 14. *et* 320. *num.*1. *et nu.* 2. dicit quod codicillus in quo legatum in alio codicillo relictum reperitur ademptum videtur posterior, & sortitur effectum etiam si nõ appareat quis prior fuerit *Gall. de Except. Succ. ab intest.vel ex testam.Except.*4.*num.*39. 40.*et* 42.& si essent eodem die confecti, & eadẽ res in illis legata esset duobus, tunc vterque legatarius concurreret *Gall.supra num.* 41. *Mart. de Succ. legal.p.*4.*q.*18. *Art.*10.*n.*96.*et cons.*356. *nu.* 8. *dicit Surd.*quod per codicillum
12 potest tolli legatum relictum in alio codicillo; & etiam relictum in testamento; vide *Gratian. cap.*605. *Specul. in titul. de Instrum. edit.* §. *compendiose num.*35.

13 Codicillus habet executionem paratam sicut testamentum *cap. R. Alfons.* 114. *Mat.consuet.*38. *num.*13.

14 An veniat appellatione testamenti? *Cott.in memor.litt.C.Verbo Codicilli Mart.de Succ.legal.p.*4.*q.*20. *Art.* 1. *num.* 1. *et p.*4.*q.*15.*Art.*1.*num.*7. *Mat.consuet.* 38.*num.*11. *Surd.dicto consil.*230. *num.* 4.21.*et* 22.*et cons.*258.*num.*8. *Barbos.de Appellat.Verb.signific. Appellat.*262.*num.* 2. vbi quod appellatione testamenti

largo

35 *Donatio cauſa mortis facta in contractu matrimoniali an reuocetur natiuitate filiorum?*

36 *Donatio cauſa mortis non intelligitur reuocata ſi donans instituat heredem in omnibus bonis ſuis.*

37 *Donatio cauſa mortis facta cum Clauſula omnia obſeruare & non contrauenire non poteſt reuocari.*

39 *Donatio cauſa mortis a duobus ſimul vna facta non poteſt ab altero ex eis altero inuito reuocari.*

39 *Donatio cauſa mortis ſi reuocatur redducitur ad non cauſam & res reſtituitur cum fructibus perceptis tempore donationis.*

1 TERTIA & vltima ſpecies vltimæ voluntatis eſt donatio cauſa mortis vt ſcripſi *ſupra effect.* 1. & patet *ex l. cum antiquitas vbi notat Alex. C. de Teſtam l. Vn. §. vlt. C. de Caduc. Toll. Mantic. de Coniect. vlt. volunt. lib.* 1. *tit.* 12. *nu.* 12. vide quæ ſcripſi *de effect. min. atat. quo ad contractus effect.* 8. *nu.* 66. *Paul Durand. de cond. & mod. impoſſ. p.* 4. *cap.* 5. *num.* 8. *& ſub num.* 30. *citat*
2 *Mantic. loco citato* & ideo quinque teſtes deſiderat *l. vlt. C. de Donat. cauſ. mort. l. vlt in fin. C. de codicill. Mantic. ſupra Virgil. de legit. perſ. cap.* 10. *num.* 5. *ſcripſi to.* 3. *de Cit. in Annot. ad queſt.* 19. *num.* 74. & ad DD. ibi citatos, addo *Duran. ſupra num.* 31. *Antonell. de Temp. leg. lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 8. *Craſſ. §. Donat. cauſ. mort. q.* 11. *Intrigl. poſt multos ſingul.* 88. *num.* 245. *lib.* 3. *Natt. conſ.* 568. *ſub num.* 1. *lib.* 3. *Merend. contr. Iur. lib.* 14. *Cap.* 30. *num.* 4. *& ſeq.* vbi etiam contrarium tenentes *Menoch. lib.* 3. *præſumpt.* 35. *num.* 5. *Balth Thom. tr.* 1. *de tut. & Cur. tit.* 19. *Cap.* 5. *de donat. ſub nu.* 147. vbi etiam quod inter liberos, & de iure canonico duo ſufficiunt *Magon. dec. flor.* 64. *num.* 15. *Carroc. ſingul.* 178. *Hermoſill. ad Lop. Gl.* 6. *&* 7. *l.* 11. *tit.* 4. *p.* 5. *num.* 3. vbi nu.
3 1. an requirat præſentiam donatarij, & vide infra.

4 Licet pro reuocatione duo teſtes ſufficiant, vt ſcripſi *dicto num.* 74. *firmat Intrigl. ſingul.* 88. *num.* 288. *lib.* 3.

5 Contrarium quod requirantur quinque teſtes in reuocatione, dicit *Natt. dicto conſ.* 568. *per to.*

6 Et ſi talis donatio poſſit a minore fieri ſcripſi ſufiſſime *in tract. de effect. min. at. circa contract. effect.* 15. *a num* 87. &
7 pro affirmatiua determinaui, vbi etiam an in tali donatione habeat locum *Capitulum Imper. Caroli* 78. & an in modo ineundi æquiparetur cõtractibus ſcripſi in dicto *effect.* 15. *& ad DD. ibi addo Craſſ. §. Donatio cauſa mortis q.* 2. *&* 4. *& vide Clar. in §. donatio q.* 5. *num.* 1. vbi quo ad modum, & ordinationem dum in eſſe deducitur æquiparatur cõtractui ſed poſt quam eſt in eſſe deducta quo ad effectum & efficaciam cenſetur vltima voluntas, vnde infert quod ſi ſtatutum dicat quod in contractibus conficiendis debeant interuenire duo notarij ita ſeruandum erit in donationibus cauſa mortis, ſi vero aliud ſtatutum diſponat quod vltimæ voluntates habeant executionem paratam pariter donatio cauſa mortis habebit paratam executionem & rationem dicit eſſe quia primum. ſtatutum diſponit circa contractus pro vt ſunt in fieri, merito compræhendit donationem cauſa mortis, ſecundum vero diſponit de vltimis voluntatibus in eſſe deductis ideo locum habet etiam in donatione cauſa mortis, econuerſo inquit ſi ſtatutum diſponit quod in vltimis voluntatibus conficiẽdis debeant interuenire duo notarij nõ compræhendit donationem cauſa mortis, ideo ad dicta *in effect.* 15. *vos remitto & vide etiam Antonell.* vbi ſupra num. 9. vbi quod requiritur ætas teſtamenti *Craſſ. §. donatio cauſa mortis q.* 3. *& q.* 4. quod pupillus non poteſt donare cauſa mortis etiam cum authoritate tutoris, & quod adultus curatorem habens poteſt ſine eo cauſa mortis donare ſicut teſtamentum condere poteſt?

8 Et differt donatio cauſa mortis a te-

stamento, quia hæreditas testamento datur, non autem per mortis causa donationem *l. hæreditas de pact. conuent.*

9 propriũ nanque donationis causa mortis est vt donans magis velit donatarium habere quam hæredem suum *l. 1. & l. Senatus ff. de mort. caus. donat. §. et in summa inst. de Donat. vbi DD. Mantic. supra num. 4.*

10 Quot vero sint species huius donationis remissiue ponit *Mantic. supra nu. 5.* vbi etiam num. 6. aduertit quod distinguitur mortis causa donatio vt alia sit regularis quæ pænitentia reuocatur, alia vero irregularis vt pænitentia reuocari non possit.

11 Ex quibus vero coniecturis possit deprehendi factam esse donationem causa mortis vel inter viuos? videndus *Mantic. dicta lib. 1. tit. 13.* & vide infra.

12 Et filius familias qui etiam patre permittente non potest testamentum condere, nec codicillos facere, potest nihilominus eo volente mortis causa donare *l. tam 15. §. 1. de mort. caus. donat. iuncta l. 2. de leg. 1. Mantic. dicto titul. 12.*
13 *num. 2.* vbi etiam contrarium tenentes & an sufficiat tacitus consensus? *Vide Cost. sicul. cons. 12. num. 59. cons. 87. nu. 21. 22. Peres de Lar. in compend. vit. hom. cap. 22. num. 17. Gratia cap. 79. et 781. nu. 7. Cutell. de Donat. trac. 1. disc. 1 part. Vnic. num. 72. et seq. Capriol. de Succ. ab Intest. in protheor. a num. 213. Plot. cons. 54. num. 34. lib. 1. Intrigl. singul. 87. anu. 201. lib. 3. Marcell. fortun. de Ver. et error. p. 2. memb. 1. a num. 61. Crass. §. donatio causa mortis q. 3. et Merend. Contr. Iur. lib. 14. cap. 28.* vbi an possit filius familias sine consensu patris donare causa mortis res quarum vsusfructus ad patrem non spectat.

14 Et vt dicatur donatio causa mortis duo requiruntur videlicet mentio mortis, & quod sit collata in tempus mortis *Loffred. cons. 5. Clar. §. Donatio quæst. 4. vers. cæterum.*

15 Quid si in ea nulla fiat mentio mortis? vide *Menoch. lib. 3. præsumpt. 36. per tot. Afflict. dec. 275. Mascard. concl. 562. Polidor. Rip. Obser. 148.*

16 Et quando dicatur causa mortis, & ex quibus probetur? *Mascard. Concl. 561. Menoch. lib. 3. præsumpt. 11. 35. cum seq. Crass. in §. donatio causa mortis q. 10. Raudens. de Analog. Cap. 73. late Boer. dec. 353. Magon. dec. Flor. 64.* vbi ponit coniecturas *Roland. cons. 61. lib. 2. Natt. cõs. 104. et 105. Velas. dec. 102. a num. 10. Agam. dec. 302. Intrigl. singul. 88. num. 129 lib. 3. Surd. latissime cons. 450. per tot. Rot. Rom. in nouiss. p. p. dec. 366. per tot. Magon. dec. 87. Lucc. per to. Dectan. Resp. 3. lib. 1. Paris. cons. 6. lib. 2. Gabr. cons. 61. lib. 1. Bursat. cons. 136. in 2. Alleg. 3. et 4. post dec. Tho. Anell. Salern. et Thor. in addit. Io. Bell. cons. 8. Cost. de Claus. Claus. 93. Giurb. de Succ. feud. §. 2. Gl. 12. num. 85. Bess. super consue. Aluern. des donations Art. 17. Polidor. Rip. Obs. 148. Depont. cons. 83. nu. 82. Serafin. priu. 71. num. 5. Ruin. cons. 51. lib. 1. Castr. cons. 75. lib. 2. Bolognet. cons. 7. num. 11. et seq. Cutell. spec. 12. et 38.*

17 Et de donatione facta per verba *dopo la mia morte* quod dicatur donatio causa mortis *Duen. Regul. 219. Crass. §. donatio causa mortis. q. 10. num. 2. Caphal. cons. 494. num. 29. lib 4.* sed vide *Mastrill. dec. 213. num. 21. D. Hipolyt. Mata Decis. Vnic post consult. et in addit.*

18 Et licet dicatur causa mortis quando fit mentio de morte, fallit tamen quãdo mentio est facta in executiuis *Surd. cons. 343. num 41. Roland. cons. 8. num. 3. et 4. lib. 1. Cravett. cons. 254. num. 6. et cons. 756. num. 5. Natt. cons. 104. num. 2. cons. 115. num 11. cons. 123. num 2. et cons. 270. num 3. Grat. cons. 111. num. 18. & 19 lib 1. Caphal. cons. 312. num. 144. lib. 3.*

19 Facta etiam pro hæredibus donatarij transit in donationẽ inter viuos *Castill. contr. Iur. lib. 5. p. 2. de conicct. vlt. volunt. cap. 86. num. 47.*

20 Facta cum pacto vt nullo modo possit reuocari efficitur. Donatio inter viuos & irreuocabilis *Rouit. cons. 16. num. 9. & 10. lib. 2.* & vide *Purpur. cons. 42.*

&

*& conf.*508.*per to lib.*2. *Noal. de Transf miff caf.*44.*a num.*9. vbi ampliat, & declarat *Natt. conf.*104. *&* 607. *Dec. conf.* 306. *Guid. Pap. quaest.*343. *Raudens. de Analog. cap.* 23. *Mantic. de Coniect. vlt. vol. lib.*1. *tit.*13. *Roland. conf.* 62. *lib.*2. *Alfan. Collect.*315. *Craff* §. *Donatio causa mortis quaest.* 1. *Afil. Verbo Clausula quae omnia & singula, & Verbo Donatio Castill. dicto cap.*86. *num.*45. *Cost. conf.* 12. *num.*75. *Surd. conf.*348. *nu.*9. *Ioan. Gutt. de contr. Iurat. quaest.*12. *tit. de Don. caus. mort. Oter. diu. Iur. qq. p.*2. *quaest.*13. *nu.* 7. *Franc. dec.*436. *num.* 7. *Intrigl. dicto singul.*88. *num.*152. *Cost. de Retrost. cap.* 8. *caf.*25. *num.*8. *Menoch. lib.*3. *praes.*35. *num.*24. *& seq. Gabr. concl.*10. *tit. de Iur. Iur. Burfat. conf.*36. *num.*48. *& seq. Hond. conf.*44. *lib.*2. *Afin. de execut.* §. 9. *Cap.* 404. *num.*7. *Molin. disp.*287. *num.*14. *& seq. Molfes. super consuet. Neap. p.*3. *de Succ. ex testa. quaest.*5. *num.*5.

21 Quid si huiusmodi pactum est positum in executiuis contractus nō in substantia? *Alleg.*9. *num.* 5. *&* 6. *post Dec. Thom. Anell. Salern. Nauar. conf.*10. *tit. de Donat. lib.*3.

22 An requirat praesentiam donatarij? *Girond. de priu. num.*136. *Peregr. de fideicom. Art.*1. *num.*12. *Cost. conf.*87. *sub nu.* 22. *Blas. Michal. de Cac. Surd. & Mut. cap.*8. *num.* 6. vbi quod sic *& num.* 9. quod haec donario fieri potest absenti epistola interueniente vel nuncio dūmodo nuncius ad hoc sit specialiter deputatus *Craff. in* §. *donatio causa mortis qu.*9.

23 Facta de omnibus bonis praesentibus & futuris valet *Vin. dec.*410. *num.*5. vide *Cranett. conf.* 139. *num.* 10. *Roland. conf.* 65. *Afin. de execut.* §. 9. *cap.* 404. *num.*7.

24 An debeat insinuari? quod non *Rebuff. super Cost. Gall. t.*2. *tit. de donat. Insin. Art.*1. *Gl.*1. *num.*28. *Craff.* §. *donatio causa mortis q.*12.

25 Habet executionem paratam *Percell. Rit.*114 *vbi Cum. num.*74. *&* 75.

26 Confirmatur morte siue interueniat traditio siue non & recta via transfert dominium a die mortis *l.*2. *ff. de publ. in rem act. Bald. in l.*2. *C. si quis alt. vel sib.*

27 & quando dominium rerum haereditariarum transit potius in alium quam in haeredem, non dicitur haeres capere iure haereditario, etiam si post facto reuerterentur ad haeredem ex dispositione defuncti, & ideo infalcidiam non

28 imputari dicit *Montepic. in l. in quartam num.* 74. *C. ad l. falcid.*

29 Donatarius causa mortis potest propria authoritate possessionem ingredi *Giurb. de Succ. feud.* §. 2. *Gl.* 12 *sub num.* 44. *vers. monitos in fine Cut. de Donat. trac.*1. *disc.*1. *part. Vn. num.*28. 29.

30 Donata causa mortis & tradita in vita donantis si donans se paenituerit possunt repeti vna cum fructibus *l. cum quis ff de condit. ob caus. l. videamus* §. 1. *de Vsur. Cremens. singul.*15.

31 Facta aliqua expressa causa puta quia iturus est extra regnum an censeatur tacite reuocata per redditum donantis? *Pedam. dec.*118. *per tot. Cranett. in eadem causa in consil. posito post dec. pedam.*122.

32 Reuocatur mortuo donatario ante donatorem *l. non omnis ff si cert. pet. l. si mortis causa & l. Senatus* §. *mortis causa ff. de donat. caus. mort. Inst. de donat. in princ. Molin. de contrac. disp.* 287. *num.* 10. *p.*2. *Menoch. conf.*704. *num.*33. *Natt. conf.*676. *num.*16 *in* 4. *Castill. dicto cap.* 86. *num.*46. *Cutell. de Donat. tom.*1. *trac.* 1. *disc.*1. *part. Vn. num.*33. *Cost in mem. Verbo donatio Noal. de Transmiss. caf.*44. *num.*1. vbi inquit quod hoc prouenit ex praesumpta mente donantis quem lex praesumit voluisse donare illi donatario tantum non autem eius haeredibus cum non eandem fiduciam de illis ac de ipso donatario habuerit, imo inquit 9 quando quis donat Caio & eius haeredibus, intelligitur donare haeredibus contemplatione ipsius Caij quod si in eius persona effectum non habet nec in persona ipsorum haeredum & consequēter bona donata ad haeredes ipsius donatarij praemortui non transmittuntur

sed redeunt ad donantem & dicit rationem esse quia hæc donatio habet naturam legati & legatarius præmortuus testatori non transmictit ad hæredes.

33 Reuocatur etiam ob pignorationem rei donatæ pro tanta summa excedente vel æquiualente pretio rei donatæ *Hodier.ad dec. Surd.* 53. *sub num.* 3. & per

34 alienationem bonorum donatorũ *Surd. conf.*171.vbi quid in præiudicium fisci? *Carrec. singul.*261. *Molfes.super consue. Neap.tom.*2.*p* 3. *de Succ. ex testa. quæst.* 4.*num.*9.*vide Cutill. de Don.trac.*1.*disc.* 2.*p.*8.*a num.*29.

35 Facta in contractu matrimoniali an reuocetur per superuenientiam liberorum? *Bess.super Consuet. Aluer. Des donations Art.*35.

36 Non intelligitur reuocata si donans instituat hæredem in omnibus bonis suis *Cranett.conf.*144. *num.*10. *ex Aret. conf.*74. *col.pen.du.*4. *Anchar. quæst.*75. *num.*11.*lib.*1. *Lun.in addit.ad conf.*13. *sicul.num.*3. *vide Decian. Resp.*3.*num.*1. *&* 12. *lib.*1.

37 Facta cum clausula omnia obseruare & non contrauenire non potest reuocari *Bartol. in l.fin.C:de pact. Angel.conf.* 19.*Alex.conf.*14.*lib.*1.*Corn.conf.*158.*col. vlt.vol.*4. *Socc. conf.*53. *vol.*1. *Aret.conf.* 74. *Iason.in l.non omnis in principio ff. si cert pet. Cepoll, Caut.*30. *Marcabr. conf.* 66.*num.*345.

38 A duobus simul vni facta non potest ab altero ex eis altero inuito reuocari *Peregr.conf.*69. *num.*8. *lib.*1.

39 Si reuocatur, redducitur ad non causam, & res restituitur vna cum fructibus perceptis tempore donationis *Gl. Bart.& DD.in l. si mores causa ff. de donat. caus.mort. Bald.conf.*294.*Incip. Donatio causa mortis vol* 3.*Aret.in* §.1.*col. pen.Inst.de Action. Rim. Inst. de Donat. num.*601.*Mastrill.dec.*29.*num.*8.

Et ex his sit expeditus tractatus de effectibus minor.ætat.circa iudic.Circa contractus, & circa vltimas voluntates, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei, Beatæque Virginis Mariæ absque labe peccati originalis conceptæ.

ANNOTATIO
Ad secundum effectum.

AD num.5. aduerte quod licet hæredis institutio fieri non possit in codicillis tamen declaratio hęredis fieri potest puta si testator in testamento dixit quem hæredem in codicillis fecero, hæres esto *l.asse toto ff.de hæred.Inst. Altograd.conf.*79.*num.*7.

Sub num. 5. vers. loquendo de pupillari substitutione facta extraneo lege de extraneo.

FINIS.

INDEX

INDEX

Eorum que continentur in tractatu de effectibus minoris ætatis circa vltimas voluntates.

A

Actus.

Factus aliter quam statutum disponit quando est nullus effect. 1. num. 50. Valet licet solemnitas statuti omittatur quando statuti intentum locum habet eff. 1. num. 75.

C

Cessante.

Ratione legis quæ formam induxit non debet cessare obseruatio formæ nisi forma sit introducta propter certum effectum effect. 1. nu. 77. Ratione pragmaticæ cessat pragmatica sicut cessante ratione statuti & legis cessat dispositio effect. 1. num. 78.

Codicillus.

Est species vltimæ voluntatis effect. 1. num. 2. Est iusta sententia de eo quod quis post mortem suam fieri voluit absque hæredis institutione effect. 2. num. 4. Quo ad esse suum perfectam habet voluntatem defuncti eff. 2. num. 7. Aut fit ab intestato aut facto testamento eff. 2. num. 8. Recipit interpratationem a testamento & per testamentum declaratur effect. 2. num. 9. Reputatur vna dispositio cum testamento si sit eodem tempore factus effect. 2. num. 10. Posterior non tollit primum nisi sint contrarij effect. 2. num. 11. Habet executionem paratam sicut testamentum effect. 2. num. 13. An veniat appellatione testamenti num. 14.

Clausula.

In medio dispositionis posita dicitur in antecedentibus & sequentibus repetita effect. 1. num. 48. Codicillaris non expressa in testamento an debeat intelligi eff. 2. num. 13.

Conditio.

Hæredi instituto non potest apponi in codicillis eff. 2. num. 6.

Consensus.

In aliquo actu pro forma ex dispositione iuris interponendus debet in ipso actu interuenire eff. 1. nu. 70.

D

Dictio.

Vt supra quid operetur eff. 1. num. 49.

Dies.

Inceptus an habeatur pro completo quo ad materiã testandi eff. 1. num. 2.

Donata.

Causa mortis & tradita in vita donantis si donans se penituerit repetuntur vna cum fructibus effect. 3. num. 30.

Donatatius.

Causa mortis potest propria auctoritate possessionem ingredi eff. 3. num. 29.

Donatio causa mortis.

Est species vltimæ voluntatis effect. 3. num. 1. Quinque testes desiderat ad sui validitatem effect. 3. num. 2. An requirat præsentiam donatarij effect. 3. num. 3. & 22. Vt possit reuocari duo testes sufficiunt effect. 3. nu. 4. Contrarium quod requirantur quinque num. 5. An possit fieri a minore et an in ea habeat locum Cap. Imp. Carol. 78. effect. 3. num. 6. & 7. Donationis causa mortis proprium est vt donans velit magis donatarium habere quam hæredem effect. 3. num. 9. Quomodo differat a testamento effect. 3. num. 8. In quot species diuidatur effect. 3. num. 10. Vel inter viuos facta ex quibus coniecturis cognoscatur num. 11. & 16. Vt talis dicatur duo requiruntur mentio mortis & quod sit collata in tempus mortis effect. 3. num. 14. An possit dici talis si nulla fiat mentio mortis effect. 3. num. 15. Facta per verba doppo la mia morte dicitur donatio causa mortis effect. 13. num. 17. Non dicitur talis si de morte fiat mentio in executiuis effect. 3. num. 18. Transit in donationem inter viuos quando in ea fit mentio de hæredibus donatarij effect. 2. num. 19. Facta cum pacto vt nullo modo possit reuocari fit donatio inter viuos & irreuocabilis effect. 3. num. 20. & num. 21. quid si huiusmodi pactum sit positum in executiuis contractus Facta de omnibus bonis præsentibus, & futuris valet effect. 3. num. 23. Non debet insinuari num. 24. Habet executionem paratam num. 25. Morte confirmatur num. 26. Expressa causa quia donans iturus est extra Regnum an censeatur tacite reuocata per redditum donantis effect. 3. num. 31. Reuocatur per præmorientiam donatarij eff. 3. num. 32. Facta in contractu matrimoniali an reuocetur natiuitate filiorum effect. 3. num. 35. Reuocatur per pignorationem & alienationem rei donatæ effect. 3. num. 33. & 34. Non intelligitur reuocata si donans instituat hæredem in omnibus bonis suis eff. 3. num. 36. Facta cum clausula omnia obseruare & non contrauenire non potest reuocari effect. 3. num. 37. A duobus simul vni facta non potest ab altero ex eis altero inuito reuocari effect. 3. num. 38. Si reuocatur redducitur ad non causam & res restituitur cum fructibus perceptis tempore donationis effect. 3. num. 39.

In Dubio.

Fauore testamenti est iudicandum effect. 1. sub nu. 80.

F

Falsitas.

Facilius in testamentis committitur eff. 1. num. 57

Filius

Filius.

Familias patre permittente potest donare causa mortis effect.3. num.12. Et an consensus sufficiat taticitus num.13.

Forma.

Statuti dicitur adimpleta quoties habemus effectum statuti effect.1. num. 76.

H

Hæredis.

INstitutio est caput & fundamentum testamenti effect.1. num.11. Institutio est vehemens conjectura quod quis voluerit facere testamentum eff. 1. nu. 13.

Hæres.

Non dicitur capere iure hæreditario quando dominium bonorum hæreditariorum transit potius in alium quam in eum licet ex post facto bona reuertantur ad eum ex dispositione defuncti effect.3. num.27. & talia bona non imputantur in falcidiam num.28.

Hæreditas.

Dari non potest directo in codicillis eff.2.num.5.

I

Impuberes.

Non possunt conficere codicillos eff. 2. num. 2.

Institutio.

Hæredis & substitutio licet species vltimæ voluntatis sint tamen vtrumque ordinari in testamento necesse est effect.1. num.3.

L

Legatum.

ET fideicommissum non sunt species vltimæ voluntatis per se subsistentes effect. 1. num.2. Non potest ab alieno arbitrio dependere effect. 1. sub num. 82. & vide num. 83. Relictum in codicillo potest tolli per codicillum effect.2. num.2.

Legatarius.

Vel fideicommissarius habent viam executiuam contra hæredem effect.1. num. 115.

M

Minor.

AN possit condere testamentum effect. 1. num. 6 An possit donare causa mortis effect. 3. num.6. An possit facere codicillos effect. 2. num. 2. An possit instituere hæredem curatorem sub num. 9.

Mortis.

Causa capio non est species vltimæ voluntatis quæ per se subsistat effect.1. num 4.

N

Notarius.

Quando suppleat pro septimo teste effect. 1. num. 40. An sit puniendus de falso si scripsit testamentum vel codicillos tempore quo testator non loquebatur articulate effect. 1. num. 103.

P

Pragmatica.

REgni disponens in testamento nuncupatiuo adhiberi subscriptiones testatoris & testium an dicatur inducere formam num.44. 45. cum seq. & a num. 67. vbi etiam multa ad materiam.

Princeps.

An possit dispensare vt impuberes possint condere testamentum eff. 1. num.9. An possit facere vt primum testamentum non possit reuocari eff. 1. num. 93.

Q

Qui.

NON potest capere ex testamento non potest capere ex codicillis effect. 2. num.3.

Quod.

Fauore introductum est in odium retorqueri non debet effect. 1. num.79.

R

Reipublicæ.

INterest suprema mortuorum elogia sustineri eff. 1. sub nu. 80.

S

Solemnitas.

A Statuto introducta est substantialis & pro forma effect. 1. num. 66. Actus debet esse iuncta cum actu sicut materia cum forma effect.1. num.69.

Solemnitates.

Testamenti vbi enumerantur effect.1. num.17. Iuris an attendantur in testamento inter liberos quando constat de voluntate patris effect.1. num.27. Testamentariæ vnico contextu sunt adhibendæ alias non euitatur falsitas eff. 1. num.65.

Statutum.

Dans formam actui conficiendo habet in se tacitam nullitatem in casu contrauentionis effect. 1. num. 53. Amplia num. 54. Loquens de certa solemnitate adhibenda in contractibus ne falsitas committatur habet locum in testamentis effect. 1. num. 58. Recipit passiuam interpretationem a iure communi effect. 1. num.60. & 62. Ne sit elusorium debet comprehendere alios casus vbi ratio statuti militat effect. 1. num. 71.

T

Testamentum.

FActum ante pubertatem an adueniente pubertate reconualescat effect. 1. num.8. Fieri non potest

sine haredis institutione effect. 1. *num.* 10. *Sine haredis institutione non valet sub num.* 11. *Non dicitur vbi haredis institutio non adest licet testator testamentum vocet effect.* 1. *num.* 12. *In duas diuiditur species in scriptis & non scriptis effect.* 1. *num.* 14. *Nuncupatiuum si reperiatur scriptum scriptura non est de substantia sed ad probationem effect.* 1. *num.* 15. *An valeat si vnus ex septem testibus vacillet vel neget interfuisse effect.* 1. *num.* 19. *In testamento condito in terris Ecclesiæ vel ad pias causas quot testes requirantur effect.* 1. *num.* 23. & 24. *In testamento quando sufficiant duo testes & quid in testamento inter liberos effect.* 1. *num.* 25. & 26. *Factum coram iudice non requirit testes idem si sit factum coram principe effect.* 1. *num.* 28. 29. *Conditum tempore pestis quot testes requirat effect.* 1. *num.* 30. *Ruri factum a rustico quinque testes desiderat effect.* 1. *num.* 31. *Quod sit factum coram septem testibus potest duobus testibus probari effect.* 1. *num.* 32. *Testamenti reuocatio quot testibus probetur effect.* 1. *num* 33. *An corruat si testes ei contradicant effect.* 1. *num.* 34. *An valeat si vnus ex testibus sit hæreticus effect.* 1. *num.* 35. *Quid si testes sint patres capuccini effect.* 1. *num.* 36. *Contra formam legis factum est nullum effect.* 1. *num.* 51. *Amplia num.* 52. *In quo non fuerunt seruatæ statuti solemnitates ad falsitates euitandas si constat esse verum & nullam falsitatis suspicionem habere an sit validum effect.* 1. *num.* 74. 75. & *seq. In scriptis si ob defectum solemnitatum non valet vt testamentum in scriptis valet vt nuncupatiuum effect.* 1. *num.* 80. *Non potest ab alieno arbitrio dependere effect.* 1. *num.* 81. *In quo testator instituit vnam personam quam nominabit talis non valet effect.* 1. *num.* 82. *Valet si in eo est restricta electio ad certum genus personarum effect.* 1. *num.* 35. *Relatiuum an valeat effect.* 1. *num.* 86. *Secundum approbans primum licet illud non validet tamen hæres secundi tenetur restituere primo hæredi effect.* 1. *num.* 87. *Non valet si in eo deficiat dies vel annus effect.* 1. *num.* 88. *Vltimum non caret suspicione quando primum habet clausulam derogatoriam & in eo non est facta mentio clausulæ effect.* 1. *num.* 89. *Secundum quando reuocet primum factum cum clausula derogatoria effect.* 1. *num.* 91. *Quando reuocetur vel non per secundum effect.* 1. *num* 92. *Primum an possit ex principis priuilegio fieri irreuocabile effect* 1. *num.* 93. *An valeat si notario nomen hæredis exprimente testator respondet quod sibi ita placet vel sic effect.* 1. *num.* 94. *Ad interrogationem alterius an valeat effect.* 1. *num.* 95. *Non valet si testes non videant testatorem Nisi habeant notam vocem ipsius effect.* 1. *num.* 96. *Nuncupatiuum non requirit scripturam, & publicationem effect.* 1. *num.* 97. *Factum a duobus se inuicem instituentibus potest ab altero reuocari effect.* 1. *num.* 98. *Quando dicatur imperfectum effect* 1. *num.* 99. *Habens signum incisum & sigilla reserata valet fauore piæ causæ alias secus effect.* 1 *num.* 100. *Testamenta duo si eadem die inueniantur facta nec apparet de prioritate neutrum valet & quando secus effect.* 1. *num.* 101. *Scriptum a notario non dictante testatore an valeat effect.* 1. *num.* 102. *Et quid si testator articulate non loquitur vel submissa voce loquitur sub num.* 102. *In testamento potest apponi clausula vt per secundum non possit reuocari nisi in eo apponatur simbolum Apostolicum effect.* 1. *num.* 104. *Et an possit reuocari non obstante prædicta clausula num.* 105. *Secundum an valeat, & si fiat specialis mentio primi si non fiat mentio de clausula derogatoria effect.* 1. *num.* 106. & 107. *In testamento contenta possunt verificari de voluntate testatoris per quinque testes effect.* 1. *num.* 108. *Et an singulares sufficiant num.* 109. *Habet viam executiuam tam de iure communi quam Regni effect.* 1. *num.* 111. 114. *vide num.* 116. 117. 118. *Quid si testamentũ non sit scriptũ manu notarij sed testatoris num.* 113. *Illius qui ingreditur religionem incapacem in communi habet effectum sequuta professione effect.* 1. *sub num.* 118.

Testator.

Ex quibus coniecturis colligitur quod voluerit testari in scriptis vel per nuncupationem effect. 1. *num.* 16. *Si nesciat vel non possit scribere an debeat aliquis ex testibus pro eo subscribere stante pragmatica effect.* 1. *num.* 55. 56. & *seq. Disponat & fiat lex. effect.* 1. *sub num.* 80.

Testes.

In testamento debent esse septem, mares, & rogati effect. 1. *num.* 18. *An præsumantur rogati si se subscribant in testamento & quid in codicillis & quid quo ad pias causas effect.* 1. *num.* 21. *Testium rogatio an sit necessaria in testamento ad pias causas effect.* 1. *num.* 22. *Testium subscriptio de iure non requiritur in testamento nuncupatiuo effect.* 1. *num.* 37. *Sed per constitutionem Instrumentorum robur requiritur num.* 38. *Sed non est in vsu num.* 39. *Hodie requiritur stante pragmatica num.* 40. 41. *Idem in Hispania, & Venetia num.* 42. 43. *Testis qui pro testatore subscribit testamentum debet esse ab ipso rogatus, & de eius mandato se subscribere effect.* 1. *num.* 59. *Qui testamentum debent subscribere an debeant hoc vno, & eodem tempore cum testatore facere effect.* 1. *num.* 61. & 62 *cum plur. sequ.* & *num.* 68. *cum seq. num.* 72. *vide num.* 73.

V

Vna pars.

STatuti aliam declarat effect. 1. *sub num.* 56. *Scriptura aliam declarat ibidem. Testamenti per aliam declaratur ibidem. Substitutionis declarat aliam ibidem. Dispositionis ab alia declaratur ibidem. Conuentionis declarat aliam ibidem. Capituli declaratur per aliam ibidem.*

Verbum.

Posset adiectum in testamento an importet necessitatem effect. 1. *sub num.* 118.

Voluntas.

Vltima in quinque species diuiditur effect. 1. num. 1. *Vltima ad tres reducitur species scilicet ad testamentum Codicillum, & donationem causa mortis* effect. 1. num. 5. *Captatoria tribus modis dicitur* effect. 1. num. 84. *Testatoris probatur ex dictis ipsius ante factum testamentum* effect. 1. num. 110. *Non debet perire propter errorem, & imperitiam notarij* effect. 1. num. 111. *Vltima euerti non debet imo adamussim obseruari & absque vlla cunctatione executioni demandari modisque omnibus seruari & eis stari æquum est* eff. 1. *sub num.* 80.

FINIS.

DE

DE EFFECTIBVS MINORIS AETATIS CIRCA SPIRITVALIA

AVCTORE

V.I.D. D. FRANCISCO BARONIO PANORMITANO.

OLIM PVBLICE IN PATRIA IVRA INTERPRAETANTE post modum in supremis Siciliæ Regni Tribunalibus Aduocato.

Doctorumque Aduocationem petentium Promotore Electo.

AC ITERVM IVDICE REGIAE CVRIAE PRAETORIANAE

EFFECTVS PRIMVS

SVMMARIVM.

1 *PVERI ante vsum rationis nulla lege diuina & humana obligantur & num.2.& 3.de ratione.*

4 *Pueri non dum vsum rationis adepti possunt licite in quadragesima comedere carnes & lacticinia vbi de ratione.*

5 *Pueri vsu rationis carentes possunt diuinis assistere in loco interdicto vbi de ratione.*

6 *Pueri, & puella vsu rationis carentes possunt intra monasteria monialium, & virorum clausuram admitti.*

7 *Puer eo ipso quod vsum rationis participat est capax obligationis legis humana, naturalis, & diuinæ & num. 8. de ratione & vide num. 9.*

Contrarium num. 10. & 11.

11 *Pueri ante duodecimum annum omittentes confessionem non incurrunt pœnas statutas in c. omnis vtriusque sexus de pœnis & num. 12.*

13 *Pueri ante pubertatem nullam pœnam vel censuram siue ab homine siue a iure latam incurrunt & vide num. 14. 15.*

16 *Pueri occidentes aliquem non incurrunt irregularitatem*

Xpleto tractatu de effectibus minoris ætatis circa iudicialia, contractus, & circa vltimas voluntates ad tractatum de effectibus minoris ætatis circa spiritualia deuenio quorum primus in ordine est quia pueri an-
1 te vsum rationis nulla lege diuina, & humana obligantur, quia cum sint in

2 ea ætate vſu rationis incapaces non-
dum legalis vinculi quod eſt præcep-
tum quoddam rationale capaces ſunt
3 non enim imperamus niſi iis qui præ-
cepta intelligere, & eis parere poſſunt
*Layman.in Theolog.Moral.lib.1. tract.4.
cap.16.nu.1.Paladun.in 4.diſt.15.quæst.
4.Art.2. Bonac.de legib.diſp.1. quæſt.1.
punc 6.num.6.Sot.lib.2. de Iuſt. quæſt.
3.Art.9. Medin.1.2.quæſt.94. Arti cul.
2.Azor.p.p. lib.7. Cap.40. quæſt 6.& 9.
Molin.tract.5.de Iuſt.diſp.47.in fin Sanc
lib.1.ſum.Cap.12. num 2. Meroll tom.2.
de ll.diſp.4. Cap.13. Dub.38.num.438.
Suar.tom.3.in 3.p.diſp.45 ſect.2.verſ.&
iuxta hanc Doctiſſimus amicus noſter R.
P.Sacc.lib.1.tract.1.cap.5.de legib. Dub.
1.in Faſc.Flor. Ego ipſa de eff. minor.æt.
circa indic.in prelud.num.14. vbi alios
Narb.de æt.ad omn.hum.act. requiſ.Aun.
7.quæſt.6.num.2.*

4 Ex hac communi concluſione infer-
tur ad plura, & primo pueris non dum
vſum rationis adeptis poſſe licite in
quadrageſima porrigi carnes & lacticí-
nia quia hi nullis humanis legibus ad-
ſtringuntur ita contra *Tolet. lib.6. Cap.
3.num.4. Paludan. Caietan. Cordub. A-
zor. Meroll. Sanc. & Bonac. apud R. Sacc.
ſupra num.5. Narb. dicta quæſt.6. num.2.*
5 Infertur 2. quod pueri vſu ration s
carentes poſſunt diuinis aſſiſtere in lo-
co interdicto, quia ſola aſſiſtentia hu-
mana & rationabilis interdicitur, quæ
ſola eſt inhabentibus rationis vſum.
poſt *Valent. Sanc. Meroll. Vgolin, Sayr.
Suar. Couar. & Henriq. Pater Sacc. vbi
ſupra num.6. ſcripſi de effect.min. æt.cir-
ca indic.effect.36.num.12.*

6 Infertur tertio cum communi quod
pueri & puellæ vſu rationis carẽtes poſ-
ſunt intra monaſterium monalium aut
virorum clauſuram admicti, ita poſt
*Sayrr.Graff. Rodor.Azor. Sanc.Suar. Ze-
rol Ricci.Meroll. Iohan.del.Crax Gran.Mi-
rand. Nauar. Cordub.Sylu. & alios R.P.
Sacc. vbi ſupra num.7.* qui de commun.
op. teſtatur *R.P. Tancred.p.2. mor.tom.
15.tract.3.de Scandal.q. 7. §.1. num.14.*
*ſcripſi de effect. minor.æt. Circa indic.di-
cto effect.36. a num.15.* poteſt tamen a-
liquid eſſe prohibitum viris, aut mo-
nialibus, ne hos pueros, aut puellas
introducant.

7 Infertur 4. quod puer eo ipſo quod
vſum rationis participat eſt capax obli-
gationis legis humanæ naturalis, & di-
8 uinæ, quia non eſt vnde eximatur quã-
do lex fertur pro omnibus, nec ipſi ex-
cipiuntur *Gl.in c.omnis vtriuſque ſexus
de pænit.& remiſſ.Verbo diſcretionis Na-
uar.in ſum. Cap.21.num.33. Henriq. lib.
4.de pænit.Cap.5. num.2. Suar.tom.4. in
3.p.diſp.36.ſect.2. Azor.p.p.lib.7. Cap.40.
q.6. & Cap.41.q.10. Valent. tom.4.diſp.
7.quæſt.9.punct.4.in fine Sanc.Lib.1.cap.
12.num.6. Meroll.tom.2.de ll.diſp.4. cap.
3.num.448. Bonac.de ll.diſp.1.q.1.punct.
6.num.8. Tambur.lib.1.V.nic.Cap 4.§.4.
num.10.& de præcept.aud. Sacrum Pala-
dun. & Sylu. Verbo Miſſa 2.q.1. Nauar.
Suar. & alij penes R.P.Saccum vbi ſupra
num.12.* & de abſtinentia a carnibus &
lacticinijs *Azor.Cap.28.q.2 in fine Hen-
riq lib.4.de pænit. Cap.5. num.2. in Co-
ment. lit. M. Relati per Sacc. dicto num.
12. Ego ipſe in prælud.de effect. minor.æt.
circa Iud. num.14.* vbi poſt *R.P. Diana*
meum conciuem nunquam ſatis lauda-
9 tum notaui quod pueri cum ad vſum
rationis peruenerint, qui communiter
intelligitur aduenire ſeptennio com-
pleto obligantur legibus, & præceptis
Eccleſię.

10 Licet nonnulli ab eodem *R.P. Sacc.
relati num:13.* contrarium dicant ſcili-
cet pueros non ſtatim ac vſum rationis
habent obligari præceptis Eccleſiæ,
ſed vel vſque ad pubertatem, vt vult
Emanuel. Sa. loquens de præcepto con-
feſſionis vel vſque ad annum decimum
cum dimidio.

11 Eſt verum quod nonnulli DD. vt
aduertit dictus P. *Sacc. ſupra num.* 14.
affirmant pueros ante annum ſaltẽ duo-
decimum omictentes confeſſionem an-
nuam non incurrere pænas ſtatutas *in*
12 *c.omnis vtriuſque ſexus de pænit.* nempe

vt arceantur ab ingressu Ecclesiæ, vt Ecclesiastica sepultura careant nec esse excommunicandos immo non incurrere has pænas, donec pueri ita perfectum rationis vsum habeant, vt ad communionem obligentur.

Et *num.*26. *R.P. Sacc.* refert nonnullos DD. concludere nullam prorsus pœ-
13 nam vel censuram siue ab homine siue a iure latam incurri a pueris ante pubertatem ex tex. *in c.* 1. *&* 2. *de delict. puer. vnde num.*17. infert primo pueros
14 clericos rixantes seque inuicem percutientes non incurrere excommunicationem *c. si quis suadente diabolo* sed quod pueri ante pubertatem, si clericum percutiant, incidant in excommunicationem, a qua tamen non est necesse eos absolui a Pontifice docet textus expressus in cap. pueris de sententia excommunicationis, & c. super eo il primo, eodem.

15 Secundo pueros ommictentes confessionem annuam vel communionem Paschalem non incurrere excommunicationem (forte in aliqua diæcesi) contra non confitentes, vel non communicantes latam. Tertio pueros occiden-
16 tes aliquem non incurrere irregularitatem & vide quæ *scripsi tom.* 2. *de effect. Inimic. post tract. de effect. min. ætat. circa iudicial. effect.* 158. *&* 159.

EFFECTVS SECVNDVS

SVMMARIVM.

1 *M*Inores annorum viginti & vnius non tenentur ieiunare licet omnes Christi fideles vtriusque sexus ieiunare teneantur & num. 2.

Et de ratione num. 3.

Sed aliqui dicunt pueros eum primum sunt doli capaces & possunt peccare teneri ad ieiunium & aliqui affirmant quod expleto decimo septimo anno tenentur ad partem ieiunij num. 4. & 5.

6 *Ætas annorum viginti vnius ad ieiunium requisita computari debet a puncto natiuitatis, & de momento ad momentum.*

7 *Minores ante vigesimum primum annum non tenentur ad ieiunia votiua communitatis aut synodalia & num.* 8. *de ratione.*

9 *Minores ante vigesimum primum annum etiam si sint valde robusti non tenentur ieiunare & num.* 10. *de ratione.*

11 *Minor qui complet vigesimum primum annum post inceptam quadragesimam tenetur sequentibus diebus ieiunare & nu.* 12. *&* 13. *de ratione.*

14 *Minores ante vigesimum primum annum non tenentur ieiunare aliquibus diebus ex assignatis ieiunio & num.* 15. *de ratione.*

16 *Monachi professi ante vigesimum primũ annum non tenentur ad ieiunium Ecclesiasticum.*

Tenentur tamen ad ieiunia sua religionis num. 17.

18 *Pueri vel minores ante vigesimum primum annum tenentur ad ieiunia ratione voti emissi vel pænitentia a confessario iniuncta vel Iubilei sub onere ieiunij concessi si illud lucrari intendunt.*

1 ECVNDVS effectus est quia licet omnes Christi fideles vtriusque sexus, nisi aliqua rationabili causa excusentur, teneantur ad ieiunium vt fuit determinatum in concilio Viennensi, & habetur in *Clement. ad nostrum de hæret. Ledesm.* 2. *p.* 4. *quæst.* 17. *Art.* 3. *Dub.* 3. *circa secũd. caus. soluend. ieiun. Valent. tom.* 3. *disp.* 9. *quæst.* 2. *pun.* 2. *initio Molfes. tom.* 1. *sum. cap.* 4. *num.* 14. *Castr. contr. hæres. Verbo ieiunium hæres.* 3. *Anglés in florib. quęst.* 6. *de ieiun. diff.* 1. *Filliuc. tom* 2. *tract.* 27. *Cap* 6. *num.* 104. *citat à R.P. Sacc. in Fasc. Flor.*

 Theol.

Theol. Moral. lib. 1 tract. 3. de Vit. & pecc. Cap. 15. de pers. quę oblig. ad ieiun. Dub. 1. Narb. de ætat. ad omn. hum. act. requis. Anno 21. quęst. 2. num. 1. & 11. Tamen
2 minores viginti vnius anni non tenentur ieiunare *Caet. 2. quæst. 47. Art. 8. D. Thom. 22. quæst. 147. Art 4. Abb. in Rub. de Obseruat. ieiunij vbi Addit. lit. A. & cęteri scrib. Graff. in dec. aur. p. p. lib. 2. cap. 37. num. 41. Batarduc. in sum. Coron. confess p. p. tit. de Gula cart. mihi 110. vbi citat Syluest. in Verbo ieiunium post Durand. Rosell. Emanuel. Sa. Tabien. D. Antonin. Astens. Nauar. Victorell. Nien. Ortiz. Anglés. Azor. Tolet Sanc. Bonac. Tambur. Pasqual. & alios quam plures R. P. Sacc. dicto Cap. 15. Dub. 2. Leander. a Sanctiss. Sacram. De Obseru. Ieiu tract 5. disp. 8. quæst. 1. Narb. dicta quæst. 2. num. 2.* &
3 ratio est vt dicit dictus *P. Sacc. vbi supra* quia regulariter vt plurimum pueri ante vigesimum primum annum habent naturam debilem & indigent frequentiori cibo non semel sed pluribus vicibus sumpto & indigent multo nutrimēto propter augmenti necessitatem quod fit de alimenti residuo & status augmēti communiter est vsque ad illam ætatem iuxta sententiam peritorum philosophorum & medicorum, & ideo Ecclesia noluit pueros ante vigesimū primum annum obligare ad ieiunium *Sacc. & Narb. supra,* licet nonnulli vt refert *R. P. Sacc. dicto Dub. 2. num. 1. & 2.* dicant
4 pueros cum primum sunt doli capaces & possunt peccare teneri ad ieiunia Ecclesiastica sicut agere tenentur pœniten-
5 tiam propter peccata, & aliqui affirment obligari pueros expleto decimo septimo anno ad partem ieiunij.
6 Sed an ætas viginti vnius anni ad ieiunium requisita computari debeat a puncto natiuitatis de momento ad momentum? videndus dictus *R. P. Sacc. dicto dub. 2. a num. 5. & Narb. loco citato num. 14.* vbi quod sic.
7 Ex conclusione supra posita infertur ad plura & primo adolescentem non teneri ad ieiunia votiua communitatis aut synodalia ante vigesimum primum an-
8 num ratio est quia leges vniuersales debent esse regula particularium, ita vt hæ non habeant maiorem vim obligandi quam habent vniuersales, vt notat dictus *R. P. Sacc. vbi supra a num. 10.*
9 Secundo adolescentes valde robustos non teneri ieiunare ante vigesimum
10 primum annum, ratio est quia Ecclesia attendit quod regulariter contingit non autem quod in vno aut in altero, & ideo accomodat suas leges pro eo q vt plurimum contingit, adolescentes autem vt plurimum ieiunare non possunt, nisi cum notabili damno, ita post *Sanc. Pasqualig. & Durand. R. P. Sacc. supra num. 11.* & facit *tex. in l. nam ad ea de ll.* vbi ll. adaptantur ad ea quæ sæpe sæpius contingunt non a tem ad ea quæ raro eueniunt *Amat. Resol 73. num. 7.* circa finem vbi determinat quod creditor sibi ad iudicans prædium emphiteuticum tenetur soluere laudimiū pendente termino ad redimendum quia venditio ex omni parte perfecta est & dominium translatum & Rit. concedit creditori vt interim fructus percipiat, & licet quandoque fructus non percipiat non per hoc cessat natura contractus iam perfecti & attenditur id quod frequentius accidit ad quod magis legum dispositio accomodatur.
11 Tertio adolescens, qui complet vigesimum primum annum post incæptam quadragesimā tenetur sequentibus diebus ieiunare, quia præceptum de ieiu-
12 nando in tota quadrag sima est præceptum diuisibile, vnde in singulis diebus exercentur singula completa ieiunia, quorum vnumquodque est sufficiēs, & satisfacit vnico præcepto de ieiunio Ecclesiastico, vnde etiam diuisibiliter seruandum est per suas partes, & ideo quando non potest secundum omnes
13 suas partes obligare, obligabit secundū illas secundum quas potest *post Sanc. Caetan. Ludou. del Crux. Lezan. Pasqualig. Filluc. & alios R. P. Sacc supra n. 12.*
14 Quarto adolescentes ante vigesimum primum annum non teneri ieiunare aliquibus diebus ex assignatis ieiunio, quia

15 quia ieiunium ex natura sua est incongruum illi ętati, & licet non sit adeo damnosum si sit ratum, adhuc tamen contrariatur exigentiæ naturæ & ideo Ecclesia eximit vniuersaliter a ieiunijs indictis adolescentes, ita post *D. Thom. Angelicũ doctorem Medin. Sanc. Fagund. Sanc. Pasqualig. & alios R. P. Sacc. supra num. 13. et Narb. loco citato num. 5.*

16 Quinto vt non solum sæculares, verumetiam, & qui fuerunt religionem professi ante vigesimum primum annũ Ecclesiastico ieiunio nullatenus teneri *R. P. Sacc. post multos quos citat loco citato num. 14. Narb. dicta quæst. 2. num. 8.*

17 tenentur tamen ante dictam ætatem, & post professionem emissam ad ieiunia suæ religionis *Narb. dicta quęst. 2. num. 9. dictus R. Pater Sacc. supra nu. 15.* quęadmodum sæculares pueri ante primum & vigesimum annum ratione voti emissi, vel pænitentiæ a confessario legitime iniunctæ, aut Iubilei sub onere ieiunij concessi, quod si lucrari minor intendat non minus ac in superioribus casibus erit ieiunio obstrictus *bene Narb. dicta quæst. 2. num. 10.*

19 Sed quare ieiuniũ fuerit inuentũ vide *Scacc. de Camb §. 1. q. 1. sub. n. 508. et seq.*

20 Exempti a ieiunio ratione officij quod exercent an teneantur ieiunare si illud exerceant recepta mercede? *Zacch. de Salar. quęst. 50.* dicit quod non.

21 Et si summus Pontifex vel Prælatus possint dispensare in præcepto ieiunij vel trãsferre de vno die in alium & multa circa hanc materiam vbi etiam quid de Paroc. *Sacc. supra c. 17. a num. 1.*

EFFECTVS TERTIVS.

SVMMARIVM.

1 *Infantes non possunt contrahere sponsalia tam de iure canonico quam ciuili num. 2.*

3 *Septennium debet esse completum, & nõ sufficit quod vltima dies septennij sit capta vt sponsalia possint contrahi.*

Contrarium nu. 4

Quod vtraque opinio sit probabilis n. 5

Sed an hoc casu malitia suppleat atatem nu. 7 8. 9. 10. 11. & 12.

13 *Sponsalia ante tempus contrahentes non peccant nec venialiter.*

14 *Sponsalia contracta ante septennium si adueniente septennio perseuerauerint per consensum continuũ confirmantur a scientibus nullitatem sponsaliorum.*

16 *Sponsalia quid sint quotuplicia sint & quibus ex causis dissoluantur remissiue.*

1 Tertius effectus est quia infantes non possunt contrahere sponsalia *l. in sponsalibus la. 2. ff de sponsa. impub. c. sponsalia 31. quęst. 2. GoZZad. cons. 33. nu. 9. c. impuberes de sponsa. impub. Gambar. de Offic. legat. lib. 7. num. 420. Narb. de ętat. Ann. 7. disp. 19. tot. post Iacob. Cuiac. Gregor. Lopez Quintil. Mandos Moz. Cened. Sanc. Basil. Bonacin. Dian. & alios*

2 Vbi dicit procedere, & de iure ciuili, & Pontificio. *Ego ipse de effect. min. atat. circa iudicialia in pralud. nu. 86. Peres de Lar. in comp. vit. hom. cap. 15. nu. 50. 51.*

3 Sed an septennium debeat esse cõplectũ ita vt non sufficiat si vltima dies septennij cæpta sit? quod sic firmarunt *Cuiac. lib 6 Obseru Cap. 16. Sanch. de Matr. lib. 1. disp. 16. n. 4. Hurtad. de matr. disp. 1. difficult. 4. Pont. de Matr. lib. 12 Cap 5. n. 3*

4 Contrarium defendunt *Sot. in 4. sent. dist. 27. Art. 2. Mandos. de atat. minor. Cap. 4. n. 11. Rebell. de obligat Iust lib. 4. qu. 5. con. 2. nu. 2. Gutter. de Matr. cap. 2. nu. 6.*

5 Dian. vero *Resolut. moral. tract. 4. de Sacrament. resolut.* 247. dicit vtramque opinionem probabilẽ *sed Narb. dicta q. 19. n. 7 in fine* censet primam opinionẽ probabiliorem, quia ex quo præscribitur ætas consistit in diuisibili.

7 Sed an isto casu malitia suppleat ætatem? *Peres de Lar. in compend. vit. homin. Cap. 15. n. 50.* dicit quod si ante septẽniũ apparuerit de malitia quæ eã suppleat vel

vel quia via ordinaria fuerit acceleratus vsus rationis vel miraculose poterit infans ante septem annos sponsalia cõtrahere, quem Citaui *in dicto praelud. num.* 87. quam opinionem sequuntur *Dian. dicta Resolut.* 274. *in fine & aly Citati a Narb. dicta quaest.* 19. *num.* 9.

8 Contrarium tenent *Riccard in 4. dist. 27. Art. 3. quaest. 1. Durand. Angel. Alb. Rosell. & Hurtado quos citat & sequitur Narb. dicta quaest.* 19. *num.* 8. ea ratione

9 quia si quoties malitia siue discretio supplet aetatem valerent sponsalia, & cum etiam post transactum septennium vsus rationis non accessit, minime valerent vt est certum & indubitatum sequeretur quod frustra aetas septennij ad sponsalia fuisset designata cum vsus potius rationis quam aetas attendatur *Ad. do Facchin. Contron. Iur. lib* 3. *cap.* 26.

10 Non obstat quod in matrimonio malitia suppleat aetatem, quia duobus modis respondet *Narb supra num.* 9. & 10.

11 Primo quia aetas pro matrimonio deputata cum illa exceptione praescribitur, nisi malitia suppleat aetatem quod minime designata ad sponsalia dici potest; cum nullibi caueatur aetatem ad sponsalia malitia suppleri. Secundo

12 quia malitia supplens aetatem in matrimonio non tantum est vsus rationis perfectus, vt est in sponsalibus, sed etiã potentia ad generationem necessaria quae regulariter ante aetatem requisitã adesse non solet; Ac proinde inquit si ante eam est vsus rationis perfectus & potentia expedita valide fiat matrimonium, & post eam etiam valide contrahitur si sit vsus rationis perfectus, quamuis non sit potentia ad generationem sufficiens.

13 Sed an qui ante praedictam aetatem sponsalia contrahunt peccent saltem venialiter? quod non concludit *Narb. supra num.* 11. & 12. quia sponsalia ante septennium contrahi non prohibentur sed contracta irritantur aut inutilia esse dicuntur *Barbos. in c. vbi non est num.* 3. *de desponsat. impub.*

14 Sed An sponsalia contracta ante septennium adueniente septennio confirmentur? *Peres vbi supra num.* 51. di-

15 cit quod si ante tempus contraxerint sponsalia, & adueniente septennio perseuerauerint per consensum continuum confirmantur a scientibus nullitatem sponsaliorum *Sanch. de Matr. lib.* 1. *de sponsal. disp.* 16. *num.* 5. & 6. *Ego ipse in dicto praelud. sub num.* 87. *Barbos. in c. Accessit num.* 2. *de despons. Impub.*

16 Quid vero sint sponsalia, quotuplicia sint, & quibus ex causis dissoluantur? remitto vos *ad Sanch. Gutier. Tancred. & Pont. de Matrimon.* & An si sposus recusat sponsam in vxorem ducere absque legitima causa possit ab Ecclesiastico iudice cogi *scripsi tom.* 2. *de Cit. in addit. ad secundam quaestionem num.* 28. *et vide Trinis. dec.* 9. *et* 20. *Nouar. qq. forens.* 65. *p. p. Dian. Tract.* 4. *de Sacrament. Resol.* 206. *tom.* 3. *Decian. cons.* 66. *lib.* 5. *Ricc. Collect.* 2664. *vers. altera causa est R. Matam ad Bull. Clem.* 8. *super tesor. Parroch. Vrb. Pan. Obs.* 14. *sub num.* 35. *et seq. Caual. dec.* 21. *num.* 44. *lib.* 3. *Mantic. de Tacit. conu. lib.* 3. *cap.* 77. *Sanc. de Mat. lib.* 1. *disp.* 20. *et* 29.

Quomodo vero probantur sponsalia? vide *Farinacc. dec.* 772. *p.* 2. *tom.* 4. *per tot. Macerat. Resol.* 28. *num.* 10. *lib.* 1.

EFFECTVS QVARTVS

SVMMARIVM.

1 *Minor duodecim annis si est femina et quatuordecim si est masculus non potest matrimonium contrahere.*

Et haec aetas tam de iure Ciuili quam Canonico completa esse debet nu. 2.

Sed si malitia suppleret aetatem tunc matri-

matrimonium ante decimum quartum, & duodecimum annum esse validum num. 3.

Et quid nomine malitia intelligatur? num. 4.

Et non quocunque tempore ante pubertatem potest malitia supplere ætatem, sed decimo tantum exeunte anno & vndecimo incipiente nu. 5.

7 *Impuberes an possint pro bono pacis matrimonium contrahere?*

Et quid ad sedandas inimicitias? nu. 8.

9 *Puberes an possint matrimonium contrahere deficiente habilitate ad copulam? & num. 10. & 11.*

12 *Episcopus potest dispensare vt impuberes matrimonio copulentur.*

13 *Matrimonium contractum ante tempus legitimum, si post dictum tempus superueniat consensus vel actus aliquis, ex quo consensus demonstratur an confirmetur?*

14 *Quid sit matrimonium quotuplex & de eius validitate, & inualiditate remissiue.*

1 QVartus effectus est quia minor duodecim annis si est fœmina & minor quatuordecim si est masculus non possunt matrimonium contrahere §. 1. *Inst. de Nupt. l. quesitum & l. in sponsalibus vbi Gl. ff. de spons. l. mulierem ff. de Rit. Nupt l. sancimus C. de Nupt. c. 2 c. impuberes c. attestationes c. ex literis de sponsal. Impub. Gl in l. 1. §. pueritiam verbo compleuit vers. & in contrahendo ff. de postuland. l. dote l. si sponsa de Iur. dot. l. hæc conditio ff. de cond. & demostr. l. quod pupillæ ff. vt legat. nomin. caueat. l. 2. §. si sponsalibus ff. de priuileg credit. Surd. cons. 200. num. 1. prax. Arch. Neapol. cap. 104. Narb. de at. ad omn. human. act. requis. Ann 7. quæst 7. nu. 8. Anno 14. quæst. 9. num. 2. post multos & quæst. 11. num. 4. Ego ipse post alios de effect. minor. atat. circa iudicial. num. 80. & vide Vin. dec. 288. nu. 6.* Fæmina namque in duodecimo anno fæmina esse incipit aptaque matrimonio est iusta illud *Virgil. Eglog. 8.*

Iam matura viro cum plenis nubilis annis *l. mulieris ff. de verb. signific. Narb. de atat. ad omn. hum. act. requis. Ann. 12. q. 2. num. 2. & Ann. 14. q. 5.* inquit esse omnium Thæologorum & medicorum commune placitum masculos non antea generandi potentiam accipere quã decimum quartum annũ peregerint & fæminas similiter non nisi post duodecimum concipere posse.

2 Et hæc ætas tam de iure ciuili quam Pontificio completa esse debet ex *tex. in dicto c. attestationes ibi donec compleat puer annum decimum quartum c. ex literis c. fin. eodem titulo Basil. Pont. de Matr. lib. 7. cap. 65. post hos & alios Narb. dicta quæst 9. num. 5. & 6. Monald. cons. 5. num. 49. lib. 2. & num. 8. dicit Narb.* cum Sanch. credere vltimam diem anni decimi quarti in masculis & duodecimi in fæminis cæptam saltim esse debere vt legitimæ ætatis ad contrahendum censeantur.

Sed quare similem paremque ætatẽ in masculo, & in fæmina ad contrahendum sponsalia requiritur dissimilem imparemque ad matrimonium contrahendum? *Hieron. Campanil. in diuers. Iur. Canon. Rubr. 7. cap. 6. num. 127.* dicit quod cum ad sponsalia sufficiat rationis vsus qui eodem tempore viris, fœminisue aduenit puta mox post expletum septennium, & ad matrimonium non solum consensus, sed & potentia generandi exigatur quæ citius fæminis tardius masculis solet aduenire mirum non est si ita fuerit constitutum *D. Tho. in 4. sent. dist. 27 Art. 2. ad 3. Argumentum Sanc. de Matr. lib. 1. disp. 16. post nu. 12 sequitur Bonac. de Matr. q. 1. p. 4. pro posi. 2. num. 10.*

Quare autem citius pubescat fæmina quam masculus vide *Barbos. post plures in dicto c. puberes num. 2. de despons. impub.* qui dicit hoc tantum naturæ tribuendum quæ mulierem citius admonet generationi sicut enim est breuioris

vitæ

vitæ ita citius perficitur.
3 Sed si malitia suppleret ætatem tunc
matrimonium ante decimum quartum
annum & duodecimum esset validum
c. de illis c. impuberes c. fin. de desp. impub.
in 6. Hod. Contr. for. lib. 1. cap. 20. num.
18. Paschal de patr. pot. p. 2. Cap. 10. sub
num. 22. vers. hinc est Barbos. in dicto c. de
illis num. 2. Ego ipse post hos & alios in
dicto prælud. num. 88. vbi num. 89. quid
4 intelligatur nomine malitiæ Narb. dicta
quæst. 9. num. 12. & num. 13. inquit non
quocumque tempore ante pubertatem
5 posse malitiam ætatem supplere sed de-
cimo tantum exeunte anno & vndeci-
mo incipiente ex c. continebantur de de-
spons. impub. Hurtad. & Pan. vnde inquit
6 proximos pubertati dici qui decimum
annum cum dimidio excesserunt, vt
scripsi de effect. minor. ætat. circa iudicia-
lia in prælud. nu. 29. idem dicunt Duard.
de Censib. § 1 quæst. 19. sub nu. 7. Sanch.
de Matrim. lib. 6. disp. 38. sub nu. 2. Tan-
cred. etiam de Matrimon. lib. 6. disp. 38.
num. 1. Onnat. de Contract. Tract. 2. disp.
6. sect. 3. num. 57. Venturin. cons. 12. num.
4. Surd. dicto cons. 200. num. 14. & cons.
364. a num. 31. vbi quando malitia sup-
plet ætatem Monald. cons. 6. num. 37. tom.
2. cons. 7. num. 9. eodem tom. 2. Farinac.
dec. 72. sub nu. 3. post primum volumen
consiliorum vide Menoch. de Arb. Cent.
1. lib. 2. cas. 57. num. 34. Molfes. super Con-
suet. Neapol p. 4. de Succ. ab intest. quæst.
19. num. 4. qui dicit quod multoties fuit
decisum per Rotam vt fæmina quæ ma-
trimonium contraxit in ætate decimi
anni cum dimidio quia aderant aliæ
coniecturæ ad habilitatem matrimonij
fuit declarata habilis ad contrahendū,
& matrimonium validum declaratum
fuit & si exempla magis mouent quam
verba scias non defuisse homines qui
ante legitimam ætatem ad generandum
validi extiterunt Salomonē decimo vel
vndecimo anno ætatis suæ genuisse Ro-
boam & Acha. eadem ætate Ezechiam
dicit S. Hieronymus in Epistola ad vita-
lem cuius meminit Gl. & Ioa. Andr. in c.
fin. ex. de eo qui cognouit consang. Vxor.
suæ & Narb. Alijs relatis dicto Ann. 14.
q. 41. num. 2. puer quidam in anno nono
nutricem grauidam reddidit Test. D.
Gregorio Dialog. lib. 4. & meminit Gl. in
c. in summa 20. q. 1. sequitur Menoch. de
Arb. Iudic. cas. 54. num 33. & de fæmina
annorum decem quæ Neapoli peperit
refert Sanc. de Matr. lib. 7. disp. 104. nu.
29. refert Barbos. in c. puberes de despons.
Impuber. num. 5.

Sed An matrimonium ante supradi-
ctum tempus contractum superuenien-
te post dictum tempus consensu vel a-
ctu aliquo ex quo consensus demonstra-
retur confirmatur? Quod non scripsi
in dicto prælud. num. 83. Hante concil.
Trident. ex Gutter. Can. qq. cap. 18. num.
6. sed vide etiam Cenall. com. contr. com.
quæst. 606. num. 22. qui aduertit quod
Gutter. dicto cap. 18. cantauit palino-
diam.
7 Sed An pro bono pacis possint im-
puberes matrimonium contrahere? Ē
Sanch. de Matr. lib. 1. disp. 17. num. 6. re-
latus a Narb. dicta quæst. 9. num. 14. per-
mitti inquit impuberes pro bono pacis
matrimonium contrahere quando iu-
dicio Episcopi probabile esset malitiā
præuenire ætatem quamuis de poten-
tia ad copulam dubium esset aliquale,
& si experientia facta comperiretur nō
dum adesse potentiam, esset illud ma-
trimonium sponsalia iuris interpræta-
tione; & ita dicit sub audiendum quod
nimis generale tradunt Roman. consil.
332. num. 13. Cranett. cons. 264. num. 6.
& Tusc. pp. Concl lit P. conclus. 173. num.
12. & 25. quos citat & sequitur R. D.
Hippolyt. Maia ad bullam Clement. 8. su-
per reformat Parroch. Vrb. Pan. Obs. 12.
8 num. 35. scilicet quod pro sedandis ini-
micitijs etiam inter impuberes matri-
monium iniri potest Narb. dicta quæst.
9. num. 14. & etiam sponsalia contrahi
possunt licet contrahentes non sint in
ætate pro bono pacis Barbos. in c. vbi
non est num. 1. de desp. Impuber. qui est
effectus inimicitiæ a me prætermissus
in

in primo & secundo tomo de effect. inimic.

9 Sed an deficiente habilitate ad copulam possit a puberibus matrimonium contrahi? *Narb. supra num.* 15. *ex Sanch. de Matrim. lib.* 7. *disp.* 104. *num.* 14. inquit quod tex. *in c. de illis de desponsat. Impub.* solum requirit idoneitatem ad copulam respectu impuberum, vt sic ipsorum ætas possit ad matrimonium suppleri, non vero etiam in puberibus eam expostulat, ergo cum in ætate sint qua solet communiter hęc habilitas adesse, hoc sufficiet vt licet per accidens deficiat, possit tamen ab ipsis valide matrimonium celebrari, quod idem de fœmina accipiendũ dicit sentire *Sanch. Narb. supra* ita vt inquit *Narb.* si post

10 duodecimum annum perfectum ex diminuta corporis dispositione non possint pati virilem congressum, nihilominus valeant matrimonialiter copulari:

11 sed quantum tempus sit hoc casu expectandum vt experiatur an prædicta inhabilitas sit perpetua vel temporalis *Narb. supra se remittit ad Sanch. loco supra citato a num.* 16.

12 Sed An Episcopus possit dispensare vt impuberes matrimonio copulentur? quod sic firmat videndus *Narb. supra sub num.* 17. *Barbos. in c. vbi non est num.* 5. *de desp. Impub.*

13 Sed an matrimonium ante dictum tempus contractum post dictum tempus superueniente consensu vel actu aliquo, ex quo consensus demonstratur confirmetur? Quod non scripsi *de eff. minor. et circa indic. in præl. à num.* 81. & ad ibi dicta vos remitto.

Sed An contrahentes ante tempus supradictum mortaliter peccent videndus *Barbos. in c. vbi non est a num.* 3. *de despons. Impub.*

14 Quid vero sit matrimonium quotuplex & de eius validitate & inualiditate videndi *Sanch. Tancred. Gutt. et Pons. de Matrimon.* De ministris Sacramenti matrimonij & si inter fidelem & infidelem possit esse matrimonium seu inter catholicum & hæreticum & nonnulla alia ad materiam videndus *R. D. Hippolyt. Maia ad bull. Clem.* 8. *super reformat Parro. Vrb.* Pan. *obs.* 12. *a num.* 405. Et An lite pendente super nullitate matrimonij possit coniugibus exercitium maritale interdici scripsi *tom.* 2. *de Cit. singul.* 38. *nu.* 2. *et vide Annib. de pren. Instr. cap.* 2. *dub.* 2. *num.* 98. vbi quod lite pendente super matrimonio puta quia contrahentes consanguinei sunt non prohibetur litigantibus copula carnalis.

EFFECTVS QVINTVS

SVMMARIVM.

1 *Minores septennio non possunt assumere primam tonsuram, & alios minores ordines, & num.* 26.

Sed expleta supradicta atate si in ea adsit vsus rationis cæteros ordines preter accolytatum assumere possunt num. 2.

Limita conclusionem stante necessitate num. 3. *&* 25.

4 *Necessitas multa operatur & a num.* 5. *vsque ad num.* 25. *exclusiue.*

28 *Episcopus non potest minori septennio primam tonsuram & alios minores ordines conferre: & de pæna conferentis.*

Et quid si infanti conferat ordinem diaconatus quam pænam incurrat? num. 29.

30 *Infantes qui ordinem recipiunt quam pænam incurrant?*

31 *Minores duodecim annis ad accolytatus ordinem minime promoueri possunt.*

31 *Beneficium quod ex fundatione dari debet ei qui actu foret Sacerdos potest ex dispensatione Episcopi & patroni consensu conferri ante Sacerdotium, & legitimam ætatem ad illud suscipiendum intra annum.*

Sed non potest præsentari ad illud antequam annum duodecimum habeat ad minores ordines recipiendos præfixum num. 32.

33 *Minores vigesimi secundi anni, ex Concilij Tridentini dispositione ad subdiaconatum minime promoueri possunt.*

Sufficit tamen vigesimum secundum annum esse incohatum num. 34.

35 *Minores annorum viginti trium saltem inceptorum ad ordinem diaconatus minime promoueri possunt.*

36 *Minores annorum viginti quatuor cõplētorum ad Sacerdotium promoueri non possunt.*

Sed ille qui hodie implet ætatem viginti, & quatuor annorum potest statim post mediam noctem Sacerdos ordinari, quia dicitur attigisse vigesimumquintum annum num. 37. & 38.

39 *Episcopus non potest dispensare cum minore illum ordinando ante ætatem ad ordines requisitam.*

1
Vintus effectus est
quia minores septennio nõ possunt
assumere primam
tonsuram, & alios
minores ordines
c. fin. & ibi Gl. in Verbo infanti de temp. ordin. in 6. Gl. fin. in Clem. vlt. de æt. & qualit. Card. Alex. in c. de his 28. dist. Cagnol. in l. 1. §. item impuberes nu. 13. vers. ad primam tonsuram ff. de regul. Iur. Bertach. in Tract. de Episc. lib. 2. p. p. quæst. 31. num. 56. Mandos. de ætat. min. cap. 4. num. 12. Gigas in tract. de pension. quæst. 13. num. 3. Rebuff. in practic. titul. de dispensat. ratione ætatis in princ. & in tract. de pacific. possess. num. 209. Paris. de Resign. benefic. lib 4. quæst. 9. num. 9. Gambar. de offic. legat. lib. 7. num. 432. Perez de Lar. in compend. vit. hom. Cap 16. num. 125. & cap. 17. num. 36. quod post septennium Narb. de ætat. ad omn. hum. act. requis. Ann. 7. quæst. 9. num. 2. post Matol. Salced. Syluestr. Angel. Gutter. Vgolin. Sanch. Menoch. Flamin. Henric. Graff. Garc. Campanil. Petr. Gregor. Monet. Rodor. Barbos. Dian. & alios
2 *& num. 3.* inquit *Narb.* quod supradic-
ta ætate expleta si in ea adsit vsus ra-
tionis, cæteros ordines minores præ-
ter Accolytatum dari posse est commu-
nis sententia, vt concludunt *Gl. in dic-*
to c. de his Verbo lectorem & in Clem. ge-
neralis Verbo promoueri de ætat. & qua-
lit. sot. in 4. dist. 25. quæst. 2. Art. 2. §. quã-
uis iure vers. & omnes minores ordines a
septennio Borg. de irregular. p. 6. tit. de
tempor. ordin. num. 6. & 16. Vgolin. de
irregular. cap. 45. num. 2. Azor. Inst. mo-
ral. p. 2. lib. 6. cap. 5. quæst. 8. & 9. Gutter.
Canon. qq. lib. 1. cap. 26. num. 26. Suar. de
Censur. disp. 31. sect. 1. num. 22. & alij
citati a Doctissimo Narb. qui omnes vt
ipse adsererit vno ore fatentur eam so-
lum requiri ætatem ad ordines mino-
res excepto Accolytatu, quæ septen-
nium completum excedit.
3 Fallit supradicta communis conclu-
sio stante necessitate; cum necessitatis
4 tanta sit vis vt cogat aliquando a iuris
dispositione recedere argumento *c. 2.*
de obseru. ieiun. &c. qui propter neces-
sitatem *de furt. Brun. a sol. in compend.*
V. I. Verbo necessitas Intrigl. de feud. Cent.
2. Art. 5. num. 273. Hinc communiter
5 dici solet quod necessitas legem non
habet *Barbos. Axiom. 157. R. D. Hip-*
polyt. Mata Obseru. 12. In Bull. Clem.
8. super reform. Parroc. Vrb. Pan. a num.
43. vbi propterea dicit quod laicus
quilibet & mulier necessitatis tempore
baptizare potest Imo dicit quod in
necessitate tenetur quis sub pœna pec-
cati mortalis alterum baptizare, &
licet quis debeat in propria Ecclesia
bapti-

baptizati tamen in periculo mortis po-
test domi baptizati & num 48. dicit
non solum laicum sed Iudeum Hæreti-
cum Paganum seu gentilem quemlibet
in necessitate posse baptizare si eisdem
forma & intentione faciant quibus fa-
cit Ecclesia Catholica *Plot. cons.19. nu.
49.lib.1.Pelliccion.Ill.qq. quæst.41. cap.
28.fol.mihi 364. col.1. vers.ratio est* vbi
quæ causa necessitatis occurrunt sub
nulla lege prohibitiua continentur, sed
semper ex eiusdem legis interpretatio-
ne censentur excepta, vbi etiam quod
necessitas facit licitum quod alias erat
illicitum, quod rigor iuris remittitur
stante necessitate, & quod in actu ali-
quo explendo potest aliquid mutari vel
omitti ex assignatis pro illius validita-
te, & quod scriptura manu propria
subscribenda potest per alium subscri-
bi, & quod sententia quæ a iudice se-
dente debet ferri, si iudex ex legitimo
impedimento sedeat, valet & quod tu-
tor qui ante confectionem inuentarij
administrare non potest, vrgente ne-
cessitate potest, & quod actus qui abs-
que consensu certæ personæ fieri non
potest, vrgente necessitate potest fie-
ri, vbi in vers. qui autem dicit quod
quæ de necessitate dicta sunt intelligē-
da sunt de vera necessitate, quæ vel a
natura vel a casu originem trahit, non
autem quæ a voluntate originem ducit.
Hinc dicit quod habemus legem non
fauere ijs qui in necessitate se consti-
tuunt, quia culpatæ necessitati non sub-
6 uenitur, & necessitatis tempore omnia
iura, & priuilegia silent *Mastrill. decis.*
7 284. *num.* 13. & quod vt supra facit li-
citum quod alias erat illicitum *Los.de
Iur.Vniu.p.4.Cap.1. num.*48. *Intrigl su-
pra num.* 253. vbi ex hoc infert ad plu-
8 ra scilicet quod stante statuto quod nul-
lus audeat proponere in consilio de im-
ponendo aliquam collectam sub certa
pœna si contingat superuenire necessi-
tatem famis vel belli faciens arengam
de imponendo collectam propter talem
necessitatem non incidit in pœnam sta-
9 tuti, Item Episcopus posset alienare
bona Cathedralis Ecclesiæ inconsulto
Romano Pontifice si tanta immineat
necessitas, vt consuli non patiatur non
obstante iuramento de non alienando
10 eo inconsulto, Item quod licet grada-
tim sit appellandum non procedit quā-
do vnus iudex deficit, & si delegatus
11 fuisset excommunicatus, quia appella-
retur ad delegantem, & si iudex Ciuilis
12 esset absens licite iudex Criminalis co-
gnosceret de causis ciuilibus, & quod
13 notarius non matriculatus posset rogari
de instrumento nō obstante statuto an-
nullante instrumenta minime scripta
14 per matriculatum, & propter necessita-
tem possent milites in castellari in Ec-
15 clesia, & peregrini possent in Ecclesia
16 hospitari, & licitum esset laico baptiz-
17 zare, & nauis vi ventorum adducta ad
certum portum non soluet gabellam de
18 mercibus alias debitam, & quod statu-
ta facta per adunantiam generalē pos-
19 sunt infringi propter necessitatem non
obstante statuto, & licet domino im-
20 ponere Charitatiuum subsidium & ve-
nire contra proprium licitum iuramen-
21 tum si superior non esset in loco, vt ab-
solueret, & Prælatus posset alienare bo-
22 na alias prohibita alienari a testatore,
& in casu necessitatis licitum est consti-
23 tuto in peccato mortali tangere Eucha-
ristiam, & si quis fame laborat poterit
24 diebus festiuis operari vt sua necessita-
te prouideret: in summa concludit *In-
trigl. vbi supra* quod sibi dies deficerent
si omnes casus necessitatis adijcere vo-
luisset, & quod qui septennium non ex-
25 pleuit possit stante necessitate tonsurari
*D.Thom. Lumen Ecclesiæ & Theologorum
Princeps in addit.ad 3.p.quæst.39. Art.2.
Narb.dicta quæst.9.num.7.*
26 Extra vero casum necessitatis nullus
ante septennium perfectum prima ton-
sura & tribus minoribus ordinibus cō-
decorari licite poterit, & si initietur
27 Episcopus lethalis culpæ, & suspensio-
nis saltim a collatione primæ tonsuræ
28 reatum incurret, quia Episcopo id gra-

uiter prohibetur *c. nullus Episcopus c. vel*
non est compos de Temp. ord. c. vlt eodem
tit. lib. 6. licet conferens infanti ordinẽ
29 diaconatus non tantum a collatione
ipsius, sed etiam cæterorum ordinum
suspendatur *Narb. supra num.* 8. vbi de
ratione differentiæ remissiue.

30 Sed an infantes qui ordinem reci-
piunt tale crimen vel suspensionem cō-
trahant? *Narb. dicta quæst. 9. num. 10.*
post Henr. Miran. Zerol. Barbos. Dian. &
alios firmat quod non licet suspendan-
tur ab ordinum minorum executione
quandiu proprio ordinario videbitur
idem dicit *Bonifac. de Vital.* ab eo non
citatus super *Clem. generalem de atat.*
& qualit.

31 Et minores duodecim annis ad Aco-
lytatus ordinẽ minime promoueri pos-
sunt quam opinionem veram existimat
Narb. Anno 22. quæst. 1. num 2. post Gl.
Syluestr. Armill. Graff. Veg. Rebuff. Hen-
riq. Tolet Monet. Van. Sanc. & alios vnde
num. 7. infert quod licet ex dispensatio-
32 ne Episcopi, & patroni consensu possit
quis prouideri de beneficio quod ex
fundatione ei dari debebat, qui actu
foret Sacerdos ante Sacerdotium & le-
gitimam ætatem ad illud suscipiendũ
intra annum, tamen minime poterit ad
ipsum præsentari antequam præfatum
annum duodecimum habeat ad mino-
res ordines recipiendos præfixum sed
vide omnino circa hanc materiam *An-*
tonell. de Tempor. legit. lib. 2. cap. 12. a
num. 12.

33 Et minores vigesimi secundi anni ex
Concilij Tridentini dispositione *Sess.*
23. de reformat cap. 12. ad subdiacona-
tum minime promoueri possunt *Narb.*
Ann. vigesimo secundo quæst. 1. num. 5.
post Henr. Sair. Marol. Garf Gutier Rodor.
Graff. Mirand. Monet. Barbos. Dian. & alios
vbi num. 6. & seq. dicit sufficere annum
34 vigesimum secundum esse inchoatum
Squillant. de priuil Cler. Cap. 4. Dub. 3.
num. 65. in fine Lother. de re benefic. lib.
2 quæst. 49. num. 29. Antonell de Temp.
legit. lib. 2 cap. 12. num. 12.

35 Et ad diaconatus ordinem ætas an-
norum viginti trium saltim inceptorũ
requiritur ex Concilij Tridẽtini dispo-
sitione *Sess. 23. cap. 12. de reformat* cuius
sententiam confirmant *Riginald. Rodri.*
Gutter. Henrich. Cerol. Quarant. Vgol.
Garf. Fillut. Monet. Barbos. Vintan. Dian.
& alij penes Narb. Anno. vigesimo tertio
quæst. Vnic. Squill. vbi supra Lother. loco
citato & Antonell. vbi supra.

36 Ad Sacerdotium vero ætas viginti
quatuor annorum completorum requi-
ritur *Clement. 1. de atat. & qualit. Man-*
dos. de ętat. minor. Cap. 5. num. 102 c. ge-
neralem de at. & qualit. Lap. Allegat. 35.
num. 3. c. cum in cunctis §. inferiora de
elect. Gambar. de offic. legat. lib 7. num.
426. & 432. Bonifac. de Vital. in Cle-
ment. vlt num 16. de at. & qualit. Narb.
de ęt. ad omn. human. act. requis. Ann. 25.
quæst. 55 num. 4. & 5. post multos quos
37 citat inquit quod illæ qui hodie implet
ætatem viginti & quatuor annorum po-
test statim post mediam noctem Sacer-
38 dos ordinari, quia ille dicitur vere at-
tigisse vigesimum quintum annum, *&*
num. 6. inquit quod in hac annorum cō-
putatione non est numerandus dies bi-
sextilis quia annus a iure determinatus
intelligitur annus constans ex 365. die-
bus continuis *& a num. 7.* ponit *Narb.*
nonnullas quæstiones circa materiam
remissiue *Squill supra num. 66. Lother.*
etiam supra vide Antonell. loco citato vbi
multas quęstiones circa hanc materiã
examinat.

39 Et omnibus supradictis casibus non
potest per Episcopum dispensari cum
minori illum ordinando ante ætatem
prædictam *Clem. generalem cum. Gl. in*
Verbo Anno in fine de at. & qualit. Bero.
cons. 5. num. 49. lib 1.

Sed an Sacerdotes pro celebratione
missarum possint stipendia recipere?
vide *Zacch. de Salar. quæst. 85.*

Quid si missæ fuerunt celebratæ in al-
tari semel vel bis in hebdomada per de-
cennium nec appareat de onere, An
cappellanus teneatur celebrare in fu-
turo?

turo? *Genu.pp. Eccl.quaest.391. num.2.*

Relictae vt incerta cappella fiant alibi celebrari non possunt *Carol.Mar.Resp.89.num.13.p.3.* perpetuae incerta Ecclesia faciendae an translata Ecclesia & illae translatae censeantur *Carol. Mar. Resp.75.num.39.p.3.*

Missarum celebratio quomodo probetur, & an iuramento religiosorum? *Genu.quaest.227. num. 1. Tondut. lib.1. quaest.& resolut. benef.cap.100. num.20.*

Missarum numerus an augeri debeat si res legata pro onere missarum creuerit? idem *Genua.quaest.130.num.1.*

Missarum celebratio an possit fieri per alios? idem *quaest.391. num.3.*

Episcopus An possit missas ad minorem numerum reducere *Dian. trac. 14. de Celebr.miss. Resol.1.lib.2.*

An religiosi qui acceperunt mille aureos cum pacto dicendi tot missas ad rationem vnius tareni pro singulis missis, possint reducere illas ad minorem numerum ad rationem trium caroenorum singulorum pro singulis missis *R. P.Tanc. p.2.qq. moral.trac.5. de var. & Eccl.ac regul. dub.q.6.*

EFFECTVS SEXTVS

SVMMARIVM.

1 *Minores quatuordecim annorum si masculi & minores duodecim annorum si femina non obligantur voto solemni siue professione dum ingrediuntur monasterium.*

Nec isto casu malitia potest supplere aetatem pro vt in matrimonio num. 2.

Sed quid per Tridentinum disponatur vide num. 11.

3 *Professio facta a monachis in insulis existentibus post decimu quartum annum & ante decimum ottauum non valet, & num.4. de ratione.*

Sed an per Concilium Tridentinum sit derogatu statutis harum religionum? num.4 5.6.7 8. et 9. et 10.

8 *Minor non potest renunciare beneficio minoris aetatis licet sit inductum fauore ipsius et num. 9.*

11 *Professio in quacumque religione tam virorum quam mulierum non debet fieri ante decimum sextum annum expletum.*

An huic aetati possit a nouitio renunciari? num. 12.

Haec aetas ita exacta debet esse vt non sufficiat vltimam diem decimi sexti anni esse captam, et si tantum se x hore deficiunt ad legitimam aetatem professio est nulla num. 13. et 14.

Et complenda est de momento ad momentum.

Et in anno bisextili reputatur dupplex dies pro vna num. 15. & 16.

Intellige supradicta vt num. 8.

18 *Annus probationis requiritur ad validitatem professionis.*

19 *Minores duodecim annorum si femina & quatuordecim si masculi non possunt admitti ad nouitiatum.*

Et de ratione num. 21. alias professio est nulla num. 24.

Et circa hanc aetatem multa num. 20.

Et an ingrediens religionem ante hanc aetatem possit nouitius appellari, & gaudeat nouitiorum priuilegijs? num. 22. & 23.

25 *Pueri ante legitimam aetatem si vsum rationis habent voto simplici obligari possunt.*

Contrarium num. 26.

Limita in voto simplici reali num. 27.

28 *Professio facta a minore nulla ratione minoris aetatis obligat vouentem tanquã votum simplex si ita vouens sit doli capax & num. 29. de ratione.*

30 *Parentes & tutores possunt reuocare votum simplex factum a filijs minoribus quatuordecim annis & num. 31.*

Ampla siue sit personale siue reale num. 32.

Nec

33 Nec ad irritandum tale votum requiritur causa, sed sufficit simplex voluntas patris vel tutoris irritantis num. 33.

Nec irritando votum peccant num. 34.

Nisi a principio voto consenserint vel post factum ratum habuerint, quia tunc irritando peccant num. 35.

Sed si de facto renocent filius contraueniendo non peccat num. 36.

Et dicuntur voto consentire si illud sciant & non renocent num. 37.

38 Filius postquam paternam exiuerit potestatem debet votum ab eo factum, & a patre non renocatum adimplere.

39 Filius si post reuocationem voti ab eo emissi factam per patrem peruenerit ad legitimam ætatem vel fuerit factus sui iuris non per hoc tenetur obseruare votum vbi de ratione. Amplia num. 40. & 41.

42 Pater potest reuocare votum factum a filio dum esset impubes etiam si illud ignorauit nec sciuit nisi post pubertatem.

43 Papa facillime dispensat votis a minoribus factis.

44 Pater an possit filios religionibus offerre?

Et de effectu huius oblationis? num. 45. & 46.

47 Impubes qui propria auctoritate ingressus est monasterium potest quandocumque ab eo recedere & num. 48. de ratione.

1 EXTUS effectus est quia minores quatuordecim annis si masculi, & minores duodecim annis si fæminæ non obligantur voto solemni siue professione dum ingrediuntur religionem c. tribus 23. quæst. 4 & quæst. 5. c. pueri 1. not. Innoc. in c. scripture de vot. Frideric. de sen. cons. 237. in 1. not. Anchar in c. significatum num. 2. de regular. c. 1. vbi Gl. c. ad nostram c. cum virum c. cum simus de regul. c. 1. eodem titul. in 6. Clem. cons de regul. & firma c. illud 20. qu. 1. c. si in qualibet 20. quæst. 2. Mandos. de minor. cap. 5 num 51. Gambar. de offic. legat. lib. 7. num. 4. 8. Christ. ph. Russin. in tract. de benefic. Cap. 17. num. 8. Narb. de ætat. post multos Ann. 16, quæst. Vnic. nu 1. & 5. R. P. Sacc. in fascicul. flor. lib. 2. tract. 5. cap. 4. de subiect. Vot. dub. 2. num. 7.

2 Nec isto casu malitia potest supplere ætatem pro vt est dispositum in matrimonio carnali Doctor. Angelicus 2. 2. quæst. 88. Art. 9. & quæst. 189. Art. 5. in respons. ad 3. in 4. sent. distinc. 27. quæst. 2. Art. 3. & distinct. 38 quæst. 1. Artic. 1. & opuscul. 17. cap. 12. & 13. ad decimum Host. in sum. de regul. §. & vtrum extre vers. quod autem dixi Innoc. Iohan. Andr. Anto. de Butr. & Abb. & Præpositus in c. de illis de despons. impuber. idem Innoc. Host. Iohan. Andr. & alij in c. cum ad monasterium de stat. monac. Anton. de Butr. in c. postulasti de regular. vbi etiam Abb. testatur de communi Gl. 2. quæst. 1. in Clement. eos de regular. vbi etiam Cardin. num. 7. Abb. num. 8. & Bonifac. num. 2. & seq. idem Abb. in c. significatum num. 4. & in c. cum virum num. 4. de regul. Bellamer. in c. propositum num. 2. 20 quæst. 3. Siluest. in sum. Verbo religio quæst. 12. Nauarr. in manual. cap. 12. nu. 68. Narb. dicta quæst. Vnic. num 1.

3 Sed in congregationibus monachorum existentium in insulis professio facta post decimum quartum annum, & ante decimum octauum non valet quia,

4 cum in talibus religionibus vita sit nimis dura requiritur maior consideratio ad se obligandum tali religioni, vt est dispositum per c. quia in insulis de regular. c. quia autem 20. quæst. 1. Host. in dicto c. quia in insulis, & ibidem Iohan. Andr. et Anton. de Butr. nu. 3. idem Iohan. Andr. in regula cum non stat. de regul. Iur. in 6. Archidiac num. 4. et Bellamer. num. 2. in c. 1. 2. quæst. 1. Narb. dicta quæst. Vnic. num. 5. et num. 9. dicit quod per Tridentinum minime videtur derogatum statutis harum religionū Stephan. durant in quæst. Iur. quæst. 3. vbi dicit quod ex eadem ratione Carthusiani & Montis Oliueti fratres, ob regulæ seueritatem, & duritiem ante decimum

cimum octauum annum neminem ad
professionem faciendam admittunt.
5 Quidquid in contrariũ tenuerit *Abb.*
in dicto c. quia in insulis num. 4. quia
6 mouetur ex eo quod hæc longior ætas
requisita ad profitendum in talibus re-
ligionibus est inducta fauore ipsorum
7 profitentium & quilibet fauori suo re-
nunciare potest *l. si quis in conscribendo*
C. de pact. vbi Iason. not. 7. *Mangil. de*
Euict. quæst. 137. *num.* 1. *Nouar. quæst.*
forens. 66. *num.* 1. *Mut. decis.* 24. *num.* 31.
Castill. decis. 211. *num.* 32. *Intrigl. cons.*
3. *num.* 45. *Ferrer. super Const. les impu-*
bers. Gl. 4. *num.* 86. *Cost. cons.* 24. *num.* 33.
& 34. *cons.* 43. *num.* 9. *Plot. cons.* 30. *sub*
nu. 49. *lib.* 1. *Burg. de mod. proced. ex abupt.*
quæst. 26. *num.* 2. *Giurb. dec.* 24. *sub num.*
18. *&* *dec.* 76. *num.* 16. *Abb. cons.* 72. *col.*
2. *vers. sed his minime obstantibus lib.* 2.
tam in iudicio quam extra iudiciũ *Cal-*
deren cons. 2. *alias primo de translat. præ-*
lat. idem Calderin. cons. 59. *quod est* 2. *de*
Renunc. etiam sine superioris licentia
etiam si renunciatio fit tacita *Gemin.*
consil. 151. *num.* 16. etiam in prohibitis
a statuto *Bald. cons.* 313. *per tot. lib.* 1. *cons.*
336. & in omnibus prouisionibus re-
cipientibus vtilitatem priuatam inest
clausula nisi partes de quarum fauore
agitur aliter voluerint *Cuman. cons.* 50.
num. 2. *Roman cons.* 152. *in princ. Tusch.*
concl. 170. *lit. R.*
8 Sed hæc ratio non militat isto casu
cum minor non possit renunciare bene-
ficio minoris ætatis vt scripsi *in prælud.*
de effect. min. æt. circa iudic. num. & ta-
9 men beneficium minoris ætatis est in-
ductum fauore ipsorum.
10 Sed melior est ratio quam considerat
Sanch relatus a Narb. dicta quæst. Vnic.
sub num. 5. quia in dictis locis nullum
est verbum irritam reddens professionẽ
antea factam.
11 Sed hodie ex dispositione Concilij
Tridentini *Session.* 25. *de regul. Cap.* 15.
in quacunque religione tam virorum
quam mulierum professio nõ debet fie-
ri ante decimum sextum annum exple-
„ tum inquit enim Sancta Synodus In-
„ quacumque religione tam virorum quã
„ mulierum professio non fiat ante deci-
„ mum sextum annum expletum, nec qui
„ minore tempore, quam per annum post
„ susceptum habitum in probatione ste-
„ terit ad professionem admittatur, pro-
„ fessio autem antea facta sit nulla, nul-
„ lamque inducat obligationem ad ali-
„ cuius Regulæ vel Religionis, vel ordi-
„ nis obseruationem, aut ad alios quos-
„ cumque effectus ita post *Mandos. Stu-*
nic. Fusc. Azor. Sanch. Ioan. de la Cruz.
Zerol. Barbos. Tap. Duran. Less. Rebell.
Dian. Gratian. & alios Narb. de ætat. ad
omn. hum. act. requis. Anno 16. *quæst. Vnic.*
num. 6. *& num.* 8. de ratione vbi etiam
12 dicit quod huic requisitæ ætati a noui-
tio renunciari non potest & quod hæc
13 ætas ita exacta esse debet vt non suffi-
ciat vltimam diem decimi sexti anni es-
14 se cæptam & quod si tantum sex horæ
deficiunt ad legitimam ætatem profes-
15 sio nequit valide emitti, addit etiam
complendam esse de momento ad mo-
16 mentum & quod annus bisextilis repu-
tatur duplex dies pro vna *Squill. de pri-*
uileg. Cler. Cap. 4. *dub.* 3. *sub num.* 63. *&*
vide Pellic. Ill. qq. quæst. 45. qui deter-
minat defectum sex horarum in circa
non reddere professionem nullam & in
validum.
17 Supradicta vt notat *Narb. supra*
num. 7. procedunt tam in professione
expressa, quam tacita concurrente hac
legitima ætate, & alijs conditionibus.
18 Intelligas etiam supradicta vt minor
post decimum sextum annum possit e-
mittere votum solemne, & profiteri in
religione si prius permanserit in mona-
sterio per annum, qui dicitur proba-
tionis, alias non valet professio *S. C. Tri-*
dent. dicto cap. 15. *de regul.* sed circa
hunc annum probationis, vide omni-
no quæ scripsi *tom.* 2. *de Cit. singul.* 9.
num. 8. *& tom.* 3. *de Citat. in annot. ad*
dictum singul. num. 34. *& seq. Narb. de*
ætat. ad omn. hum. act. requis. Ann. 14.
quæst. 10. *num.* 1.

Ad

19 Ad eum nouitiatum annum, qui præ-
mitti debet ante professionem non pos-
sunt admitti ante decimum quartum
annum exactum masculi nec ante duo-
decimum fœminæ *Clement. vlt. tunc te*
Gl. Verbo ætate de regul. Barbos. de iur.
Eccl. Vniu. Cap. 42. num. 1. Sanch. lib 5.
summæ cap. 4. num. 12. & alij per Narb.
dicta quæst. 20. sub num. 1. vbi etiam tria
subiungit circa hanc ætatem primum
20 eam malitiam non supplere, secundum
complendum illum annum esse de mo-
mento ad momentum, & anno bissexti-
li duplicem diem pro vno reputari ad
ipsius complementum Tertium per Tri-
dent. dicto cap. 15. non esse abrogatum
cum solam professionem ante decimum
sextum annum exactum irritam reddat
non vero interdicat nouitiatum incipi
aut compleri ante eam sexdecim anno-
rum ætatem & *nu. 3.* inquit *Narb.* quod
etiam pubertas requiritur ad ingressũ
21 religionis, quia annus ille datur ad au-
steritates religionis experiendas, inter
quas potissimum eminet castitatis ob-
seruantia, cuius difficultates impuberes
experiri planè nequeunt, cum non dum
ad eam ætatem deuenerint, qua vt apti-
tudinem ad venerea, & concupiscen-
tiam habeant ad ea.
22 Ex supradictis sequitur induentes re-
ligiosum habitum ante annos puberta-
tis nouitios appellari posse, cum at-
tenta rei proprietate ita sit, alio tamen
respectu ita vocari non posse idest quia
adeo sunt in religione noui, vt non dũ
anno probationis ei inseruierint argu-
mento tex. *in l. interdum §. quoties ff. de*
public. & vectig. Narb post multos dicta
quæst. 20. num. 4. & num. 5. dicit quod
23 quamuis isti impuberes religionem in-
gredientes quo ad nomen & priuilegia
nouitij habeantur, tamen quo ad pro-
fessionem spectat nouitij non erunt cum
solus ille hoc respectu nouitius dicatur,
qui cum decimum quartum annum ha-
24 beret, probationis annum incohauit.
vnde si aliquis ante prædictum tempus
ad nouitiatum fuisset admissus, profes-
sio eius virtute facta nullitatis vitio la-
boraret, vt recte aduertit *Narb. dicta*
quæst. 20. sub num. 5.
25 Sed in voto simplici aliud dicendum
est; nam cum huiusmodi votum sim-
plex vires sumat ex deliberatione ani-
mi, qua quis intendit Deo se obligare,
si in tali deliberatione adest vsus ratio-
nis etiam ante legitimam ætatem omni
voto quis se obligare potest *in c. 2. de*
Vot. D. Thom. in 2. 2. quæst. 88. Art. 9. &
quæst. 189. Art. 5. in 4. sent. qui hoc no-
tat specialiter in voto religionis *& dist.*
27. quæst. 2. Art. 3. & dist. 38. quæst. 1.
Art. 1. & Opuscul. 13. ad decimum Albe-
ric. in diction. in Verbo religio il. 3. in
princ. Ioan. de Findeburg. in sum. cõfessor.
lib. 1. de Vot. tit. 8. quæst. 30. & lib. 3. tit.
28. de Translat. Cleric. quæst. 11. Syluest.
in sum. in Verbo votum il. 2. quæst. 5. &
in Verbo Religio il. 2. quæst. 14. Gregor.
Lopez. super ll. Taur. l. 3. tit. 8. p. p. Verbo
tal prometiente & eodem tit. & par. l. 4.
Verbo maguer Monter. dec. aragon. 14.
num. 57. R. P. Sacc. vbi supra num. 2.
& 6.
26 Quidquid in contrarium tenuerint
Abb. in c. significatum de regul. & Angel.
in sum. Verbo votum il 3. num. 6.
27 Limitatur supradicta conclusio in vo-
to simplici reali, ad quod minor qua-
tuordecim annorum nunquam obliga-
tur *Bero. qui allegat multa iura in c. in*
præsentia num. 152. vers. secundo pro ista
opinione Angel. post Gl. in §. nulla num.
35. Auth. de Sanctis. Episcop. Collat. 9. Ia-
son. in l. plane §. si duobus num. 14. de leg.
1. Monter. dicto num. 57.
28 Sed iusta prædicta quæro An votum
solemne (& sic professio) factum a mi-
nore, quod est nullum ratione minoris
ætatis, obliget ita vouentem tanquam
votum simplex si ita vouens sit doli ca-
pax? & quod sic sentire videtur *Ioan.*
de Findeburg. in sum. confess. lib. 3. tit. 28.
de Transit. Cler. quæst. 11. Turrecrem. in
canon. ad secundum 2. quæst. 1. & expres-
sius loquutus fuit *Anton. de Butr. in c.*
significatum num. 5. de regul.

Et

29 Et ratio esse potest quia cum ex professione duplex nascatur obligatio, vna scilicet qua quis Deo obligatur, & altera qua regulam obseruare promictit *Calder. cons. 26. de Regul. Gemin. in c. 3. num. 11. de regular. in 6.* licet ita profitens a regulæ obseruatione sit exemptus, vt habetur *in c. 1. de regul. in 6.* non tamen censetur liberatus ab obligatione Deo quæsita *c. placet de conuers. coniugat.* vbi habetur quod coniugatus profitens inuita vxore & si nullo pacto ex ea professione obligetur, nihilominus remanet obligatus simplici voto.

Contrarium quod votum solemne non tenet ex vi voti simplicis quia Ecclesia annullat & irritat huiusmodi votum *Caet. 2. 2. q. 88. art 9. Molfes tom. 1. sum. tra. 11. cap. 13. num. 12. & 13. Angles in flor. 4. sent. q. de Vot. Art. 7. dub. vlt. Sot. lib. 7. de Iust. qu. 3. art. 2. ante fin. Regenal. lib. 18. numero 273. Sayr. in clau. Reg. l. b 6. cap. 5. num. 5. Valent. tom. 3. disp. 6. quæst. 6. pun. 6. in fin. quos omnes citat & sequitur R. P. Sacc. in fasc. flor. lib. 2. tract. 5. cap 4. de sec. prac. de calog. dub. 2. sub num. 7.*

30 Et licet votum simplex obliget minorem quatuordecim annorum vouentem, attamen potest a parentibus vel tutoribus reuocari *c. puella c. si in qualibet 20. quæst. secunda cap. mulier. vbi Glos 32. quæst secunda. cap. manifestum cap. noluit 33. quæst. quinta. Sanct. Thom. 2. 2. quæst. 88. Art 8. & quæst. 189. Art. quinto ad quartum Graff. in decis. aur. p. 2. lib. 2. cap. 12. num. 44.* etiam vltra pubertatem *Narb. de ætat. ad omn. human. act. requis. Ann. 14. quæst. 18. num. 4.* vbi

31 quod parentes etiam vltra pubertatem possunt irritare vota quæ filius in impubertate emisit.

32 Supradicta conclusio locum habet tam in votis personalibus quam realibus *Diuus Anton. in sum. part. 2. titul. 11. cap 2 §. 6. Ioan. de Fridebürg. in sum. confess. lib. 2. tit 8. quæst. 34. Henric. Bost. in c. scriptura num. 5. de Vot. Nauarr. in Manual. confess. cap. 12. num. 70.*

33 Nec ad irritandum tale votum requiritur aliqua causa, sed sufficit simplex voluntas ipsius patris vel tutoris irritantis illud *Diuus Anton. loco citato Innoc. & cæteri scribentes in dicto c. scriptura de Vot. Palud. in 4. sent. dist. 38. quæst. 2. Ioan. de Friburg. in dicta sum. confess. lib 9. titu. 8. quæst. 31. Caet. 2. 2. quæst. 88. Art. 8. Nauar. dicto cap. 12. num. 69.*

34 Et pater vel tutor irritando votum non peccat, ex quo hoc sibi permictitur de iure diuino *Innoc. in dicto c. scriptura de Vot. Graff. dicto numero 44.*

35 Fallit hoc quotiescunque pater a principio voto consensijt vel post factum votum per filium illud ratum habuit, quia illud irritando peccat *Canon. manifestum 33. quæst. 5. Riccard. in 4. sent. distic. 31. quæst. 2. Art. 2. Caet. 2. 2. quæst. 88. Art 8. Nauarr. dicto cap. 12. num 67.*

36 Et isto casu licet pater non possit votum, in quo consensijt reuocare, attamen si de facto illud reuocauerit, tunc filius tali voto contraueniens erit tutus in conscientia, & non peccaret *Caet. loco iam dicto scribens in dicto cano. manifestum 33. quæst. 5.* sed circa supradicta vide omnino *R. P. Sacc. in fasc. flor. lib. 2. tract. 5. cap. 8. de sec. decal. prac. a dub. 14. cum plur. sequ. vbi Dub. 17.* quærit an mater possit irritare vota filiorum.

37 Sed an pater dicatur consentire voto filij si illud scit, & ei non contradi-

tradicit? & dico quod sic sed tacite *c. 1. 31. quæst. 3. Graff. dicto num. 44.*

38 Sed si pater votum non reuocauerit, debet illud complere post quam paternã exiuerit potestatem quia potuit se Deo obligare *c. 1. de delict. puer. Innoc. in dicto c. scriptura de vot. Graff. decis. aur. p. 2. lib. 2. cap. 12. num. 44.*

39 Quid si vouens post reuocationem peruenerit ad ætatem legitimam, & perfectam vel fuerit factus sui iuris an ex tunc in antea teneatur suum votum obseruare, an vero sit omnino liberatus? & dico quod est omnino liberatus, ex quo obligatio per reuocationem iam fuit extincta, ita *Abb. in dicto c. scriptura de Vot. Angel. quem sequitur Syluester in sum. in verbo votum il. 4. quæst. 2. Caetan. 2. 2. quæst. 88. Art. 8. Sotus lib. 7. de Iust. & Iur. quæst. 3. Art. 2. Nauarr. dicto cap. 12. num. 66.*

40 Quæ conclusio duobus modis ampliatur primo vt procedat etiam si filius in eius animo emiserit votum adimplendi post pubertatem eo tempore quo potuerit, & erit habilis ad obseruandum votum *Syluest. in Verbo religio il 2. quæst. 15.* vbi de communi restatur *Ioan. de Fribur. in dicta sum. lib. 1. tit. 8. quæst. 30. Sotus dicto lib. 7. de Iust. & Iur. quæst. 3. Art. 1.*

41 Secundo ampliatur vt etiam si post reuocationem pater iterum consentiat voto filij non tenetur filius exequi votum iam reuocatum per patrem, ex quo obligatio filij per reuocationem iam fuerit extincta *Ioan. Friburg. loco citato quæst. 31. Syluest. in sum. Verbo religio il 2. quæst. 15. Nauar. in manual. confess. cap. 12. num. 65.*

42 Iuxta etiam prædicta iterum quæro An pater possit reuocare votum factum a filio dum esset impubes si illud ignorauit nec sciuit nisi post pubertatem? & dico quod sic *Caetan. 2. 2. quæst. 189. Art. 5. Nauarr. dicto cap. 12. num. 71.*

Sed in hoc contrarium tenet *Tabien. in sum. Verbo votum il 2. Sot. lib. 7. de Iust. & Iur. quæst. 3.*

43 Et in huiusmodi votis a minoribus factis facillime dispensatur *c. veniens de vot.*

44 Sed An pater possit filios religionibus offerre? & dico quod sic, si sunt minores quatuordecim annis *c. 2. & 3. 20. quæst. 1. & cap. 7. 20. quæst. 2. Narb. de ætat. ad omn. hum. act. requis. Anno decimo quarto q. 17. num. 9. & 10. Pasch. de patr. pot. p. p. cap. 1. num. 22.* se remittit ad canones supra citatos.

45 Sed effectus huius oblationis non durat, nisi vsque ad legitimam ætatem ipsius oblati, ad quam cum ipse filius peruenerit, non tenetur amplius sequi patris voluntatem *c. puellæ c. sicut c. illud 20. quæst 1. c. si in qualibet 20. quæst. 2. c. significatum & c. cum simus de regular. Mandos. cap. 5. de minor nu. 53.*

46 Et tunc non potest ante legitimam ætatem a monasterio recedere si iam consensit oblationi paternæ, secus si coactè oblatus fuit, quia tunc libere, & ad suum libitum potest a monasterio discedere, est *tex. & quod ibi notatur in c. præsens 20. quæst. 2. Innoc. Anto. de Butr. numero 17. Ioan. Andr. num. 7. Abb. numero 9. in c. 2. de regular. Ioan. de Friburg. in sum. confess. tit. 8. quæst. 30. Gregor. Lopez. in l. 4. tit. 7. p. 1. in verbo non pueden salir.*

47 Nec est omittendum quod impubes qui propria auctoritate ingressus est monasteriũ potest quãdocunque voluerit

lucerit ab eo recedere scrib. communiter in c. 2. de regular. Abb. in c. significatum num 2. eodem titulo Sylvest. in sum. verbo religio 2. quęst. 11.

48 Et ratio est quia ante legitimam ętatem talis non obligatur religioni, quā[?] uis illam ingrediatur c. 1. c. 2. & c. ad nostram de regul. Gigas in tract. de pensio quast. 57. num. 7.

EFFECTVS SEPTIMVS.

SVMMARIVM.

1 Minores septennio prohibentur habere beneficia etiam simplicia.

2 Maiores septennio & minores quatuordecim annis possunt habere beneficia simplicia & num. 3. de communi opinione.

Limita num. 4.

Quid stante Tridentino num. 6. & 7. 9. & 10.

5 De beneficio fundato a testatore cum qualitate vt prasentatus sit Sacerdos.

6 Ætas quatuordecim annorum requiritur ad beneficia simplicia stante concilio Tridentino, & num. 7. de ratione, alias collatio & impetratio erunt nulli n. 9. 10.

Sed quod sufficiat annum decimum quartum esse inceptum licet non completum & quod ita fuit decisum num. 11.

Amplia non solum in beneficijs liberis sed etiam in beneficijs iuris patronatus electionis aut alterius cuiuscumque prouisionis num. 12. & nu. 13. & 14. de ratione.

Fallit nisi in fundatione aliter sit dispositum num. 15. & num. 16. de ratione 17.

8 Minor quatuordecim annis non potest condere testamentum nec potest per se vel per procuratorem agere vel defendere?

17 Collatio beneficij contra tenorem fundationis prastita nullius est momenti.

Nisi dispositum in fundatione non sit vsu receptum num. 18.

19 Minor quatuordecim annis licet aliquo casu obtineat beneficium vel Canonicatum non habet vocem vel suffragium pro vt alij Canonici vel beneficiati.

20 Episcopus an possit dispensare vt minores quatuordecim annis possint obtinere beneficia simplicia? & num. 21. & 22.

23 Maiores septennio minores quatuordecim possunt habere pēsiones super beneficijs

Contrarium quod requiratur atas quatuordecim annorum num. 24.

25 Papa potest dispensare cum minore vt possit habere beneficia: sed non censetur dispensare in libera ipsius beneficij administratione ibidem.

26 Papa conferens scienter beneficium minori videtur cum eo dispensare.

27 Papa promouens ex certa scientia spurium ad Episcopatum videtur eum natalibus restituere.

28 Papa si promouet aliquem scienter contra ius dispensare videtur vide num. 39.

29 Papa non solum potest dispensare super atate sed etiam dispensare cum minore ad pluralitatem beneficiorum.

Et huic ita dispensato potest quilibet beneficium conferre num. 30. & nu. 31. de ratione.

32 Papa in quibus casibus possit cum minori dispensare remissiue.

33 Regula cancellaria Innocentij vt dispensatio non possit fieri, nisi per biennium tantum non habet locum in Summo Pontifice.

34 Legatus a latere quibus casibus possit vel non dispensare? An possit causas pendentes coram ordinario auocare sub n. 34.

Legatorum tres species sub num. 34.

35 Dispensatio circa vnam atatem redditur nulla si ipsa dispensatus esset minor atate expressa.

Amplia etiam si in supplicatione adesset Clausula motus proprij vel cum esset decem annorum expressisset duodecim num. 36.

G 2 Dispen-

37 *Dispensatio non est necesse vt fiat per actum separatum sed sufficit vt in supplicatione Papæ porrecta dicatur talis annorum tot, & num.38.de ratione.*

39 *Papa licet sciat eum cui concedit beneficium non habere ætatem ad illud obtinendum non per hoc dicitur dispensare.*

40 *Dispensatus ad beneficia simplicia vel curata non dicitur dispensatus ad pensionem, & num.42.de ratione.*

41 *Dispensatus ad beneficia simplicia non dicitur dispensatus ad curata, & econtra & num.42.de ratione.*

42 *Dispensatio est iuris communis relaxatio, est odiosa & non extenditur de casu ad casum, & num 43.44.& 45.*

46 *Dispensatio quo ad ordines non extenditur ad beneficia.*

47 *Dispensatio super vno ex prohibitis non extenditur ad aliud etiam quod sit minus eo super quo est dispensatum.*

Et circa vnum impedimentũ non porrigitur ad aliud num.48.

Et circa vnũ non extenditur ad aliud separatum sub num.48.

Et circa vnum defectum non præiudicat in alio num 50.& de ratione num.51.& num.52.& 53.

54 *Dispensatus ad obtinendum canonicatum vel dignitatem in Ecclesia Cathedrali non dicitur dispensatus vt possit esse delegatus Papæ ante vigesimum annum.*

Et dispensatus ad dignitatem non dicitur dispensatus ad maiorem dignitatem num.55.& num 56.de Clausula solita apponi in dispensationibus.

57 *Dispensatus ad vnum dicitur dispensatus ad omnia consecutiua ad illud vnum.*

58 *Dispensatus ad aliquod beneficium simplex consequendum si ad illud præsentetur dicitur habilitatus ad cætera simplicia.*

59 *Dispensatio requirit scripturam.*

60 *Minor quatuordecim & maior septem annis an possit habere præbendam? & nu.61.& 62.*

63 *Maiores quatuordecim annis possunt habere dignitatem sine cura & personatum.*

Limita quando dignitas haberet tantum titulum dignitatis, sed in effectu esset beneficium simplex nu.64.

Sed si dignitas haberet curam tunc non posset conferri minori viginti quinque annis num.65.

66 *Collatio siue resignatio facta non habenti legitimam ætatem in beneficio requisitam est nulla.*

67 *Maiores quatuordecim annis possunt sine Curatoris auctoritate beneficium eis resignatum acceptare vbi de ratione.*

Amplia in maiore decem annorum cum dimidio qui etiam sine authoritate tutoris potest possessionem beneficij acquirere num.68.

69 *Maiores quatuordecim annis possunt sine curatoris authoritate beneficio Ecclesiastico renunciare.*

70 *Maiores quatuordecim annorũ possunt obtinere Canonicatum in Ecclesia Cathedrali, & num.71.& num.72.de ratione.*

Et an iste annus decimus quartus debeat esse exactus & completus?

Et an Episcopus possit dispensare?

Et an isti tales habeant vocem in capitulo? num.73.& 74.

75 *Minores viginti quinque annorum nõ admittuntur ad beneficium curatum, sed incohata viginti quinque annorum ætas desideratur.*

76 *Abbates debent habere ætatem viginti quinque annorum.*

R. Abbas D. Simon Fimia laudatur.

R. Abbas D. Paulus Arcerì laudatur sub num.76.

77 *Vicarius Episcopi non debet esse minor viginti quinque annorum.*

Nec Episcopus in hoc potest dispensare sub num.77.

78 *Abbatissa de iure debet esse ætatis annorum triginta.*

Et debet habere octo annos post professionem sub num.78.

Sed ex dispositione Concilij Tridentini debet esse ætatis annorum quadraginta num.79.

80 *Pontifex non potest esse minor triginta annorum.*

Car-

81 *Cardinales in qua ætate debeant eligi?*
82 *Inquisitores hæretica prauitatis non debent esse minores annorum quadraginta.*
Sed hodie sufficit eos attigisse annum trigesimum num. 83.
Et hæc ætas etiam requiritur in commissarijs Sanctissimæ Inquisitionis sub nu. 83.
Limitatur Inquisitoribus ab Eminentissimis Cardinalibus Sanctæ Inquisitionis creatis num. 84.
85 *Inquisitores habent iurisdictionem cumulatiuè cum Episcopo.*
Et sunt inter se conueniendi in sententia, & processu contra hæreticum num. 86.
Et an possint sine consensu Episcopi procedere? sub num. 86.
Et habent iurisdictionem insolidum vt separatim procedere possint in casu absentia & mortis alicuius, secus si omnes Inquisitores essent præsentes num. 87.
88 *Inquisitores licet non sint residentes tamen lucrantur fructus suarum præbendarum.*
Possunt dare saluum conductum bannitis a principe seculari vt possint testificari in Sancto Officio num. 89.
Et possunt punire facientibus eis iniuriam vel verbis vel factis, etiam de iniurijs factis ad eorum nuncios vel ministros num. 90.
An cognoscant si sua sit iurisdictio? num. 91.
92 *Inquisitores in his quæ spectant ad Sanctæ Inquisitionis Officium sunt exempti a prælatorum iurisdictione.*
Possunt commutare pœnam perpetui carceris a iure impositam num. 93.
94 *Possunt vocare peritos & eis iniungere in virtute obedientiæ vt inferendis sententijs assistant & consilium opportunum præbeant sed Inquisitores non tenentur sequi eorum suffragium licet ex decentia, & prudentia sequi conueniens nu.* 95.
96 *Iudices laici tenentur illis præstare brachium ab eis impetitum & si recusent sunt suspecti de hæresi num* 97.
98 *Inquisitores possunt de vno districtu ad alium diuersi territorij mittere litteras requisitorias pro capiendis, & remittendis hæreticis.*
99 *Possunt punire hæreticum de crimine hæresis vbicunque commisso.*
100 *Quomodo procedunt in causis fidei?*
101 *Cognoscunt de blasphemijs hæreticalibus priuatiuè respectu iudicis secularis.*
102 *Si totus populus sit hæreticus quid facere debent?*
103 *Eorum iurisdictio in suos familiares in criminibus diuersis ab hæresi An sit Ecclesiastica?*
104 *Familiares in criminibus enormissimis An puniantur ab Inquisitoribus? Vt gaudeant priuilegio fori quid probare debent? num.* 105. *In casibus in quibus fori priuilegio non gaudent non dicuntur priuilegio fori exnì a iudicibus ordinarijs nu.* 106. *Possunt priuilegio fori renunciare num.* 107.
108 *Vxores familiarium An gaudeant priuilegio fori eis mortuis? & quid de vxoribus officialium? ibidem.*
109 *Consultores & commissarij Sancti Officij An sint exempti ab Ordinarij iurisdictione? Inquisitorum prerogatiuæ remissiuè sub num.* 109.
110 *Ætas requisita ad coadiutoriam quæ sit?*
111 *Minor viginti quinque annis & maior quatuordecim potest per se sine curatoris authoritate in causis spiritualibus sacris & beneficialibus agere & conueniri absque periculo nullitatis actus.*
Et hæc conclusio nullam habet dubitationem num. 112.
Amplia num. 113. 114. 115. 116. & 117.
Et an annus decimus quartus debeat esse completus num. 118.
Quid si minor sit maior infante & minor quatuordecim annis? nu. 119.
120 *Sententia lata contra minorem indefensum est nulla.*
Fallit in beneficialibus num 121.

SEPTI-

1 SEPTIMVS effectus est quia minores septennio prohibentur habere beneficia etiam simplicia *Glos. pen in c. si eo tempore de rescript. in 6. Abb. in c. super inordinata de præbend. Mandos. de minor ætat. cap. 3. nu. 21. Narb. de æt. ad omn. human. act. requis. Ann. 14.*
2 *quæst. 54. num. 2.* maioribus vero septennio, & minoribus qua uordecim annis potest beneficium simplex conferri *Gl. pen. & DD. in dicto c. si eo tempore de rescript. in 6. Abbas & communit. DD in c. super inordinata in fine de præb. Bertach de Episc. lib. 2. p. p. quæst. 31. num. 56. Mandos. de æt. min. cap. 4. num. 13. & 15. Barbat. consil. 33. col 4. in fin. lib. 2. Crot. cons. 258. num. 24. Sylu. in Verbo beneficiũ el. 3 quæst 1. Alfer. Hosed de incomp. benefic p. p. cap. fin num. 23* vbi de communi testatur
3 *Paris. de Resign. benefic. lib. 4. quæst. 9. num. 3. Bero. cons. 5. num. 12. lib 1. & num. 24. Gambar. de offic. legat lib 7. num. 431. Rebuff. de pacific. poss. num. 209.*

4 Quod limitatur si beneficiũ simplex non curatum neque habens administrationem haberet annexum ordinem sacrum ex priuilegio consuetudine, vel statuto quia tunc ad illud non dicitur idoneus minor quatuordecim annorum & qui non est constitutus in ea ætate, in qua de iure possit infra breue tempus ad illum ordinem sacrum promoueri *Gl. in dicto c. si eo tempore de rescript. & in c. 1. in 1. resp. de fil. presbit. & habetur in c ei cui de preb. in 6. & in c. preterea vbi Abb. de æt. & qualit. Bero. cons. 5. num. 4. lib. 1. & num. 9.* vbi loquitur de benefi-
5 cio fundato a testatore cum qualitate vt præsentatus sit Sacerdos *Roland. cons. 47. num. 59. lib. 1. Rebuff. de pacific. poss. num 210.* sed hodie ætas quatuordecim
6 annorum requiritur ita disponente *Tridentino Concilio Sess. 23. de reformat cap. 6.* per hæc verba *Nullus prima tonsura initiatus aut etiam in minoribus ordinibus constitutus ante decimum quartum annum beneficium possit obtinere bene-* *Annet. ad Baratt. dec. 39. litt. C. Virgil de legit. pers. cap. 1. de legit. pers. pupill num. 21. Squillant. de priu. Cler. cap. 4. Dubit. 3. sub num. 59. Lother. de re benefic. lib. 2. quæst. 49. num. 17. & num. 19. de ratione Tondut. quæst. & Resol. benefic. lib. 1. cap. 3. num. 1. Antonell. de Temp. legit. lib. 2. de Ann. cap. 8. num. 1. & num. 2.* quod alias esset nulla collatio & institutio etiã si deficeret vnus dies vel vna hora *& num. 23. Narb supra num. 5. & 6 post Mandos. Oted. Matol. Gonzal. Petr. de Gregor. Rocc. Gutter. Azor. Les. Sanch. Viu. Filluc. Dian. & alios* vbi dicit ratio-
7 nem esse quia ante hanc ætatem sapienter se gerere nemo potest; sicut ante ta-
8 lem ætatem testari nequit, nec potest per se vel procuratorem agere vel de-
9 fendere, alias talis collatio beneficij erit ipso iure nulla etiam in foro interiori, etiam si ad prædictam ætatem modicum tempus deficiat *Narb. dicta quæst. 54. num. 12. & 13.* sicut etiam
10 impetratio ad beneficium obtinendum est nullius momenti & ipso iure nulla *Bald. in l. 2. C. de his qui ven. ætat. impetr. suar. Allegat. 12. num. 5. sed Barbos. super dicto cap. 6. num. 2.* dicit sufficere annum
11 decimum quartum esse inceptum licet non completum attestans ita fuisse decisum *Squill. dicta Dubit. 3. num. 62. Lother. dicta quæst. 49. num. 22.*

12 Amplia non solum in beneficijs liberis sed etiam in beneficijs iuris patronatus electionis, aut alterius cuiuscunque prouisionis, & ratio est quia
13 textus dicti concilij loquitur generaliter de beneficio, cuius appellatione ve-
14 nit etiam beneficium de iure patronatus *Squill. dicta dubit. 3 sub nu. 62. Narb. supra num. 9.* vbi etiam contrarium tenentes, & vide etiam *Rocc. de Curt. de Iur. patron. in Verbo Honorificum quæst. 4. num. 19. Lambert. de Iur. patron. lib. 2. quæst. 7. Art. 26. Barbat. & Mandos. supra.*

15 Fallit si in fundatione aliter sit dispositum, quia tunc decimo quarto anno minores præsentari poterunt non obstante

stante dicto decreto Concilij, & ratio
16 est quia lex fundationi adiecta ad vnguem debet obseruari, vnde collatio be-
17 neficij contra tenorem fundationis præstita nullius est momenti, nisi disposi-
18 tum in fundatione non sit vsu receptum *Narb. loco citato num. 10. & 11. Lother. etiam loco citato num. 18. Barbos. dicto cap. 6. num. 7. Annot. ad Burat. supra & in Annot. ad dec. 475. nu. 15. & num. 16.* Ampliat etiam si fundator id tacite voluisset vbi de exemplis *Squill. loco citato num. 60. Anton. dicto num. 2.*

19 Et licet aliquo casu minor quatuordecim annis obtineat beneficium vel canonicatum, attamen non habet vocem vel suffragium pro vt alij Canonici vel beneficiati *Dec. in l. fœmina §. item impuberes ff. de reg. Iur. Rectaur. de Imper. quæst. 73. num. 19.*

20 Sed An Episcopus possit dispensare vt hac ætate minores possint beneficia simplicia obtinere? Quod sic *Abbas in c. cum in cunctis §. inferiora de elect. c. ex ratione vbi Butr. in 5. not. de ætat. & qualit. c. vnic. eodem titul. in 6. Bursat. cons. 352. num. 18. lib. 4.*

21 Contrarium tenet *Narb. dicta quæst. 54. num. 8. ex Gars. Felline. Barbos. & Farinacc.* subdens hoc Summo Pontifici licere, idem dicit *Barbos. in collect. super Concil. Trident. sess. 23. cap. 6. de Reform. num. 5. Squill dicta Dubit. 3. num. 60.*

22 Sed vide omnino dicta per *Bera. cons. 5. num 51. & seq. lib. 1.* vbi late examinat quando & in quibus casibus possit Episcopus dispensare? *Bonifac. de Vitali. in Clem. generalem de ætat. & qualit. nu. 32.*

Sed aduerte quod si beneficium esset regulare, & non haberet annexam curam animarum requireretur decimus sextus annus completus cum non possit conferri nisi professo *Squill. supra sub num. 63.*

23 Possunt tamen maiores septennio licet minores quatuordecim habere pensiones super beneficijs *Card. in Clem. 2. quæst. 9 de offic. ordin. c. super inordinata de præb. Gigas de pension. quæst 13. num 4. Squill. supra sub num. 79 Anton. dicto cap. 8. num. 20. Abb. in dicto c. super inordinata Ioan. de Silu. de benefic. p. 3. quæst. 5. Pena dec 1169. num. 15. Mandos. de min. ætat. quæst. 23. num. 2. Barbos. super dicto cap. 6. num. 10. Narb. de æt. ad omn. hum. act. requisit Anno 14. quæst. 59. num. 3. & 7. sed ipse num. 9.* dicit
24 quod requiritur ætas quatuordecim annorum quia beneficium dicitur *Peres de Lar. in comp. vit. hom. cap. 15. num. 72. & 73.* de infante quod non sit capax pensionis.

25 Sed quia hæc omnia sunt de iure positiuo Papa potest super eis dispensare vt dicet *Gigas dicta quæst. 13. in fine*, & refert Clementem Septimum dispensasse ad pensionem retinendam cum quodam infante minori quatuor annis *Mandos. cap. 3. num 21. & 23.* vbi ponit initium formæ literarum cōcessionis talium beneficiorum, & *dicta quæst. 23. num. 1. Paris. de resignat. lib 4. quæst. 9. num. 12.* vbi dicit quod hæc est communis practica, & refert ita alias fuisse decisum in rota *Rebuff. de Pacific. poss. num. 211. Squill supra num. 61. & scripsi supra* & licet Papa dispensauerit cum eo qui est minor ætate in beneficio, non tamen censetur dispensasse in libera ipsius beneficij administratione *Anchar. in c. fin. num. 3. in fine de Iudic. in 6. Goff. in c. indecorum de æt. & qualit. Butr. in c. ex ratione eodē titulo de æt. & qualit. Bursat. consil. 411. num. 7. & 8. lib. 4. Capiblanc. de Baron. cap. 28. sub num. 1.*

26 Sed An Papa conferens scienter beneficium minori videatur cum eo dispensare? quod sic videndus *Bonifac. de Vital. super Clement. Generalem num. 28. de ætat. & qualit. & vide infra.*

27 Sicut dicimus quod Papa promouens ex certa scientia spurium ad Episcopatum videtur eum natalibus restituere *Girond. de priuil. num. 128. in fine Carroc. in c. cum quid p. 2. Ampl. 1. num. 12.*

Papa

28 Papa nanque si promouet aliquem scienter contra ius dispensare videtur *Innoc. in c. diuersis fallacijs de Cleric. cõiugat Bartol. in l. Barbar. per illum tex. num. 12. & ibi Iason. testatur de commun. not. 6. ff. de offic. Felin. in c. si quando nu. 6. & ibi Martin. Nauarr. except. 9. pag. 29. de rescript. Angel. in l. quidam consulebant in fine de re Iudic. Felin. & Dec. in c. cum inter de except. Gabr. in suis comm. conclus. lib. 1. tit. de præsumpt. conclus. 8. vide num. 39. Carroc. vbi supra num. 15.*

29 Et non solum Papa potest dispensare super ætate, verum etiam quod plus est potest dispensare minorem ad plura beneficia, licet sit duplex incompatibilitas ætatis scilicet & beneficiorum *c. quia in tantum de præbend. c. super eo de rescript. in 6. Rebuff. in pract. tit. de dispensat. ration. ætat. num. 5. folio mihi* 270.

30 Et post quam Papa cum minore di-
spensauerit poterit quilibet Episcopus,
siue Abbas, seu alius quilibet inferior
huic ita ad plura beneficia dispensatus
31 beneficium conferre, ex quo fuit ha-
bilitatus a Sũmo Pontifice qui ius con-
didit, & dicitur lex. animata in terris,
& est supra ius *c. proposuit de concessione
præbendæ Anchar. consil.* 404. *Rebuff. vbi
supra nu. 6. & seq.* vbi cæteros casus po-
32 nit in quibus Papa: potest cum minori
dispensare *Squillant. dicta Dubit. 3. nu.*
63. vbi dicit procedere dummodo ius
non resistat.

33 Et licet ad sit regula cancellariæ, quę
est Innocentij, qua disponitur vt di-
spensatio non possit fieri, nisi per bien-
nium tantum, attamen talis regula non
vendicat sibi locum in dispensationibus
concessis a Papa, sed tantum in dispen-
satione, quæ conceditur a legatis *Reb-
buff. vbi supra num.* 10. quibus vero ca-
34 sibus possit legatus a latere dispensare
vel non? ponit *Gambar. de Offic. le-
gat. lib. 7. num.* 440. *& seq.* & an possit
committere causam appellatione remo-
ta? quod non dicit *Petr. Syria pp. for.
qq. quæst. 31. num. 7.*

Et scias tres esse species legatorum Alij sunt de latere nempe Cardinales licet quandoque ex alijs ordinibus eligantur nam & officiales Papæ legati de latere esse possunt, tametsi vsus Romanæ Ecclesiæ obtinuit vt solos Cardinales legatos de latere vocemus. Alij missi dicuntur, qui a Sede Apostolica specialiter mittuntur Cardinalatus apice non fungentes: Alij legati nati appellantur neque de latere neque ex speciali aliqua commissione missi, sed propter legationis munus annexum eorum dignitati legati nati dicuntur, eamque ob causam maxime sunt auctoritatis, de quibus speciebus legatorum extat *Gl. in c. 1. de officio leg. in 6. Verbo legati & c. fin. de offic. legat. tradunt specul. in Tit. de leg. §. superest Andr. Barbat. Gandassal Villadieg. Nicol. Boer. & Petr. Gãb. qui peculiares tractatus scripserunt de offic. & potest leg. Brun. de leg. lib. 2. c. 1. adest l. 23. Hispaniarum tit. 9. p. p. vbi Gregor. Lop.*

Et legatus natus in primis habet potestatem in exemptos. Secundo legatus natus potest adiri per viam querelæ Tertio potest sibi constituere vicarium & ipse vicarius legati potest subdelegare 4. legatus natus potest se intromictere causæ alteri per Summum Pontificem cõmissæ quando delegatus contra formam rescripti pronunciasset *Ant. de Butr. in c. studuisti de offic. legat. Petr. Andr. Gamb. de auct. legat. lib. 8. num. 99. bene doctissimus mihi amicissimus D. Scipio Sapientia V. I. D. Catinensis in addit. ad singul. Intrigl. 44. lib. 3. num.* 20. in fine vbi inquit hinc legatus natus in Regno cognoscit per viam excessus sententias delegatorum Sedis Apostolicæ. Quinto solet legatus natus in Regno dispensare, vt procedatur ex abrupto contra Clericos vel monachos delinquentes sexto legatus natus potest excommunicare & excommunicatos absoluere quæ omnia, & alia multa Notant scribentes *in trac. de Monarch. Cap. 4. de offic. & potest. Monarch.* quos ad pennam habeo. Sed quia maiori distin-

ctionis

ctionis luce, & discussione indigent, neq; ad meum principalem scopum collimant, ideo Lectorem de his ad Auctores materiam istam pertractã. tes remitto. Sed an legatus de latere possit auocare causas pendentes coram ordinario? quod non est firmã. dũ. *Abb. in c. 1. de offic. leg. in c. vt nostram de Appellat. & in c. 2. de off. legati lib. 6.* & scribentes supra in articulo auocationis causarum.

35 Et redeundo vnde digressi sumus si quis esset dispensatus circa vnam ætatem, dispensatio redderetur nulla, si ipse dispensatus esset minor ætate expressa in supplicatione,
36 etiamsi in supplicatione adesset clausula motus proprij, vt si quis cum esset decem annorum expressisset duodecim, ita in terminis terminan. tibus dicit *Mandos. de minor. quæst. 26.* vbi dicit ita alias de facto euenisse, & fuisse decisum.

37 Nec est necesse vt dispensatio fiat per actũ separatum, sed sufficit vt in supplicatione Papę porrecta dicatur talis ætatis annorum tot; nam simpliciter concedendo Papa illud be-
38 neficium illi, qui non erat ætatis habilis, censetur cum eo dispensare, & habilitare. *Rebuff. de pacific. poss num. 212.* & scripsi supra.

39 Et licet Papa sciat, & cognoscat eum, cui concedit beneficium, esse talis ætatis vt illud obtinere non valeat, imò si hoc in voce exprimatur, attamen si in literis gratiæ cõcessionis non est expressum de ætate, & de ea expresse dispensatum, non valeret talis gratia, & nominatus ex ea non posset retinere beneficium, ita cõsuluit. *Oldrad. conf. 325.* vbi ad hoc allegat multa iura, & rationes, & eum sequitur. *Restaur. de Imperator. quæst. 73. num. 20.* vbi etiam allegat alia iura, & authoritates.

40 Et aduerte quod dispensatus ad beneficia simplicia, vel curata non censetur dispensatus ad pensionem,
41 sic dispensatus ad simplicia non censetur dispensatus ad curata, & econtra *Gigas de pension. Quest. 18. per tot. Mandos de æt. min. quæst. 23. nu. 2.*

42 Et ratio est quia cum dispensatio sit iuris cõmunis relaxatio, est odiosa, & non extenditur de vno casu ad alium casum, & est restringenda respectu eius cui facta est, nec fit extensio ad casum minorem *Barbos. de potest. Episc. p. 2. Allegat. 33. nu. 2. & 3. & 7. Allegat. 45. nu. 1. & 2. & Carroc. ad c. cum quid p. 2. Ampl. 1. nu. 1. de regul. Iur. in 6. Lother. de re benefic. lib. 1. quæst. 40. num. 165. et per tot. quæst. multa de dispensatione. Allegat. 34. nu. 18. 19. & 20. post dec. Tho. anelli saler.* neque ad casum vbi maior subsistit ratio dispensandi, *Natt. consil. 674. nu. 46. lib. 4. Girond. de priuil. à nu. 111. & 113. & sub nu.*
43 *115. & seq.* vbi quod est odiosa, est de genere prohibitorum, nec intelligitur nisi exprimatur, & est iuris communi contraria *Molfesius super*
44 *Consuetud. Neap. p. 2. de bon. quæst. 13. nu. 6.* vbi non extenditur de casu ad
45 casũ; & ideo dispensatio vulnus appellatur, quia ius dicitur vulnerare. *Corn. de absolut. iuram. p. 3. q. 5. nu. 44.*
46 Hinc dispensatio quo ad ordines non extenditur ad beneficia. *Paul. Squill. de priuileg. Cler. cap. 4. dub. 2. nu. 48. Girond. de priuil. nu. 1637. in fine.*

47 Et dispensatio super vno ex prohibitis non extenditur ad aliud, etiam quod sit minus eo, super quo est dispensatũ *Mart. vet. 168. nu. 13.*

48 Et dispensatus circa vnum impedimentum non porrigitur ad aliud *Bull. super Bull. quæst. 26. nu. 6.* quia
49 dispensatus ad vnum non intelligitur dispensatus ad aliud separatum *Felin. in c. at si clerici §. de adulterio de iudic. idem Felin. post Abbat. in c. postulasti. de rescript. Guid. pap. dec. 138. Mandos. dicta quæst. 23. num. 3. Barbos. Alleg at. 45. num. 3.*

50 Et dispensatio facta circa vnum defectum nō praeiudicat in alio *Bald. in l. eum quem C. de fideicomm, Afflict. decis. 320. Dec. cons. 610, num. 5. idem Dec. in cons. quod sequitur post cons. 542, nu. 9.* quia omnes defectus de-
51 bent exprimi *Dec. cons. 462. num. 6. Mut. sup. cap. R. Iacob. 33. num. 343.*
52 vbi dispensatio facta super vno defectu non porrigitur ad alium, idem dicit *Nouar. de priu. mis. pers. priuil. 4. sub nu. 20. & vide nu. 22.* Hinc, *Merlin. Contr. For. cap. 51. nu. 11.* di-
53 cit quod dispensatio non tollit omnes defectus, sed tot requiruntur quot sūt obstacula, *Barbosa dicta Alleg. 45. nu. 3.*

54 Et dispensatus ad obtinēdum canonicatum vel dignitatem in Ecclesia cathedrali nondicitur dispēsatus ad hoc vt possit esse delegatus Papæ ante vigesimum annum. *Barbos. dicta Alleg. 45. nu. 13. Nouar. de priu. mis. pers. priu. 1. nu. 22. & nu. 23.* quod
55 dispensatus ad dignitates non dicitur dispensatus ad maiorem dignitatem, idem dicit. *Girond. de priuil. sub nu. 1640. Barbos. dicta Allegat. 45. nu. 14. & nu. 15.* notat quod ad maiorem
56 cautelam hodie in dispensationibus quæ concedūtur additur clausula exceptis maioribus dignitatibus in cathedralibus, & principalibus in collegiatis.

57 Est verū quod dispensatus ad vnū censetur dispensatus ad omnia consecutiua ad illud vnum. *Barbos dicta Allegat. 33. nu. 8.*

58 Et dispensatus ad aliquod beneficium simplex consequendum si ad illud presentetur, dicitur habilitatus ad cætera simplicia: *Barbos dicta Allegat. 45. nu. 8.* Et aduerte quod dis-
59 pensatio requirit Scripturam. *Surd. cons. 109. Afflict. dec. 315.*

Aduerte etiam quod licet dispensatio sit odiosa, & stricte interpretanda tamen extenditur ad suum antecedens. *Carroc. post Abb. Butr. Pel in. Dec. Iason. Zabarell. Alex. Rip. & alios vbi supra nu. 4.* vbi in sequ: num. infert ad plura, & primo quod si fuerit dispensatum cum aliquo vt possit promoueri ad maiores ordines censetur etiam in necessarium antecedens dispensatum quo ad minores qui necessario antecedunt maiores. Secundo si fuerit dispensatum cum aliquo super pluralitate beneficiorum videtur etiā dispensatum super residentia, & quod si dispensatur cum minore vt possit habere beneficium curatum censetur etiam dispensatum vt non teneatur se facere promoueri ad Sacerdotium infra annum, *& num 9. 10. & 11.* declarat id quod dictum est de residentia & si procedit stante Concil. Triden. cap. 17. sess. 24.

Declara quod supra dictum est. vt trahatur ad antecedens necessarium tantum. *Carroc supra nu. 14.* & non habere locum in dispensatione arida & sicca *ibidem num. 13.*

60 Et possunt etiam isti minores quatuordecim, & maiores septem annis habere præbendam in Ecclesia Cathedrali. *DD. in c. ex eo de elect. in 6. Cin. in l. fin. C. de Testam. milit. Rot. dec 1. titul. de atat. & qualit. in antiquis notat Soccin. in c. ex insinuatio-*
61 *ne nu. 13. de simon.* vbi dicit quod minor quatuordecim annis potest obtinere præbendam quæ requirat obsequij assiduitatem, secus si requirat consilij maturitatem, quia illa
62 non potest concedi puero *c. in decorum de atat. & qualit. Gambar. de offic. legat. lib. 7. nu. 428. & 429.* qui allegat dictum capitulum cum super inordinata, & ibi DD. *& decis. Rot. 324. in nouis,* sed ætas quatuordecim annorum debet esse completa. Possunt, & multo magis obtinere cappellaniam erectam siue fundatā absq; auctoritate ordinarij cum nō dicatur beneficium Ecclesiasticum *Squill. de priuil. cler. cap. 4. dub. 3. n. 80.*

Et

63 Et maiores quatuordecim annis possunt habere dignitatem sine cura & habere personatum. *Anton. de Butr. inter lect. Abb. in c. decorem num. 3. de etat. & qualit. Imol. in c. super inordinata de prebend. Mandos de æt. min. cap. 5. num. 56. Fideric. de Sen. conf. 59. num. 1. Gambar. de offic. legat. lib. 7. num. 427.*

64 Limitatur quando talis dignitas haberet tantum titulum dignitatis, sed in effectu esset beneficiũ simplex, vt si esset prioratus sine conuentu, quia isto casu de iure communi ante Tridentinum potest minor quatuor decim annis illud obtinere. *Ioan. Andr. in Clem. & si in Glos. de istius etate de rescript. in c. statutum de elect. in 6. Fideric. de sen. dicto nu. 1. & cons. 132. num. 1. & 2. & vide scripta supra nu. 6. & seq.*

65 Sed si dignitas haberet curam tũc non posset conferri minori viginti quinque annis *c. cum in cunctis §. inferiora vbi omnes hoc notant Paris. dicta quæst. 9. n. 16. & 19. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 12. Gambar. de offic. legat. lib. 7. nu. 424. Vital. in Clemen. vlt. nu. 14. de ætat. & qualit. ordinand.*

Sed ex dispositione Sacr. Concil. Trid. sess. 24. cap. 12. ad obtinendas alias dignitates vel personatus quibus nulla subest cura animarum requiritur vt non sit minor. 22. annis *Mandos supra sub nu. 56. Lother. de re benefic. lib 2. quæst. 49. nu. 25. & seq. Squill. de priu. Cler. cap. 4. dub. 3. n. 74. & n. 75. et an.* 22. annus in huiusmodi casu debeat esse inceptus vel completus & Squill. concludit quod debet esse completus, & nu. 76 quærit an. Trid. comprehendat non solum dignitates, & personatus in Ecclesijs Cathedralibus, sed etiam in Collegiatis; & concludit quod non tandẽ aduertit quod id quod dictũ est de ætate 22. annorum requisita ad dignitates, & personatus sine cura est intelligendum nisi alias habeant annexum ordinem præsbyteratus, quia tunc requireretur ætas ad Sacerdotium requisita, & sic proportionabiliter si subdiaconatus, vel diaconatus ordinem haberet annexum.

66 Et collatio siue resignatio facta non habenti legitimam ætatem in beneficio requisitã est nulla, est tex. *in c. licet canon. ibi iuribus omnino carere de elect. in 6. vbi Glos. Archidiac. Anchar. & comm. DD. Paris. dicto cap. 9. nu. 24. & seq.* vbi latissime loquitur de tali nullitate. *Squillant. supra sub nu. 80. & 81. scripsi sub num. 6. ex Antonell. de Temp. legit. lib. 2. cap. 8. nu. 2. & 23.*

67 Et isti maiores quatuordecim annis possunt sine curatoris authoritate beneficium eis resignatum acceptare, cum acceptando beneficiũ dicantur lucrum captare. *Bursat. cons. 41. numer. 11. lib. 4. Mandos. de minor. ætat. quæst. 30. Paris. de resignat. lib. 4 quæst. 9. nu. 44. vbi late Gigas. cons. 135. nu. 11. & 12.*

68 Quod ampliatur in maiore decem annorum cum dimidio, qui etiam sine tutoris authoritate potest possessionem beneficij acquirere, ita *Cuman. Alex. & Iason nu. 18. & sequ. in l. 1. §. adipiscimur ff. de acqu. possess. Mandos. quæst. 35.* vbi refert ita fuisse decisum alias per rotam.

69 *Possunt etiam isti maiores quatuordecim annis renunciare beneficio Ecclesiastico sine curatoris authoritate Glos. 2. Alber. & Bartol. in l. ait prætor ff. de minor. Balthassar. Thomas. tract. 8. tit. 19. num. 35 39. Antonell. de Temp. legit. lib 2. de Ann. cap. 8. nu. 24. Rebuff. de pacific. poss. n. 177. & in prax. benefic. titul. ratione persona num. 1. & seq. Glos. & DD. in c. ex parte de restitut. spoliat. Mandos. dicto cap. 5. nu. 57.* Quidquid tenuerit ipse *Mandos. quæst. 34.*

70 Sicut etiam possunt obtinere canonicatum in Ecclesia Cathedrali,

H 2 vel

vel collegiata cum in ea obtinendo sufficiat ad minus ætas quatuordecim annorum *Glos.in c.si eo tempore verbo ætatem de rescript. in 6. & ibidem Franc. vbi de communi Rot. decis. 324. in nouis Barbos. in Collectan. ad Concilium Tridentinum sess.23. de Reform.cap.6.nu 4.Antonell.de Temp. leg.lib.2.de Ann.cap.8.nu.3.Gigas de pension.quæst. 13. num. 1. & est regul. Cancellar.14 Mandos.dicto cap.5 nu. 6. & super dicta regula per totam Milis in Verbo Minor.14.annorum Paris. de Resignat.lib.4.quæst,9.num.7.10.et 11. & Rebuff.in practic. in formula bullæ dispensationis tit. de dispensat. ratione ætatis num.2 fol.mihi 269. Bero.cons.5.nu.3. lib.1.Gambar. de offic. legat.lib.7.num.430.Narb supradictis non citatis post Azor. Monet. Piasec. Viuian.Armendar Galat.Acun. Barb. Zarol.Gars.et alios de ætat.ad om.hum. act.requis.ann.14.quæst.55.num.2.&*
71 *seq.* vbi recte more suo ex pluribus, quos citat, notat quod in hac re nihil à Tridentina Synodo fuit immutatum.

72 Et ratio huius cõclusionis potest esse, licet *Narb.* non dicat, quia canonicatus non requirit aliquem ornem clericalem, præter primam tõsuram. *Abb.in c.2. in vlt.not.de Instit. Calderin.cons.14. de Const.Boer.decis. 171. Paris. dicta quæst.9. num.8.* ad quam primam ton suram obtinendã sufficiunt septem anni, vt supra dixi.

73 Et iste annus decimus quartus ad canonicatus Ecclesię Collegiatæ necessarius plene exactus,& completus esse debet, nec ad id poterit Episcopus dispensare *Narb. dicta quęst. 55. num.7.& num.8.* an iste talis habeat vocem in capitulo.

Sed vide *Squillant.de priu.Cler.cap 4.dub.3.à nu. 64.* qui inquit secundo pro obtinendo canonicatu Ecclesiæ Collegiatæ etiam insignis requiritur ætas quatuordecim annorum saltem inceptorum sicut ad alia beneficia iuxta dispositionem *iuris* cõmunis, ex quo in hoc S.C.Trid.sess. 22. cap. 4.de reform. nil innouauit, seu disposuit in particulari. Tertio pro obtinendo canonicatu Cathedralis Ecclesiæ cũ hodie ex decreto eiusdem S.C.Trid.sess 24. cap.12. de reform. omnes canonicatus,& portiones Cathedralium Ecclesiarũ habeant annexum aliquem ordinem sacrum, & vt ad ipsos quis promoueri possit requiratur ætas præscripta in eodem Sacro C.Trid.sess. 23. cap. 12. de reform. est dicendum quod requiritur ætas ad illum ordinem necessaria quem canonicatus vel portio obtinenda habebit annexum si obtinere volens illo ordine sacro, quem requirit non fuerit initiatus & num.66. & seq. quærit an qui voluerit obtinere canonicatum habentem annexum Sacerdotium debeat habere ætatem annorum 25. inceptorum vt possit eo ordine insigniri; an vero sufficiat, vt sit in tali ætate, vt infra annum possit ad Sacerdotium promoueri? *Lother.d.quæst.49.num.28. Antonell.de temp. legit. lib. 2. de Ann. cap.8.nu.8.& 10.Gratian.cap.482.& nu.9.& cap.591.à nu. 1. Nouar.Nou. Iur.Pontific.pract.cõclus.concl.4.alias. 16.Ricc.coll. 2444. Massobr. de Synod. Diœcesana cap. 4. dub. 10. & dub. 75. num.2.3.& 4.*

74 In Canonico vero penitentiario vltra gradum Doctoratus vel licentia in Theologia vel iure Canonico requiritur ętas quadraginta annorũ seu alias qui aptior pro loci qualitate reperitur *Squill.vbi supra nu.69.et 70.& Antonell.vbi supra.*

75 Ad beneficium vero curatum obtinendum minores viginti quinque annorum non admittuntur, sed inchoata viginti quinque annorum ætas ad eorum consecutionem desideratur *c.cum.in cunctis §.inferiora de elect.Virgil.dicto cap.1 num.21.Gigas dicta quæst.13.nu.1,Crot cons.258. nu.3.*

num.3.lib.2.c. licet canon. de elect. in 6. Gl. in c. si eo tempore de rescript. in 6. Tambur. de Iur. Abbat. to.1. disp. 5. q.10. num.2. Abb. in c. super inordinata col. 2. de prabend. Antonell. de Temp. leg. lib.2. de Ann. cap. 8. num.18. Virgil. dicto num. 21. Roman. cons. 325. in princ. Dec. cons. 542 *Roland. cons. 47. num. 58. 59. & 64: lib.1. Paris. de Resign. lib 4. quæst.9. num.14. vbi de communi Rebuff. in practic. titul. de dispensat. ration. at. num.4. Fol. mibi 279. Gambar. de offic. legat lib.7. num. 424. Bonifac. de Vital. in Clement. fin. num.13. de at. & qualit. ordinand* & aperte cõuincitur *ex Trident. cap.12. sess. 24. de reformat.* ibi nemo igitur deinceps ad dignitates quascunque, quibus animarum cura subest, promoueatur, nisi qui saltem vigesimum quintum annum suæ ætatis attigerit *Narb. post plures de at. ad omn. human. act. requis. anno 25. quast. 56. num.1. eo per tot. quaestionē* vbi multa ad materiam *Squillant. dicta Dubit.3. num. 72. & 73. Lothtr. supra num. 23. & seq.*

Et inter alios beneficiales huius Vrbis adest V.I.*D.* Don Ioseph. Vassallo examinator Sinodalis Protonotarius apostolicus Parochus, & Rector Ecclesiæ Parrochialis S. Io. de Tartaris vir scientia, & vite probitate omnibus plene notus nobilis tam ex parte patris quam matris.

Et scias quod beneficialis quandiu beneficium ipsum obtinet Ciuis reputatur vel municeps loci in quo beneficium est *Carol. Marant. Resp. 29. num. 39. tom.2.*

Et debēt beneficia conferri potius ciuibus quam exteris *Card. Marant. Resp.17. n.10. p.3.* Et in perpetuũ conferũtur, donec videlicet in humanis nobiscum fuerint ij quibus beneficia ipsa collata fuere nisi ex graui culpa priuentur *Carol. Marant. Resp. 56. p.4. num. 15. cum seq. & Resp. 64. num. 68. 69.*

Amplia procedere etiam si beneficium sit concessum ad beneplacitũ quia perpetuum dicitur *Pellicion. qq. Ill. q.21. fol. 155. col.2.* pro vt etiam dicitur de officio ab beneplacitum concesso ibidem, & vide *Bolognett. cons.2. et 3. num. 108. Capyc. dec. 116. et 121. Ceuall. com. contr. com. q. 528. Menoch. de Arb. in Add. ad q. 55. Ricc. in prax. for. Eccl. tom.1. de Alien. rer. Eccl. dec. 68. et in prax. Cappell. dec. 398. Mastrill. de Magistr. lib. 1. cap. 27. a num. 26.*

Et aduerte quod canonicus regularis non potest obtinere beneficiũ curatum sine dispensatione Apostolica nec in perpetuum nec ad tempus *Squill. loco citato sub num.73.*

76 Abbates etiam debent habere ætatem viginti quinque annorum *Gambar. de offic. legat. dicto lib.7. num.421.* allegat tex. *in c. cum in cunctis de offic. deleg. Syluest. in sum. verbo Abbas in principio et verbo atas num.2. vers. quartum quo ad beneficia Cappell. Tolos. quæst. 318. vbi Addit. post Maiol. Mandos. Azor. Oldrad. Oied. Tusc. Gars. Vasq. Campanil. Barbos. et alios Narb. de atat. ad omn. hum. act. requis. Anno 25. quæst. 57. num. 2. licet Tambur. de Iur. Abbat. tom. 1. disp.5. quæst.9. num.2. in fine* dicat Abbates contineri sub communi regula aliorum Prælatorum iusta tex. in §. cum in cunctis §. inferiora de elect. scilicet quod debent habere trigesimum annum expletum, & Abbatiam dignitatem esse ac propterea Abbatē preferri Canonicis *Cathedr. Ecc. dicit Pellic. qq. Ill. q.4. fol.10. col.2. in fine et fol. 11. col. 2. in principio vbi quando secus.*

Et in Regno ad sunt plures Abbates inter quos est R. S. T. & V.I.D. Don Simon Fimia Abbas Sanctæ Luciæ de Noto, seu de Montanea, siue Sanctorum Luciæ, & Geminiani de Noto, & Palazzolo ordinis Sancti Benedicti In Syracusana Diœcesi, quę est

est de Insignibus, & antiquis Regni de Iure Regij Patronatus fundata, & opulenter dotata à Rogerio Comite, & Siciliæ Rege, & Tancredo eius nepote anno Domini 1100. alias de Mendula dicta, seù dela Mandorla à Casale quodam huius nominis eidem Abbatiæ subiecto. *Ex Thoma Fazelo in Cathalogo Abbatiarum de Iure Regij Patronatus In Valle Noti pag. 613. et 631. col. 2. Vincentio littara de Rebus Netinis à pag. 60. ad 65. et pag. 120. vbi testatur, Netinos impetrasse à Summo Pontifice tunc Eugenio 4. erectionem noui Episcopatus, pro quo Rex Alphonsus obtulit per binas litteras duas eius Abbatias de suo Iure Regij Patronatus nempe Sancta Maria de Arcu, et hanc Sancta Luciæ.*

Quem sequitur ad verbũ Abbas D. Roccus Pyrrus notitia 2. Ecclesiæ Syracusanæ pag. 176. vers. anno 1433. et pag. 216. vers. Benedictinę familię.

Et ex capibreuio Ecclesiastico in Regia Cancellaria folio 87. 144. 175. 216. 291.

Hæc Abbatia habet tres Gangias sibi subiectas nempe Sancti Georgij Leontini, Sancti Matthæi Messanę, et Sanctæ Marię de Castro nouo, & est de ordine Generalis Regni Colloquij.

Habet vsum Pontificalium à Cælestino Papa tertio concessum anno 1192. qui declarauit, Abbatem esse Prelatum, & quod possit vti semper vestibus Pontificalibus mitra, baculo, et vestibus Violaceis, & alijs insignibus, & eum exemit ab omni alio Iudicio preter quam Romani Pontificis.

Est traditio, et ex diuersis scriptoribus antiquis habetur, quod in ea sepulta sint Corpora Santissimorum Martyrum Lucię, et Geminiani, aliorumque 75. Sanctorum Martyrum, qui ibidem sanguinem suderũt pro Christi nomine sub Syracusano Tyranno.

Ibidẽ iacet Corpus Roberti Normandi filij Tancredis nepotis Rogerij fundatoris, cuius extat sepulchrũ et in scriptio. *Ex eisdem littara, et Pyrro.*

Serenissimi Reges Sicilię semper vsi sunt suo Regio Iure in pręsentãdo Abbatem dictę Abbatię tanquam Patroni, donec fuit Regium Ius occupatum.

Anno 1648. Dominus Noster Rex pręsentauit dictum S. T. et V. I. D. Don Simonem Fimia modernum Abbatem, quem ordinauit fisci Patronum in Causa, vt suum Regium Ius defenderet, pro vt per litteras Illustris Comitis Montis Regis tunc Pręsidis suprẽmi Italię Consilij de Regis ordine dicto Abbati directas legitur tenoris sequentis *Sù Magestad (Dios leguarde) se hà seruido de haçer merçed à V. M. de la Abbadia de Santa Lucia de Noto en esse Reyno con calidad que haya V. M. de defender, y aclarar el derecho que sù Magestad tiene a ella de que auiso à V. M. paraque lotenga entendido olgandome mucho de que se haya empleado tambien ensus partes, y meritos de V. M: à qui en yo deseare siempre todo alibio, y comodidad Dios guarde a V: M: muchos años Madrid 31: de Iulio 1648 El Cõde de Monte Rey Signor Doctor D: Simon Fimia.*

Qui de Fimia Ius Regium defendit et clarum fecit et est In possessione Abbatię pręedictæ vigore Cedulę Realis Datę Matriti die 25. Settembris 1648: exequute In Regno In Vrbe Messanæ die 14: Iunij 1649: et Bullę Institutionis die 2: Settembris anni eiusdem et actus possessionis die 6. eiusdem:

Et totus est In recuperandis bonis Abbatię occupatis ingentis valoris, continuando idem Regium seruitiũ obtenta sententia ad sui fauorem per Tribunal Regij Patrimonij die 26: Iunij 9: Ind: 1656:

Est

Est ætatis annorum 51. pronunciatus Abbas annorum 39. nobiliter natus.

Est vnus de primis Aduocatis supræmorum Regni Tribunalium, quam professionem in habitu Ecclesiastico Pontificia, ac Regia facultate per 26. annos summo cum honore exercuit, qui nisi clericali habitu foret impeditus; quamdiu Regiæ audientię supræma munera subijsset In Consiliariorum Regiorum numerū cooptatus.

Aduocatus, & Consultor per multos annos Tribunalis Sancti Offitij Santissimæ Inquisitionis.

Fuit Vicarius, & Visitator Generalis Episcopatus, & Diœcesis Agrigentinæ tempore Reuerendissimi Episcopi D. Francisci Trayna.

In differentibus grauibus negotijs Regium seruitium concernentibus à Domino nostro Rege, & illustribus Proregibus, ac Ministris non semel applicatus tùm Regijs seruitijs tùm maxime Reali Iurisdictioni semper intentus.

Ab Illustrissimo, & Reuerendissimo D.D. Petro Martinez Rubio Archiepiscopo Panormitano tunc Regni Præside huius Magnæ Curiæ Archiepiscopalis fisci Patronus Creatus In omnibus semper laudabiliter se gessit. Vir genere, scientia, vitæque probitate, prudentia in rebus peragendis omnibus plene notus.

Dignus, qui à S. C. M. Regius Visitator Generalis Ecclesiasticus Episcopatuum Pattensis, ac Cephaludensis non sine magno omnium applausu, summoque honore fit electus vigore cedulæ Realis Datæ Matriti die 2. Iulij 1660. & ad primarias Ecclesię dignitates cōmuni omnium voto quamocicius aspiret.

Ac etiam est R. I. V. Consultus D. Paulus Arceri, cuius tanta est integritas tanta in difficillimis rebus tractandis prudentia, tanta deni-que vitæ exemplaritas, vt fuerit electus ab Illustrissimis Inquisitoribus commissarius Sancti Officij, ac etiam electus Abbas Sancti Lucæ Euangelistæ Terræ Pictinei de Iure Patronatus D. Ioseph. Ruffino, & consortium ad institutionem Reuerendissimi Episcopi Cephaludensis iuxta decisionem nouissime Trib. Consistorij S. R. C. Pan. die 23. Settembris 10. Indictionis 1656. Abbas iste Professionem, & habitum Benedictinorum defert ex fundatione ipsius Abbatiæ *Dat. Cephal. die vlt. decembris 11. Indictionis 1574.* Hic Abbas habet vsum mitræ Baculi, & aliorum Pontificalium pro vt declaratum fuit per *Reu. D. Octauianum Procontum olim Episcopum Cephal. virtute litterarum datarum Cephal. die 18. Februarij 12. Indictionis 1584. & subijcitur Trib. R. Mon.* non solum de iure sed & virtute litterarum exemptionis dicti *Trib. Dat. Pan. die 24. Ianuarij 4. Ind. 1651. exequutarum per M. Arch. Cur. die 10. Februarij VI. Ind.* 1653. ac & in contradictorio Iudicio per dictum Trib. decisum virtute Interloquutoriæ per quam fuit dictum respondeatur consultationi, quod litteræ exemptionis exequantur *Pan. die 12. Ianuarij 8. Indictionis 1655.*

77 Sicut etiam vicarius Episcopi nō debet esse minor viginti quinque annorum *c. cum in cunctis vbi Abb. & Dec. de Elect. Sbroz. de Vicar. Episc. lib. 1. cap. 35. num. 2. Narb. Anno 25. quæst. 62. Antonell. de Temp. legit. lib. 2. cap. 11. num. 6.* vbi quod sufficit quod sit inceptus annus 25.

Neque Episcopus potest dispensare super ætate sui vicarij *Card. in Clem. 1. quæst. 38. num. 25. de offic. vicar. Abb. in c. cum in cunctis § inferiora num. 3. vbi Dec. num. 8. de Elect. Sbroz. dicto cap. 35. num. 60.*

78 Licet Abbatissa debeat esse triginta annorum *Viu. decis. 314. num. 16.*

Anto-

Antonell.de Temp. legit. lib.2. cap.11. num.7.Tambur.de Iur. Abbat. tom. 1. disp.5.q:10. sub num.2. Narb. de ætat. ad om.hum.act.requis.Anno 25. quæst. 57.nu.6. Intrigl.de feud. Cent.1.quæst, 53. num.88. & debet habere octo annos post professionem, & si non habeat has qualitates de alio monasterio potest eligi, sed ex dispositione *Sacri Conc. Trident. de Regul. cap. 7.*
79 debet esse ætatis annorũ quadraginta; inquit enim Abbatissa, & priorissa, & quocunque alio nomine præfecta, vel præposita appelletur eligatur non minor annis quadraginta, & quę octo annis post expressã professionem laudabiliter vixerit Notãt. *Viu.& Intrigl.vbi supra ille num. 16. hic num. 89. Narb. bene more suo de at. ad omn. hum. act. requis. Anno 40. quæst.2:*vbi multa *Tambur.de Iur.Abbatiss. disp.28. quæst.2. num.4.*

Sed An possit eligi monialis in Abbatissam si quadragesimum annum non expleuerit sed tantum attigerit? Quod sic firmat doctissimus *R.P.Tancred.p:2.quæst.moral.tom.5. trac.5. de Var.Eccl.ac regul. dubijs quæst. 33.*

Et debet eligi ex concursu duarũ partium, nisi ex consuetudine loci sufficeret medietas *R. Tancred. supra quæst.55. sub num.3.*

Et aduerte quod corrupta non potest eligi in Abbatissam licet iam electa propter talem corruptionem postea superuenientem non debeat deponi *Crescent.dec.9. alias 131. de probat.*
80 Pontifex decet vt non sit minor triginta annorum *Peres de Lar. in cõpend.vit.homin.cap.29:num.22:Narb. bene de ætat. ad omn. hum. act. requis. Anno 30.quæst.3. a num.4.Peres non citato Antonell.de Temp.leg.lib.2. cap. 11. num. 5.*

Sicut etiam Episcopus debet habere ætatem triginta annorum completam *c.cum in cunctis de præbend. c. præsbiter 78. distinct. Gl. & DD. in Clementin. generalem de æt. & qualit. Abb.in c.super inordinata col.2. de præb. Tambur.de Iur.Abb.disp.5.q.10.num. 2. Gigas de pension. quæst.13: num. 1. Rebuff.de pacif. poss. num. 220. Squill. de priu.Cler.cap.4. dub.3. num.77.* vbi dicit quod requiritur quod in Sacro ordine saltem ante sex menses sit cõstitutus ex *Barbos. & Vgol. bene Antonell. dicto cap. 11. num.1. & 2. Narb. dicto anno 30. quæst. 5.* Cardinales ve-
81 ro in qua ætate debent eligi, vide eumdem *Narb.dicto Anno 30. quæst. 4. & Squillant. sub dicto num.77.* & scias quod ætas requisita in Episcopis requiritur in Patriarchis primatibus & Archiepiscopis *Squill.sub dicto num.77. Lother. de re benefic. lib.2. quæst. 49. num. 30.* vbi aduertit hanc ætatem fuisse determinatam in *Lateran.Concil.sub Alex.3.quod fuit confirmatum per Concil.Trid. sess.7.de refor. cap. 1.* vbi dicitur ad Cathedraliũ Ecclesiarum regimem nullus, nisi ex legitimo matrimonio natus, & ætate matura grauitate morum litterarumque scientia iuxta constitutionẽ Alex.III.que incipit cum incunctis in Concilio Latarenensi promulgatam præditus assumatur.

82 Sed Illustrissimi Inquisitores hæreticę prauitatis olim non debebant esse minores annorum quadraginta *Clementina Abolentes de hæretic. Gãbar.de offic. legat. lib.7. num.436. Carrer in tract.de hæretic.nu.68. Simonc. de Catholic.Institut.titul.34.de Inquisit. num. 11. Antonell. de Tempor. Legal lib.2.cap.11.nu.7. Bordon. de Sacr. Trib.Iud.in caus.Sanct.fid. cap. 40.nu. 17. Corrad.Brun.de hæretic. lib.4. cap. 1.num.10. Intrigl.singul,79.num.221. lib.3.Narb.post multos de ætat.ad omn. hum act.requis.Ann.30. quæst.7.num. 1.& 2.* sed hodie vt aduertit idem *Narb. dicta quæst.7.nu.3.* sufficit eos
83 attigisse annum trigesimum *Dian.p. 4. Moral. Tract.8. De offic. & pot. Inquisit. Resol.54. Castropal. tom.1. Moral.*

ral. Tract. 4. disp. 8. punct. 12. §. 2. num. 24. quæ ætas requiritur etiam in commissarijs eiusdem Inquisitionis Narb. supra num. 6. & Dian. loco citato Fal-
84 lit quod supra dictum est in Inquisitoribus electis vel a Summo Pontifice, vel ab eminentissimis Cardinalibus Sanctæ Inquisitionis quia in quacumque ætate eligantur valet electio Narb. supra num. 5. Dian. & Castropal. in locis citatis.
85 Et nota quod Inquisitores habent iurisdictionem cumulatiue cum Episcopo qui est ordinarius Mart. Vol. 171. num. 2. Royas de heretic. p. 3. num. 432. Molin. de Iust. & Iur. tract. 5. disp. 28. num. 14. & sunt inter se conueniendi in sententia & processu contra hæreticum Mastrill. decis. 269. nu.
86 6. Sed an Inquisitores possint procedere sine consensu Episcopi? Castropal. tom. 1. Moral. Tract. 4. disp. 8. punct. 13. num. 1. inquit quod vt Inquisitionis negotium efficacius, melius, vtiliusque procedat, possunt Episcopus & Inquisitor communiter, vel diuisim inquirere, citare, capere, carceri recludere hæreticos, testes examinare & alia quæ ad sententiam requiruntur, sententia autem per vtrosque simul proferenda est ad cuius prolationem si diuisim processerint tenentur sibi inuicem communicare processus vt per hoc possit melius veritas inueniri ex qua doctrina plura infert Castropal. supra scitu digna vt videre est apud eum Bordon. in sacro Trib. Iud. in caus. Sanct. fid. cap. 32. num. 17. & cap. 40. num. 3. 4. 5. & 6.

Sed vide Dian. tom. 1. p. 4. moral. tract. 8. De offic. & potes. Inquisit. Resol. 2. qui inquit sed consuetudine in Inquisitione Hispanica introductum est vt de hæresi soli Inquisitores cognoscant & vt Episcopi per se vel per vicarios Inquisitoribus assistant, & vt non possint Episcopi separatim ab Inquisitoribus de causis hæreticalibus cognoscere, & vt denunciationes sibi factas teneantur ad ipsos Inquisitores remittere; & est vsu receptum vt soli Inquisitores processus forment, atque ipsi soli procedant, & vt rei Inquisitorum iussu comprehendantur, in soloque Inquisitorum carcere custodiantur si vero ordinarij reperiant, efficere debent illis de rebus summariam informationem eamque ad Inquisitores debent transmittere item si expedit delinquentem comprehendere nefugiat, comprehendere possunt illum ordinarij & transmittere ad Inquisitores, aut illos certiores facere vt illum ad suu carcerem adducant & vide eumdem Ad materiã Resol. 33 & 49. & Tract. 5. de confess. sollicit. Resol. 52. Roder. a Cun. de Confess. sollic. quæst. 22.

Et licet iudices delegati appellentur secundum receptam sententiam tamen hodie magis pro ordinarijs quam pro delegatis existimandi sunt Pereja de Vniuers. Instr. Edit. tom. 1. titul. 2. Resol. 5. num. 12. & 14. Castropal. tom. 1. Moral. Tract. 4. disp. 8. punct. 12. §. 2. num. 1. Dian. p. 4. Moral. Tract. 8. De offic. & pot. Inquisit. Resol. 1. dicit iurisdictionem Inquisitorum a principio delegatam esse, & habere omnes excellentias delegatæ iurisdictionis ad ordinariam tamen accedere, & cum illa fere in omnibus conuenire ita vt careat imperfectionibus delegatæ, & num. 14. inquit Pereia quod antequam officium gerere incipiant debent literas illis iurisdictionem tribuentes coram seculari principe vbi iurisdictionem exercere nituntur edere.

87 Habent iurisdictionem insolidum vt separatim procedere possint intelligendo quando aliquis eorum fuerit absens, vel mortuus secus si omnes essent præsentes Intrigl. post multos dicto singul. 79. num. 222. Dian. p. 4. Moral. Tract. 8. De offic. & Pot. Inquisit. Resol. 56. vers. verum omnia & Resol. 90. quem citat Bordon. dicto nu.

17. in fine Castropalao. 1. Moral. Tract. 4. disp. 8. punct. 12. §. 2. num. 14. dicit procedere ex quadam instructione Toletana secus de iure ex tex. in c. vt officium de hæretic. in 6.

88 Et non residentes lucrantur fructus suarum præbendarum *Ricc. in prax. for. Eccl. to. 3. Resolut. 390. Dian. p. 4. Moral. Tract. 8. De offic. & Pot. Inquisit. Resolut. 71.* dicit quod inquisitores excusantur a residentia Parochiali & gaudent fructibus præbendarum, & distributionum.

Licet Parochus teneatur residere in sua Parochiali & curam per se ipsũ exercere, & residentia sit de iure diuino vt neque possit per Summum Pontificem aboleri *Carol. Marant. Respons. 19. num. 1. & 2. p. 2.* & per totum responsum multa ad materiã.

89 Possunt dare saluum conductum bannitis a Principe sęculari vt possint testificari in Sancto Officio *Caren. de Offic. Sanctiss. Inquisit. p. 3. Titul. 5. de Testib. quo ad person. Art. 1. num. 38.*

An possint promictere impunitatẽ reo si confiteatur delictum? quod sic exceptis relapsis *Bordon De Sacr. Trib. Iud. in caus. Sanct. fid. cap. 40. num. 18.*

90 Possunt punire facientes eis iniuriam vel verbis vel factis *Cutell. ad ll. Martin. Cap. 1. De Iurisdict. Inquisit. num.* 6. vbi etiam de iniurijs factis ad eorum nuncios *Ioseph. Sessa Dec. Aragon. 438 lib. 2. Bouadill. in sua politic. lib. 2. cap. 17. de la Iurisdicion. Ecclesiastica num. 87. & 114. vol. 1. qui in Gl. lit. C adducit c. 1. de pæn. in 6. R. Dian. p. 4. Moral. Tract. 8.* De *offic. & Potest. Inquisit. Resolut. 91. Gail. Obs. 39. num. 5. in fin.* vbi An potestas possit cognoscere de delicto commisso in eius famulum vel officialem, et se remictit ad distinctionem *Bartol. in l. absentem §. fin. ff. de pæn.* sed melius erat allegandus *in l. si quis forte 6. §. si quos num. 7. de pæn. vbi Alex. in Addit. lit. B. allegat. c. 1. & ibi Gl. de pæn. in 6.* se remictit etiam *Gail. ad eundem Bartol. in l. 1. §. fin. num. 1. ff. de iur. iurand.* vbi dicit quod aut delictum est notorium, & procedit, aut non est notorium, et tunc aut delictum commictitur circa officium, et cognoscit, aut circa personam famuli principaliter et non cognoscit; eandem distinctionem sequitur *Thor. in Compend. decis. Neapolit. tom. 1. Verbo Episcopus An possit cognoscere folio mihi 180. Capic. decis. 157. num. 7. & 8. ex dicto c. 1. de pæn. in 6.* eandem distinctionem sequitur *Bartol. Franc. in c. 1. de pæn. in 6. sub num. 4. vers. aliquando & Anchar. in dicto c. 1. in fin. Farinac. de Hæres. quæst. 182. §. 5. num. 80. Gizzar. dec. 24. & ibi Addit. Baldass. de Angel. in l. de ordinario C. de Offic. Præfect. Prat. Ricc. in prax. tom. 1. in prax. pæn. dec. 381. Facit Horat. Vişcont. in conclus. iur. Verbo officialis vers. quid autem fol. 210.* vbi quod si exequutor Regius sit offensus in terra baronis de tali offensione cognoscit iudex Regius si sit facta ratione et pretextu officij et vide quę scripsi *de Citat. to. 3. in Annot. ad quæst. 18. circa finem & de effectib. Inimic. tom. 1. effect. 53.*

91 An cognoscant si sua sit iurisdictio? *Rodor. a Cun. de confess. sollic. qu. 5. num. 13. 38. & 40.*

92 In his quæ spectant ad Sanctæ Inquisitionis officium sunt exempti a Prȩlatorum iurisdictione, propterea non possunt aliquo modo impediri directe vel indirecte *Farinacc. de Hæres. quæst. 186. §. 6. num. 120.*

Et concurrentes cum Episcopo in negotijs fidei prȩferuntur *Gratian. cap. 298. num. 1.*

93 Possunt commutare pęnam perpetui carceris a iure impositam *c. vt commissi de Hęretic. in 6. Abb. & Felin. in c. excommunicamus il. 2. de Hęretic. Intrigl. dicto singul. 79. post multos num. 222.*

94 Possunt etiam vocare peritos, et eis iniungere in virtute obedientię

vt

vt inferendis sententijs assistant, et consilium opportunum prębeant *Cutell.ad ll.Martin.de Iurisdict.Inquisit. cap.5.num.14. Intrigl.dicto singul.* 79. *num.* 200. tamen Inquisitores non
95 tenentur sequi eorum suffragium quod potius est consultiuum, quam decisiuum *Intrigl.supra num.*201. *Castropal. tom.*1. *Moral. tract.* 4. *disp.*8. *punct.*11. *num.*5. vbi circa finem numeri dicit quod et si de necessitate sequendum non sit peritorum consilium, quia illorum consilium est, ex decentia tamen, et prudentia sequi conuenit *Bordon. de Sacr. Trib. Iud. in caus. Sanct. fid. cap.* 38. *de consult. num* 15.

96 Et iudices laici tenentur illis pręstare brachium ab eis impetitum absque examinatione processus ab illis fabricati nec apud eos edere tenentur sed clausis oculis vt aiunt pręceptis Inquisitorum in causis fidei et hęreticorum debent obedire *Pereja de Vniuers. Instr. edit. tract.* 1. *tit.*2: *Resolut.*8. *a num.* 18. *Itrigl. dicto singul.*
97 79. *num.* 223. et magistratus requisitus pręstare auxilium contra hęreticum recusans est de hęresi suspectus *Intrigl.post multos dicto singul.* 79. *nu.* 110. *Dian.p.*4. *tract.*8. *De offic. & pot. Inquisit. Resol.*26. *Castropal.p p.trac.* 4 *disp.*8.*punct.*14.*num.*9.*&* 10.

98 Possunt etiam Inquisitores de vno districtu ad alium diuersi territorij mittere literas requisitorias pro capiendis & remittendis hæreticis *Pereja vbi supra tit.* 2. *Resol.*9. *num.*85. *scripsi remissiue tom.*3. *de Citat.in Annot. ad* 29. *quæst.num.* 12. *vide Dian. p.*4.*tract.*8. *De offic.& pot. Inquis.Resol.* 7.

99 Possunt punire hęreticum de crimine hæresis vbicunque commisso etiam si in eo loco nihil impium fecerit *Pereja vbi supra num.*87.

100 Et in causis hæreticalibus nec dum lis est in summario testium, & accusatorum nomina eduntur (qui etiam loco testium habentur) nec in plenario dum examinantur pars citatur ad videndum illos iurare, & si aliquando nomina testium, & eorum confrontatio cum reo publicari soleat per Inquisitores quando id viderint expedire *Pereja de Instr. edit. tom.* 2. *titul.* 6.*Resolut.*7.*a num.*25.*scripsi de Citat. tom.*1. *quæst.*17. *num.*32. *& in Addit. ad dictam. quæst. vide Castropal. tom.* 1. *Moral. tract.*4. *disp.*6.*punct.*1.*&* 5.

101 Cognoscunt Inquisitores de blasphemijs hæreticalibus priuatiue respectu iudicis secularis *Pereja supra Resol.* 8.*num.* 36. *Intrigl. dicto singul.* 79. *num.*152.*& vide Bordon. de Sacr. Trib. Iud. in caus. Sanct.fid. cap.* 6. *de Blasphęm.Heretic.* An possint procedere contra blasphemantes hæreticaliter ex iracundia? *Dian p.*4. *tract.* 8. *De offic. & potest Inquisit. Resolut.* 87.

102 Etsi totus populus fuerit hæreticus non possunt Inquisitores procedere, sed ad superiorem deferre resolutionemque expectare ac alia remedia querere *Ioan.Andr.in c.Inquisitores de heretic.in* 6.*quem citat R. D. Hippolyt. Maia super Bull. Clem.*8.*super reform. Parroc. Vrb.Panor.Obseruat* 14.*num.*27.

103 Eorum iurisdictio in suos familiares in criminibus diuersis ab hæresi An sit Ecclesiastica? *Dian. de Immunit.Eccles.tract.*2. *Resolut* 135. *Cutell. Orat.* 16. *num.* 22. *& in Codic. Cap.*4. *de Iurisd.Inquisit.& vide quæ scripsi de effect.min.æt.circa iudic. effect.*25.*sub num.* 43.

104 Familiares in criminibus enormissimis An puniantur ab Inquisitoribus? *Gratian.Cap* 340.*num.*34.*& cap.* 341.*num.* 11. *vide omnino Castropal. tom.*1.*Moral.tract.*4.*disp.*8.*punct.*12. *§.*2.*num.*9.

105 Vt priuilegio fori gaudeant tria probare debent primo familiares esse, & Sanctæ Inquisitionis seruitio mancipatos. secundo quod sint de

I 2 nume-

numero & Tertio quod sint de scripsi in concilijs Ciuitatum Villarum aut locorum vbi degunt *Pereja de Vniuers. Instr. Edit. tom.1. tit.2. Resol. 6.num.35.*

106 Et in casibus in quibus priuilegio fori non gaudent non dicuntur fori priuilegio exui a iudicibus ordinarijs ac illo priuari quia priuari non potest qui non habuit quia iurisdictio in talibus criminibus semper penes iudices ordinarios remansit. Princeps enim qui eis priuilegium fori contulit sub illa conditione conferre videtur scilicet si talia crimina non admiserint qua deficiente per eorū perpetrationem iurisdictio reuersionem facit ad suam primeuam naturam & iudices ordinarij non ex acquisitione noua sed ex continuatione procedere & punire valent huiusmodi exemptos *Pereja de Vniu. Instr. Edit. tom.1. titul.2. Resol.6. a num.85.*

107 Possunt huiusmodi familiares fori priuilegio renunciare *Pereja vbi supra dicta Resol.6. spec. 2. num. 204.* ita expresse sancitum est in litteris S. C. M. datis Madrid die 29. Augusti 1635. directis Duci de Alcala tunc proregi De familiaribus multa *scripsi to.2. de Citat. in addit. ad quæst. 25.*

108 Vxores familiarium An gaudeant priuilegio fori? quod sic de iure secus de consuetudine *Pereja supra dicta Resol.6. spec.6. num.358. ex Castell. in duobus locis sed R. Dian. p. 4. tract.8. Resolut.55. Vers. Notandum est ex Narbon. & Paramo.* dicit quod in hoc Regno Siciliæ non solum familiares gaudent priuilegio fori sed etiam eorum vxores non solum viuente viro, sed eo etiam mortuo donec inuiduitate permanserint.

Vxores vero officialium durante viduitate gaudent foro licet commensales, & famuli earum non gaudeant vt disponitur in literis Regijs datis Madrid die 29. Augusti 1635. directis Duci de Alcala tunc proregi

Et Aduerte quod Tribunal. Sancti Officij per vim Clausulæ abdicatiuæ repræsentat omnia tribunalia a quibus abdicata est iurisdictio nempe in primo iudicio repræsentat M. R.C. in secundo Consistorium, & in 3. M. R. C.S. Cr. & in isto Tribunali quelibet causa trinum habet iudiciū per turnum distinctum qui turnus nihil aliud est nisi partitio iurisdictionis *Amat. Resol.65. num.49. & 50.* vbi etiam quod cause concluse in Sācto Officio non hermodiciantur.

109 Et quod consultores Sancti Officij & commissarij sint exempti ab ordinarij iurisdictione scripsi *de effect. min. at. circ. iudic. effect.25 sub num. 43. De huiusmodi consultor. vide Bordon. dicto cap.38.*

De Inquisitorum prerogatiuis videndus doctissimus *Giurb. de Succ. feud. §.2. Gl.13. num 59. vers amplia 5.* In quo Sanctissimo Grauissimoque Tribunali ad sunt tres inquisitores inter quos est Illustrissimus D. Emanuel. Monghe Cuius vitæ probitas, scientia, integritas, & prudentia in difficillimis rebus tractandis & discutiendis omnibus est nota.

110 Sed quę ætas requiratur ad coadiutoriā a Papa concessam? Dic quod requiritur eadem ætas, & habilitas quę requiritur & sufficit ad titulum beneficij vt notat *Squill. de priu. Cl. cap.4. Dubit. 3. num. 79.* vbi aduertit quod coadiutores Canonicorum seu dignitatum etiam perpetui, & cum futura successionę non tenentur emittere fidei professionem nisi cum fuerit successioni locus quia coadiutor non est in possessione canonicatus sed coadiutoriæ.

111 Et pro complimento huius effectus non est omictendum quod minor viginti quinque annis, & maior quatuordecim potest per se sine curatoris authoritate in causis spiritualibus Sacris & beneficialibus agere & conueniri absque periculo nullitatis

tatis

tatis actus, ex quo in eis habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio *c. ſi annum de iudic.in 6.* Roſſin. *de benefic.cap.17. num.4. Artman pract. Forenſ lib.2. tit.5. Obſeru.9. num 1. Archidic.Gemin.Franc. & DD.communiter in dicto c. ſi annum c. ex parte vbi Abb. num. 14. & 15. de* Reſt *ſpoliat.* Grauett. *conſil.153.* Gigas *conſ.14 nu. 3.Ferret. conſ.* 282. Pariſ. *de Reſignat. lib.4.quæſt.9. num.49.* vbi dicit quod

112 hęc concluſio nullam habet dubitationem attento communi ſtilo Crot. *conſ 198.num.11. lib 2. Bero. in repet. c ſuper literis nu.13 de reſcript ſcripſi de effect.minor.æt.circa iudic. effect.1. a num. 171. & effect.12. num.17. Caſtill.Sot.maior. de aliment. cap.23. priuil 6.num.6.tom.8. Burat.dec.483.nu. 7.* Hinc infans non poteſt pro huiuſmodi cauſis in iudicio comparere *Peres de Lar.in compend.vit.hom.cap. 15. num* 74.

113 Quod ampliatur in cauſis annexis ac dependentibus ab ipſis ſpiritualibus *Rot. dec.* 46. *in nouiſ. Mandoſ. de min.æt. cap.5. num* 58. vbi dicit quod prędicta rotæ deciſio ampliat diſpoſitionem *dicti c ſi annum Cagnol. in l.Vnic.§. ſi procurator nu.36. ff. si quis ius dic. Anchar. in eodem c. si annum num.2.* vbi dicit quæ dicantur dependentia?

114 Secundo ampliatur vt non ſolum per ſe verum etiam per ſuum procuratorem in talibus cauſis minor poſſit in iudicio interuenire *c.ex parte §. quia igitur de reſt.ſpoliat Milis in repert.Verbo minor viginti quinque annis Mandoſ.dicto cap.5.num.59 notat Anchar.in dicto c.ſi annum num. 3.* ratio eſt quia vbicunque minor habet legitimam perſonam ſtandi in iudicio ibi ſemper poteſt conſtituere procuratorem abſque tutoris vel curatoris authoritate *Anchar. dicto nu.3. vbi allegat tex.in l.1.§.ſi quidem ff. qui pet. tut. vbi Bartol.* hoc ponit pro regula *l. ſed ſi vnus §. idem ait ff. de iniur. & quod notat* Innoc. *in c. ex parte de reſt.ſpoliat.* Caſtill. *ſot.maior dicto num.6.*

115 Tertio ampliatur vt minoribus ita agentibus vel conuentis non concedatur reſtitutio in integrum, ita in terminis voluit *Gl.in l.ait prætor ff. de minor. Abb.in c. ex parte num.14. de reſt.ſpoliat Mil. in dicto Verbo minor Mandoſ.quæſt.11. Nicol ſuperant Cõſ. 65.num.3.& ſeq.inter conſil. matr. diuerſor. Butr. in c.dudum num 19. de Elect.Odd.de reſt.*

116 Ampliatur 4. vt procedat etiam ſi minor litigans eſſet in poteſtate patris, quia ſine eius conſenſu agere & conueniri poteſt *c.fin.de iudic.in 6.Ozer.in §.item inuiti num.10.inſt.de inutil.ſtipul. Artman. prattic.forenſ. lib.5.tit.5. Obſeru.9. num.9.*

117 Et ratio horum omnium eſt quia in beneficialibus & alijs cauſis ſpiritualibus minor habetur pro maiore *c.ex parte de reſt.ſpoliat. vbi Gl.ordin. Sarnenſ.ſuper regul:de triennal.quæſt. 15. num.14. Lap. Allegat. 53. in fine Marchiſ. de* Commiſſ. Commiſſ: *1. Cap. 6.nu.42. Superant. dicto conſ.63.num. 4. inter conſil. matrim. diuerſ.* vbi loquitur in cauſa matrimonij.

118 Sed ſi minor eſt maior infante, & minor quatuordecim annis, tũc per ſuum Epiſcopum aut eius officialem dabitur ei curator ad lites, vel dabitur ei curator cuius authoritate poſſit ipſe pupillus procuratorem conſtituere etiam ante litem conteſtatam, & hijs non requiritur patris authoritas *c.fin. vbi Gl. & Anchar. in 6. & 7. not.de iudic.in 6.Artman.dicta Obſeru.9.num 3. Mil.in repert. Verbo minor viginti quinque annis Gigas cõſil.14.num.3. Ferrett. conſ.* 282. *Crauett.conſ.153.in fin. Pariſ.de reſignat. lib.4.quæſt.9. num.4.*

119 Infertur ex ſupradictis quod licet alias ſententia lata contra minorem indefenſum ſit nulla vt ſcripſi de Cit.

Tamen

120 Tamen hæc conclusio non procedit in beneficialibus in quibus est valida, vt expresse voluit *Butr. in c. dudum num. 19. de Elect.*

121 Et iste annus decimus quartus debet esse completus adhoc vt minor possit esse in iudicio in beneficialibus *Anchar. in dicto c. si annum num. 1. de iudic. in 6.* qui adhoc mouetur per illud verbum, peregeris, ibi positum quod denotat perfectionem, & allegat in simili *c. cum vigesimum de offic. delegat. & l. 3. §. minorem & quod ibi notant DD. ff. de minor. & l. qua ætate ff. de testam.*

EFFECTVS OCTAVVS

SVMMARIVM.

1 Minor doli incapax peccare non potest & quo ad Deum puniri.
Et quando dicatur doli incapax? nu. 2. 3. 4. & 5.

6 Minores elapso septennio secundum consuetudinem receptissimam Ecclesiæ tenentur sua peccata confiteri & num. 7. & 8.

11 Minor an possit excommunicari?

12 Minor doli incapax incurrit irregularitatem.

13 Materiam effectus remissiue.

1 Octauus effectus est vt minor doli in capax peccare non possit, & quo ad Deũ puniri *Ioan. Andr. & Host. in c. 1. de delict. puer. Henric. Boic. in c. super eo num. 1. de sent. excomm. DD. in Auth. Sacramenta puberũ C. si adu. vendit. Canalc. dec. 3. num. 31. Cagnol. in repet. l. curabit num. 29. C. de act. empt. Lup. de Vsur. Comment. 1. §. 7. nu. 141. Clement. Vnic. de homicid.* Repert. Inquisit. *Verbo dolus & verbo infant Bursat. cons. 231. num. 8. lib. 3.*

2 Et licet *Bursat. dicto num. 8. & alij relati a Narb. de ætat. ad omn. hum. act. requisit. Anno decimo cum dimidio qu. 8. num. 9.* fuerint opinionis vt quis dicatur doli incapax. cum est minor septennio.

3 Tamen cum sæpe malitia suppleat ætatem, infantes minores septennio vsum rationis habentes quo ad peccandum sunt & possunt esse doli capaces *Gl. in c. fin. verbo pueris de sent. excommunic.* & est *tex. expressus in l. si alterius C. si minor se maiorem dixerit Abb. & Ioan. Andr. in dicto c. 1. de delict. puer. Damhod. in pract. Crim. cap. 84. num. 4. Marsil. in l. 1. ff. ad l. Corn. de Sic. & alij allegat. a Narb. dicto anno decimo cum dimidio quæst. 3. num. 10.*

4 vbi dicit quod raro in infantili ętate vsus rationis circa res morales aduenire potest.

5 Hinc *D. Gregor. in dialogis lib. 4. cap. 19.* refert diabolum eripuisse puerum quendam quinque annorum a manibus patris, ex quo iurauit, & blasfemauit Deum. Scripsi in preludio *de effectib. minor. ætat. circa iudic. num. 10. vbi citaui nonnullos doctores Diu. Gregor. referentes.*

6 Est verum quod elapso septennio secundum consuetudinem receptissimam Ecclesię indistincte tenentur sua peccata confiteri, & quo ad confessionem ligantur *canone* omnes vtriusque sexus *Concil. Trident. sess. 13. can. 9. & sess. 21. cap. 4. & can. 4.* & di-

7 xit *D. Augustinus in Epistola ad Renatum Episcopum* quod pueri septennis ætatis mentiri & verum dicere confiteri, & negare iam possunt, refert *Gl. in c. paruuli de consecrat. dist. 4.* &

8 hæc est communis opinio *vt notat Narb. Anno. 7. quæst. 7. num. 2. & dicta quæst. 3. num. 1.* & licet hęc opinio vi-

9 deatur dubia ex notatis per eundem *Narb. dicta quæst. 3. a num. 3.* tamen ab ea

10 ab ea nullo modo est recedendum, vti communiter ab Ecclesia recepta, vt notat idem *Narb. dicto anno 7. qu. 8. num. 3. Bonac. tom. 1. de sacr. de pæni tent. Sacra. disp. 5. q. 5. sect. 2. punct. 4. proposit. 1. num. 2.* & de hoc præcepto annuę confessionis vide *Pellic. Ill. qq. quæst. 20. cap. 1.*

11 Hac eadem distinctione vtuntur nonnulli DD. in illa quæstione an minor possit excommunicari, scilicet aut minor est doli capax, & potest excommunicari, aut est doli incapax & non potest excommunicari, argumento *tex. in l. 1. §. fin. C. de fals. mon. §. pupillus Inst. de Inutilib. stipul. specul. in titul. de Contumac. §. 4. num. 18. Cagnol. in l. 1. §. si procurator num. 36. si quis ius dic. non obtemp. Sooc in c. nulli nu. 30. & in c. mulieres in 7. Art princ. de sent. excommunic. Marsil. in l. de minore num. 39. ff. de quæst. Bobie in c. 1. num. 11. vt lit. non contest.* et ideo infans excommunicari non potest *Peres de Lar. in compend. vit. hom. cap. 16. num 116. & 118.*

12 Quæ distinctio non procedit in irregularitate contrahenda, in quam potest incurrere etiam doli incapax *Hostiens. Anchar. num 5. Abb etiam num. 5. in c. 1. de delict. puer. Hippolyt. de Marsil in l. infans circa principium ff ad l. corn. de sicar. Narb. de ætat. ad omn hum requis. Anno 10. cum dimidio quæst. 8. sub num. 8.* Sed infans non incurrit irregularitatem *Peres vbi supra num. 111. & vide cap. 17. num. 56.*

